1 ¶ †Non video ꝙ illa verba ⁊ vltra posita in sententia possint aliquid importare posito ꝙ revera furatus fuisset vltra mille libras: nec vt crimina liter possit amplius puniri: nec vt ipsorū virtute possit in plus conueniri ciuiliter. primū patet quia cum de isto furto fuerit semel punitus criminaliter nō debet amplius puniri ne sepius de eiusdē eodē hois delicto queratur. ff. nau. cau. sta. l. licet. §. fi. de sepul. violato. l. sepulchri violati. vnde sicut in prin. non deberet amplius de eodē delicto criminaliter molestari. l. si cui. §. iisdem. ff. de accu. ita ⁊ postꝙ fuit condēnatus et penam soluit. ff. de execu. rei iudi. l. si quis cum totuz. §. plane. ⁊ qd ibi no. ¶ Nec obstat si dicatur: iste fuit punitus pro mille tātū subtractis: si ergo poterit cōstare ꝙ subtraxit duo millia punietur iterum pro aliis mille de quibus non fuit punitus quasi prima pena non fuerit sufficiens. iuxta no. p glo. i. c. at si clerici. de iudi. in glo. penul. Nam sciendum est ꝙ istud fuit vnicum tñ furtū ⁊ non plura[a] cum proponaꝶ ꝙ fuerit furatus tascā pecunie seu pecuniā in tasca. vt probaꝶ. ff. de ver. obli. l. scire debemus. post prin. ⁊ licet in dicta tasca fuisset maior quātitas ꝙ illa que fuit expressa: tamen ex hoc non mutaretur substantia furti: quia illa que differunt ſm plus ⁊ minus nō differunt in substantia. ff. de fun. instru. l. fi. vnicum ergo ⁊ idem fuit furtum siue fuerint ibi mille tātū libre siue plus est tñ vnicum: ꝙ si plus fuit dicere tur fuisse grauius: quia quanto maior fuit quātitas in sacco tāto grauius fuit furtum: sic ergo maior quātitas est quedā qualitas que reddit furtum grauius: nō autem diuersificat substātiam. hoc presupposito clara est responsio ad cōtrarium. Nam quando qualitas que reddit delictū grauius fuit specificata ⁊ intentata in inquisitione si nō fuit probata nec ſm eam fuit imposita pena maior sed simpliciter punitus tāꝙ si qualitas illa affuisset tunc idem delictū non potest iterū intentari ratione illius qualitatis. vt pbatur in. l. pretor edixit. §. j. ff. de iniuriis. Sed si illa qualitas intentata nō fuisset: bene posset iterum intētari. ita expresse colligitur ex subtiliter no. per Bar. in. l. senatus. ff. de accusa. Nunc ad propositum in inquisitiōe fuit expsse dictum ꝙ in illa tasca erant mille libre ⁊ vltra: ex hoc qd dixit ⁊ vltra: patet ꝙ illa qualitas aggrauās delictū fuit expresse intentata: non tamen fuit reperta: ⁊ sic non fuit pro ipsa punitus: non ergo debet iterum idem furtū in iudiciū refricari ratione illius per. d. l. pretor. §. j. de iniuriis. quā sic intelligit Bar. in. d. l. senatus. Sed si non fuit intentata in inquisitione sed solum fuisset dictum ꝙ in dicta tasca erāt mille libre nec dixisset ⁊ vltra: tunc ratione illius qualitatis obmisse posset dici ꝙ iterum eodem crimine posset inquiri ſm determinationē Bar. in d. l. senatus. ex cuius dictis casus noster determinaꝶ. Patet ergo ꝙ appositio illius verbi ⁊ vltra: facta in inquisitiōe potius prodest huic inquisitioni ꝙ noceat. Et si dicatur tu dicis ꝙ illa qualitas nō fuit repta certe immo fuit quia cōdēnatus fuit ad restitutionem mille librarum ⁊ vltra quomodo fuisset condēnatus vltra mille si non fuit repertum: ⁊ sic cessare videntur q̄ predicta sunt. Sed respon. si vere fuisset repertum ꝙ vltra mille libras ibi fuissent declaratum fuisset quantum vltra. Sed quia non fuit declaratum perinde est ac si non fuisset repertum: quia paria sunt non esse vel non fuisse vltra ⁊ nesciri vel inde apparere quantum. ff. de contrahen. emp. l. in lege. ⁊ l. rutilia polla.

2 † Item si dicatur illa dictio ⁊ vltra: saltem referꝶ ad modicū[b].

b vt. l. hec adiectio. de verbo. signi. ⁊ l. ⁊ si post tres. ff. si quis cau. ⁊ qd ibi no. Respon. illud est verum quādo profertur a lege: qꝛ tunc superest minister legis: scilicet iudex cuius arbitrio mittiꝶ eius declaratio. ar. l. j. de iure deli. Sed quando pferꝶ ab homine puta a teste vel a iudice in sententia tunc nihil importat cuz de se non possit intelligi: nec superest alius qui habeatur qui possit declarare. ita expresse determinat Cy. post Jacob. de are. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. p qua determinatione facit qd no. in fi. in. l. muto. §. sub cōditiōe. ff. de tutelis. Patet igitur ꝙ dicta verba ⁊ vltra: apposita in snīa cū sint incerta nihil īportāt: qꝛ nec pñt certificari per se nec p relatiōem ad acta. C. de sen. que sine cer. quanti. l. iii. ⁊ perinde est ac si nō fuissent apposita. Preterea etiā si diceremus ꝙ aliquid īportarent ⁊ ꝙ videretur condēnatus non solū in mille sed etiam ī eo qd erat vltra adhuc haberemus dicere ꝙ iterū criminaliter non posset inquiri: qꝛ tūc illa pena que sibi fuit apposita. s. de libris quingētis non solū censetur imposita pro furto mille librarū sed etiaz p eo qd fuit vltra: et sic amplius puniri nō debet de illo vltra. ¶ Concluditur ergo ꝙ iste non potest amplius accusari vel inquiri seu etiam puniri de isto furto posito ꝙ diceretur in illa tasca fuisse vltra mille libras: quia vel fuit punitus semel criminaliter de eo ꝙ fuit vltra. Si dicamus illud verbum appositū in sententia aliquid operari ⁊ sic amplius nō debet: vt in iuribus primo loco allegatis. vel si punitus non fuit saltim illa qualitas que habebat aggrauare penam fuit in inquisitione expressa: et sic cum semel fuit intentata non potest amplius intentari per ea que dicta sunt. Et hec quantum ad penam criminalem.

3 ¶ †Si vero queritur an possit ciuiliter cōueniri vltra mille libras per partem que passa fuit furtum. Respon. virtute dictorum verborū seu dicte sententie non potest conueniri: quia cuz illa verba sint incerta nec possunt certificari per relationez ad acta non potest dicta sententia aliquid operari vltra mille libras. vt. d. l. iii. C. de sen. que sine certa quanti. nec operanꝶ etiā in modico pluri. no. per Cy. in. d. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. et sic habentur pro non appositis quantuz ad acquirendū aliquod ius parti. sed si vellet pars ipsum ciuiliter cōuenire ꝙ habuit vltra mille: ⁊ posset hoc probare: non video quin sibi deberet hoc denegari quia sententia ista parti potuit prodesse in illis mille. iuxta ea que no. in. l. interdū. §. qui fur. ff. de fur. nō autem nocere in eo ꝙ fuisset vltra. secus esset si pars petiisset vltra mille ⁊ non probasset nisi de mille: quia tunc in residuo debuisset absolui. l. actor. C. de proba. ⁊ tāꝙ definite absolute in eo ꝙ esset vltra non posset amplius conueniri. de causa pos. et proprie. c. cum ecclesia. circa fi. sed quia ipse non egit sed iudex ex officio inquisiuit si non reperiit vltra mille non debet ius factū nocere alteri. de reg. iur. l. non debet alteri ⁊c. Laus deo.

¶ Consilium. xix.

¶ Qualiter captura facta de aliquo debeat iustificari.

Et an sufficiat ꝙ iudex viderit instrumentum debiti oculo mētis. ⁊ nume. 2.

2 Et scire quis dicitur id quod vehementer opinatur.

3 Et qualiter iustificari debeat scriptura suspecta.

4 Et qualiter instrumenta confecta a notario infami tollerētur.

5 Et an frater posset esse testis pro fratre.

6 Et an legatarius in testamento.

In christi nomine amē.

¶ Supradicte exceptiones satis cauillose videntur prout. j. in singulis ostendetur. Capio primam que videtur fundari in. l. properandum. §. et si quidem. C. de iudi. post mediuz. §. ibi dum dicit. acta apud se acta conspicere ⁊c. ⁊ qd ibi no. per bart. ⁊ per eundē in. l. multum. ff. de condi. ⁊ demon. l. hec autem. §. non defendi. ff. qui. ex cau. in pos. ea. ibi. constare liquere que ⁊c. ⁊ per gl. in. l. fulcinius. §. ii. eo tit. in glo. no. duo. ibi dum dicit. item ꝙ constat de debito ⁊c. et per bar. in. l. ex hac. C. de eroga mili. anno. lib. xii. in. l. nemo carcere. vbi expresse hoc volunt in sequestratiōe ⁊ captura periculi quasi prius sit facta fides de debito. ¶ Sed certe nō

1 est vera ⁊ tollitur ex tribus. †Primo ex eo qd. s. in themate premittitur: videlicet ꝙ in actis continetur visis instrumentis ⁊c. ex quibus apparet iudicē instrumenta debiti vidisse: quia di

c ctis verbis est standum[c]. ⁊ probatur quia asserunt illo instanti cū potuerit interuenire. vt no. C. de fide istru. ⁊ iure haste fisca. lib. x. per Bar. ⁊ per eundem in. d. §. ⁊ si quidem. qui dicit hanc esse cautelā vt sententia non possit impugnari ex isto capite ꝙ acta non fuerint visa: videlicet ꝙ in ea dicatur visis actis ⁊c. qꝛ creditur illis verbis ⁊c. ¶ Secundo tollitur dicta exceptio qꝛ ⁊ si hoc non contineretur in actis visis. s. visis instrumentis ⁊c. tamen presumitur in dubio vidisse. per tex. in. c. bone memorie. in. §. porro. de elec. vbi dicitur ꝙ pro his que a iudice sunt acta presumitur ꝙ omnia fuerint rite celebrata propter iudiciariaz autoritatem. ⁊ ista sunt verba formalia tex. si ergo hoc requiritur in dubio interuenisse presumitur nisi cōtrarium probetur vt ibi. ⁊ in. c. presentiam. de proba. non enim presumitur ꝙ iudex omittat facere que sibi incumbunt. vt. l. ii. C. de offi. ciui. iudi. ⁊ qui negat actū iudicis rite fuisse celebratum debet hoc pbare. ff. de prob. l. ab ea parte. §. fi. qd est regulare vt ille qui se fundat in negatiua ad aliquid impugnandum debeat eam probare. vt in. d. l. hoc iure. de ver. ob. ⁊ ibi plene per Bart. et per Inno. i. c. super his. de accusa. Sed hoc probare difficillimum est: nec enim sufficit ꝙ in actis non contineatur ꝙ viderit nisi directe vel indirecte probetur ꝙ non viderit: nam possibile est ꝙ viderit ⁊ tamen notarius obmisit hoc in actis ponere. probationes autem debent necessario concludere. l. non hoc. vnde cognati. ¶ Tertio tollitur dicta exceptio: quia posito ꝙ non viderit instrumentū debiti adhuc dici ⁊ attentari potest ꝙ ex hoc captura non sit vitiosa ꝙ pluribus modis ostenditur. ¶ Primo quia re vera dictum instrumentū extabat prout apparuit ex productione postea facta in termino dato ad probandum et iustificandum. Item presumendum est ꝙ iudex ita crediderit: scilicet ꝙ extaret sed ipsum non viderit. neqꝫ enim credendum est ita fatuus ꝙ si non credidisset extare instrumentum concessisset capturam:

a ¶ Nō plura. Adde do. Bar. sozi. in cō. lxiii. incip. i presenti. versicu. sed si diuersis. circa fi. ī prima parte. ꝙ qñ delictum reperitur preparatoriū ad alteruz ſm naturā actus: vt amplexus ad libidinē tunc attenditur solum actus principalis ⁊ finalis: secus qñ reperiꝶ preparatorium non ſm naturam actus: sꝫ contingenter.

Additio.

a ¶ Referꝶ ad modicuz. Vide Pet. de ancha. in. c. littere. i. vj. not. de dila. vbi ꝙ pōt referri ad magnā summaz si talis probetur intentio pferentis. M. S.

c ¶ Standum. Adde. d. Alex. de imo. i cō. xlii. in vlti. col. i. iii. parte. ⁊ in consi. xlvi. i fi. vj. colū. in prima parte.

fuisset capturam: iste enim fuisset dolus in iudice qui non presu-
mitur: ⁊ ipse etiam iudex sic putare extare licet ipsum nō vide-
rit perinde est ac si vidisset quia sua opi. cōcurrebat cū veritate
⁊ sic habetur pro perfecta sciētia que per inspectionē habetur.
vt hoc habetur in. l. cū quidā. in ver. totiens agitur ei sua pre-
2 sumptio ⁊c. ff. de acqui. hered. ¶ † Preterea scire quis dicit͛ id
qđ vehemēter opinat͛. C. de iura. calū. l. ij. §. ꝙ obseruari. in ver.
scientes. coniūcto ꝙ postea subditur ibi ꝙ quisq; tamen credit
⁊c. ⁊ ibi expresse per Bart. Ex quo igitur iudex opinabatur in
strumentū extare ꝙ presumitur vt dixi perinde est ac si vere sci
uisset per veram oculorum inspectionem. ¶ Preterea ex quo
veritas postea apparuit ꝙ extabat per ipsius instrumenti pro-
ductionem omnis dubietas que prius fuisset euacuatur: ⁊ per-
inde est ac si vnq̃ fuisset: quia reperta veritate cedunt omnia
veritati. viij. di. c. veritate. de frigidis. c. fraternitatis. in fi. fa-
cit. l. quedam. ff. de rebus dubijs. ibi bonus text. Concluditur
ergo ꝙ q̃uis non habuerit iudex notitiam dicti instrumenti
per sensum corporeum ⁊ per inspectionem oculorū: tamen di
citur habuisse notitiam per intellectum propter duo simul cō-
currentia. s. quia sic erat rei veritas ꝙ debitum ⁊ instrumētum
extabat: ⁊ quia iudex sic vehementer putabat: hec autem noti
tia intellectualis equiparat͛ notitie sensuali vt ex supradictis
iuribus colligitur: ⁊ quia sic in fi. videmus ꝙ demonstratio fit
interdum ad intellectū sicut ad oculum. ff. de ope. no. nū. l. j. in
prin. ¶ Preterea confirmo predicta: nam videre vel nō vide-
re instrumentū debiti non est illud qđ dabat iurisditionē iudi
ci: sed concernebat exercitium iurisditionis. nam iurisditionē
habebat ex electione cōmunis Senarum. verūetiam impartit͛
⁊ exercere solet: cum sibi cōstat de debito. nam quotiens iudex
non ignorat se iudicem vel id quod principaliter dat sibi iuris-
ditionem licet ignoret adminicula vel ex quibus iurisditio
excitat͛ vel impartitur non ꝓpterea reddit͛ nullū id quod agit.
ff. de iudi. l. ij. §. j. ⁊ est theorica Bar. in. d. l. multum. de cōdi. ⁊
demon. hic autem sciebat se iudicem ⁊ suam electionē. non er-
go redditur captura vitiosa licet ignorauerit instrumentum.
¶ Preterea quotiens videmus ꝙ iudices instāte tempore in-
stantie cum plene acta non potuerint videre vel examinare fe-
runt sententias isto modo: videlicet condēno talem si venit con
dēnandus ⁊ absoluo si venit absoluendus ⁊ tenet talis senten-
tia. vt no. Bar. in. l. cum iudex. C. de sen. ⁊ tamen non vidit vel
examinauit acta. paria enim sunt nullo modo vidisse vel vidis-
se imperfectum sine examinatione. ar. l. quotiens. ff. qui satisd.
cog. non ergo vitiatur actus iudicis ex hoc ꝙ non vidit scriptu
ras. Et per hoc respondetur ad. l. properandum. in. §. ⁊ si qui
dem. licet enim debeat iudex videre acta cum sententiā dat: nō
tamen ibi dicitur ꝙ sententia sit nulla licet non viderit: immo
contrarium apparet ex notatis in. d. l. cū. C. de senten. sufficit
enim ꝙ non discrepet ab actis: sic ⁊ hic actus iudicis seu con-
cessio capture non discrepabat a veritate debiti ⁊ instrumēti: q̄
re vera capi poterat ex tanto debito: igitur non nocet ꝙ non vi
derit ex quo veritas postea apparuit. Et eodem modo respon-
detur ad. l. hec autem. §. non defendi. quibus ex cau. in posses-
sio. eatur. Item ad glo. que est in. l. fulcinius. §. j. respon. ꝙ illa
glo. dicit debere adhibere aliqualem cause cognitionem cum
tenuta concedit͛ al's non valet. Notādum quia nō requirit glo.
ꝙ iudex videat instrumentum sed ꝙ adhibeat aliqualē cause
cognitionē que cōsistit in multis: vnde nō sequit͛ non vidit in-
strumentum: ergo nō adhibuit aliqualē cause cognitionē: po-
tuit enī esse ꝙ aliunde tantā fidē habuit ꝙ ipsum ad ꝑfectā cre-
dulitatem adduxit. ⁊ ista dr̄ sufficiens probatio quotiēs iudex
ex pluribus corā eo gestis deducitur ad ꝑfectam fidē. iuxta no.
per Bar. in. l. admonēdi. de iureiur. Captura nō inferebat per-
petuū seu plenū ꝑiudiciū: eo q̄ nō stat͛ in terminis capture sed
venit iustificāda postq̃ facta est ſm stilum curie senensis: ⁊ si nō
iustificat͛ statim reuocat͛ ⁊ nullum attulit grauamē vel satis pa
rum: si vō iustificatur confirmatur. ¶ Sequitur ergo ꝙ in ipso
actu capture nō requirit͛ exacta fides debiti sicut requiritur cū
fit venditio bonorū vel concessio in solutum ex secūdo decreto:
illa enim fiunt vt perpetuo durent: ideo requiritur plena pro-
batio debiti ꝑ instr̄m vel testes que quo ad quid dr̄ summaria
quia parte absente fit: sed quo ad aliud dicitur plenaria q̄ ple
na probatio requiritur: ⁊ i his terminis loq̄tur gl. in. d. l. fulci-
nius. §. ij. in glo. no. duo. si bñ inspiciat͛. Sed captura que fit ex
instrumēto debiti nō fit ad hunc finem vt postq̃ facta est iusti-
ficetur: ⁊ si reperiatur iusta remaneat firma al's retractet͛: quia
ergo fit sub hac spe seu conditione vt postq̃ facta est iustifice-
tur: ⁊ ita stilus curie approbat. dico ꝙ illa cause cognitio non
est de necessitate adhibenda ab ipso initio cum fit: sed suffi-
cit ꝙ adhibeatur postea ⁊ si non iustificetur condēnabitur qui
fecit eam fieri ad omne interesse: ⁊ sic captus illesus cōseruetur
non sic in secūdo decreto qđ interponitur nō vt iustificet͛ postq̃
est interpositum quia frustra interponeretur: ideo necesse est ꝙ
iustificetur ante: scilicet cum fit: ⁊ hoc vult illa glo. ⁊ in hac con
sideratione videtur mihi multum cōsistere medullam huius ne
gotij. Ad predicta bene facit qđ no. per gl. ⁊ doc. in. l. cōsenta
neum. C. quomodo ⁊ quando iud. vbi dicunt ꝙ iudex ordina-
rius potest aliquem capere personaliter quotiens vult vel quo
tiens sibi videtur: non ergo potest primus actus capture impu
gnari ex eo ꝙ non vidit instrumentum: sufficit enim qđ sibi sic
visum fuerit ⁊ qđ sic voluerit postq̃ iste actus primus in sua vo
luntate vel arbitrio relinquitur vt ibi habetur. vnde nō potest
sibi aliqua questio referri. iuxta no. in. c. statutum. §. assessorē.
de rescrip. lib. vj. per glo. ⁊ in. l. nulli. de epis. ⁊ cleri. post pn̄. ibi
pro sua conscientia ⁊c. per Bal. sed actus secundus: scilicet re-
tentio posset bene impugnari si non iustificetur captura et hec
videtur mihi ipsa veritas ⁊ ita approbat practica quā tñ mul-
ti defendere nesciunt ab obiectis sed ex predictis apparet clara
defensio. ¶ Concluditur ergo ꝙ sufficit instrumentum debiti
fuisse productum post capturā in termino dato ad probandū
nec potest impugnari ex eo qđ plus non fuerit productum: tñ
quia stilus curie approbauit ꝙ iustificatur postq̃ est facta. Un
de non fuit necesse iustificare prius: quia de iure cōmuni iudex
capere potuit pro sui libito si sibi videtur licet non retinere nisi
iustificetur ex quibus remanet euacuata prima obiectio.
3 ¶ † Uenio ad secundam de suspitione instrumenti vel proto-
colli que videt͛ fundari in. l. iubemus. C. de proba. vbi dicitur
ꝙ producens scripturam suspectam adhibere debet ei fidem si
per testes ⁊ indicia probet: al's non facit fidem. ⁊ concordat. l. j.
circa prin. C. de iuramē. calum. Sed respon. ꝙ Specu. intelli-
git illa iura quādo scriptura esset suspecta ratione alicuius ra
sure vel interlineature posite i loco suspecto: al's licet alique su-
spitiones assint tamen valet licet contra probetur nec per solā
suspitionem cessatur. ita not. in Specu. de instru. edi. §. ij. ver.
⁊ nota ꝙ tabellio. per vnam quasi columnam ante fi. §. sed hic
nō proponitur subesse rasura vel aliqua vituperatio: sed quod-
dam interuallum chartarum ꝙ non de illis defectibus qui ha
beant ipsam reddere suspectam: vt patet eo. ti. in. §. instrumen
tum publicum. per discursum totius. §. vnde cum hic non alle
getur aliquid de contentis in. d. §. standum est sibi. vt idē Spe.
expresse no. in. §. restat. post prin. e. ti. ibi. ⁊ breuiter creditur in
strumento ⁊c. ¶ Istud enī qđ allegatur de interuallo charta-
4 rum potius suspitionē hominis inducit q̃ iuris. † Item aliud
qđ allegatur ꝙ ille notarius multotiens errauit in suis instru-
mētis: ad hoc non nocet: q̄ posito ꝙ illa esset tñ instrumēta fa
cta per eū valent quousq; fuerit ab officio notariatus deposit⁹:
qđ hic non dicitur factum. ita determinat idem Specu. in. d. §.
instrumentum. Item opponitur ꝙ tabellio ibi ⁊c. hoc verū ꝙ
licet tabellio ⁊c. ⁊ etiam Bar. cōsuluit in consi. qđ incipit. simi
liter Joannes. ⁊ hoc ꝓpter publicam vtilitatem ex quo tolera-
tur in offi. idem no. Specu. in. d. §. restat. ver. qđ si tabellio. Itē
aliud qđ allegatur videlicet ꝙ multotiens consueuit facere in-
strumenta discordantia a protocollo similiter nō nocet: nam ex
hoc non redderentur suspecta protocolla sed potius instrumen
ta: quia qñ illud accidit statur ꝓtocollo tanq̃ magis originali:
vt no. Bar. in. l. sempronius. ff. de lega. ij. vnde si non produci-
tur protocollum: frustratoria est ista impugnatio que ipsū nō
5 tangit. ¶ † Uenio ad. iij. excep. ⁊ dico ꝙ licet in illo instrumen
to vel protocollo sit scriptus pro teste ille Bartholomeus fra-
ter stipulatoris in quē remissa fuit declaratio dotis: non ex hoc
vitiatur. nam aut dicetur vitiari ex eo ꝙ ille sit frater stipulato
a ris ⁊ hoc est falsum: quia frater potest testificari ꝓ fratre.[a] iuxta
ea que plene notantur per Bar. in. l. qui testamēto. ff. de testa.
Preterea hic nō testificatur ipse Bartholomeus sed instrumē-
tum notarij: qđ facit fidem etiam mortuis testibus. ad hoc qđ
plene no. in. l. fi. C. de fideiusso. ⁊ l. heredes palā. de testamen. ꝑ
Bar. Aut dicetur vitiari ex eo ꝙ in illum fuit remissa declara
tio: ⁊ tunc similiter non potest hoc dici quia nunc nō agitur de
probando illam remissionē sibi factam sed agit͛ de probādo ꝓ-
missionem factā Martino: vnde cum illa promissio sit res pn̄-
cipalis illius instrumenti ⁊ illa nō sit facta Bartholomeo sed
Martino non ꝓhibetur Bartholome⁹ esse testis licet sibi fue-
rit incidenter facta remissio seu commissa declaratio sicut vide-
6 mus † ꝙ legatari⁹ potest esset estis i testō in quo non relinquit͛
sibi principaliter sed incidenter. iuxta no. in. l. dictantibus. C.
de testa. facit qđ no. in Specu. in. d. §. instrumentum. ver. quid
ergo si testator. Et ex predictis remanent sublate dicte noue ex
ceptiones nouiter date super alijs duab⁹ vltimis satis recolo
me scripsisse: ideo me vlterius non extendo. Laus deo.

¶ Consilium. xx.

1 ¶ Dñs nō potest obligare subditos ꝓ ei⁹ debito cum nō ha

Additio.
a ¶ Testificari ꝓ fratre. Au fra
ter inuitus vel vo
lēs admittatur
cōtra fratrē. vi-
de oino Panor.
in. c. litteras. in
iij. col. super gl.
j. de presump. et
vide Fely. i. c. in
litteris. i col. fi.
ver. fallit. vj. de
testi.

beat administrationem bonoꝝ singularium personarum.
2 Et iurisditio quo ad aliquos actus non extenditur ad alios.
3 Et dominus nō potest deducere iura nec actiones suorum sub-
ditorum in iudicium absq; mandato: nec obligare: nec eorum
bona alienare.
4 Nec deputati ad administrationem ciuitatis possunt bona ob-
ligare nisi babito mandato ⁊ probata versione.
5 Et princeps cum facit bellum vel nubit filiam non debet vexa
re ciues sed de suo exponere.
6 Et non posset dominus facere per legem ꝙ ex contractu facto
per ipsum subditi eius essent obligati.
7 Et qui potest legem facere contrahēdo absq; solēnitate requi
sita videtur illam tollere.
8 Et epī ⁊ inferiores dn̄i non possunt statuere cōtra ius cōmune.
9 Et dominus qui non potest legem facere similiter nō potest fa-
cere contractum qui habeat vim legis.
10 Nec dominus potest transferre in alium ius qđ babet in subdi
tos eis inuitis.



IN christi nomine amē.

¶ In causa istoꝝ de Cerreto videtur dicendū ipos
fore relaxandos tanq̄ indebite captos pluribꝰ ra-
1 tionibus. † Et primo quia nō video qualiter dominus Came-
rini potuerit obligare homines de Cerreto nisi appeat de ipso
rum volūtate vel ꝙ pecunia mutuo recepta fuerit conuersa in
eorū vtilitatem posito ꝙ probatū esset ipm fore dn̄z dicti castri
⁊ illos fore sibi subditos ꝙ sic ostenditur. Nam superioritas de
qua testes deponunt cōcernit solum ea que pertinent ad iuris-
ditionem ⁊ partes eius merum ⁊ mixtū imperiū ⁊ simplicem iu
risditionem dum dicūt ꝙ dictus dominus cōsueuit mittere offi
ciales qui faciunt executiones ciuiles ⁊ criminales. Item con-
cernit custodiam dicti castri dum dicunt ꝙ mittit castellanos:
nō autem cōcernit administrationem bonoꝝ singularuz perso-
narum: qꝛ de actibus cōcernentibus administrationē predictā
testes nibil deponunt: licet ergo dictus dominus cōsueuerit fa
cere illa que concernunt iurisditionem non propterea sibi com
petunt ea que concernunt administrationem. Nam ex frequē-
tia ⁊ consuetudine vel exercitio aliquoꝝ actuum non acquirit
vel probat ius nisi super illis actibus quos quis exercere cōsue
uit. ff. de iti. actuq; priua. l. j. §. si quis hoc interdicto. ver. iulia
2 nus. † ⁊ ibi expresse per Bar. qui dicit ꝑ illū tex. ꝙ ille qui exer-
cuit certos actus iurisditionis: in illis tm̄ dꝛ prescribere non in
aliis quos non exercuit: secus est qn̄ haberet ex concessiōe supe-
rioris: quia tunc exercēdo vnum retinet oēs. hoc etiā no. gl. in
c. cum cōtingat. de deci. Sed obligare personas singulares ꝓ
debito pecuniario pertinet ad administrationem eoꝝ seu patri
monij nō aūt ad actum iurisditionalē. vnde cū non sit probatū
eidem dn̄o cōpetere talē administrationē dicendum enim ꝙ fa
cere nō potuit talem obligationē. ¶ Sunt em̄ distincti admini
stratores quidā sup iurisditionibus: ⁊ iste est dn̄s gentilis ⁊ sui
officiales: qdam super administratione bonoꝝ: ⁊ isti sunt cōsu
les dicti castri a tota cōmunitate deputati. Ne igitur reip. tur-
bent officia vnus quisq; ꝙ ad se pertinet exercere debet ⁊ nō oc
3 cupare ꝙ est alterius. C. de testa. l. ꝯsulta. ¶ † Preterea domi
nus Camerini ratiōe sue superioritatis nō posset in iudiciū de-
ducere iura ⁊ actiones cōpetentes hoibus de Cerreto sine ipoꝝ
mādato: vt in. c. auct. in fi. de priuile. lib. vj. ergo nec eoꝝ bona
alienare: qꝛ ista iudicant ad paria. vt. l. ait pretor. post prin. ff.
de iure delibe. ergo nec eos obligare: quia ex obligatione sequi
tur alienatio bonoꝝ. vnde probibita alienatione ꝓhibet etiaz
obligatio per quā peruenit ad eā. vt est casus in. l. j. si ad resol-
4 uēdū. C. de predi. mi. ¶ † Preterea video ꝙ etiā illi qui depu-
tati sunt ad administrandum bona non possunt ex mutuo obli
gare cōitatem aliquā vel singulares personas nisi pecunia pro
betur cōuersa in illoꝝ vtilitatē vel expressum dederint de boc
mādatuz. vt. l. ciuitas. ff. si cer. pe. ⁊ in aut. hoc ius porrectum.
de sacrosan. eccle. nec sufficit asserere in instro ꝙ ꝓ vtilitate cōi-
tatis sit recepta nisi alterum de illis probet. vt no. per doc. in di
ctis locis quāto minus poterit ille qui nō est deputatus ad ad
ministrandū sed ad iurisditionalia exercēda. facit. c. dilecti. de
maio. ⁊ obe. ver. ep̄s nō potest obligare capitulū vel ecclesiā si-
ne illoꝝ cōsensu ⁊ ipso iure nō valet. idē in tutore nisi appareat
in vtilitatem pupilli ⁊ in rē eius sit cōuersa. facit qđ plene no. in
5 l. ei qui. C. qđ cū eo. ¶ † Preterea sequeret absurditas magna
ꝙ quotiens dominus Camerini indigeret pecuniis pro suis ꝓ-
priis negotiis reciperet eam mutuo et obligaret subditos ꝙ
esset iniquū ⁊ fieret cōtra id quod no. in. d. l. neminē. C. de sacro
san. eccle. vbi dicūt ꝙ quādo princeps aliquis vult facere guer
a ram debet eā facere sine ꝑiudicio subditoꝝ[a]: ⁊ si vult maritare
filiā similiter nō debet ꝓ boc grauare ꝙ expendat de suo. C. de

a ¶ Subditoꝝ. Vide bal. in cōsilio. cccclxxxiij. i prima parte.

b ¶ In generali ꝯcessione. Ad de ꝑ. d. Pe. phi. cor. i ꝯs. ccxxxv. inci. de pluribꝰ. ꝑ totuz. i. ij. pte. Et qs nō censet cōcedere in generali concessione ꝙ specialiter nō esset cōcessurus. ꝑ eūdē ꝯs. lxxxiij. incipiē. circa. in littera. B. i. iiij. parte.

sta. ⁊ ima. l. ij. in fi. de offi. procon. l. obseruari. in prin. ⁊ in aut.
de colla. §. ad bec iubemꝰ. de offi. presi. l. illicitas. §. ne potētio-
res. de lucris aduocato. l. j. li. xij. de pascu. priua. l. j. li. xj. Sed
si posset obligare subditos. ratiōe sue superioritatis manifeste
sequeret contrariū. dicendū est ꝙ isti nō potuerūt capi tanq̄ ob
ligati nisi fuerit ostensum ꝙ dictus dn̄s habuerit mandatuz ad
eos obligandum: q̄ cum non fuerit factum sunt relaxandi.
¶ Preterea prefatus dn̄s non potest eis inuitis transferre in
alteruz ius qđ in illis habet. vt no. in. l. inuitus. ff. de fideicom.
liber. de probi. feu. alle. per fede. preterea ducatus multo minꝰ
facere pōt id qđ in eis non habet. s. eos personaliter obligare.
Nec ob. si dicatur ex quo babet in illis iurisditionem potest fa
cere legem. sed contractus illius qui potest facere legem habea
tur pro lege. vt. l. cesar. ff. de publica. de dona. l. donationes. Re
spō. verū. est circa ea que sibi competunt. s. circa exercitium iu-
risditionis. l. j. si quis ius di. non obtemp. sed circa ea que sibi
6 competunt non potest facere: hoc autē sibi non cōpetit. † vnde
non posset ipse dn̄s Camerini facere hoc per legez: videlicet ꝙ
ex contractu suo vel ex mutuo per ipsum recepto subditi sui es-
sent obligati: quia lex ista esset ambitiosa et nociua et sic tanq̄
inutilis reiicienda cum de esse legis sit ꝙ principaliter tēdat in
vtilitatem subditorum non in damnum. viij. dist. erit autem.
7 igitur si non posset hoc facere per. l. nec per contractū. ¶ † Pre
terea si bene inspiciantur leges ille loquuntur de illo qui potest
facere legem contra ius commune: et circa ea de quibus potest
dispensare: vt si princeps qui potest tollere solēnitates iuris fa
ciat contractum super rebus suis sine solennitate: nam valet
et videtur solēnitates iuris tollere qđ facere potest vt ibi. ⁊. l.
omniū. C. de testa. Sed dominus Camerini non tamen talem
8 ꝙ deroget iuri communi: † quia inferior legem superioris tolle
re non pōt. vt in cle. ne romani de ele. sicut nec episcopi possunt
facere cōstitutionē derogantē iuri cōi: vt no. in. c. iij. de maio. ⁊
obe. Et in hoc differunt isti magistratus seu superiores perpe-
tui ab vniuersitate ciuitatis aut castri: quia vniuersitas potest
facere statutum contra ius cōmune ⁊ in ipsiusmet preiudiciuz.
l. om̄es populi. de iusti. ⁊ iu. sed tales magistratus perpetui nō
possunt facere legem in preiudicium subditorū nec contra ius
cōmune sicut nec ep̄i: maxime quia talē superioritatē babet di
ctus dn̄s in dicto castro: vel expressa concessione romane eccle-
b sie vel ex tacita: ⁊ in tali generali concessione [b] non veniunt illi
9 cita. l. iij. §. si procur. qđ quisq; inr. ¶ † Dico igitur ad propo-
sitū ꝙ inquantū dictus dn̄s obligauit semetipsum bene posset
ꝫm illa iura obligari: qꝛ talis cōtractus habet vim legis quia
factus super bis que ad se pertinent vt dictis iuribus. Sed in-
quantum obligauit subditos dico ꝙ ille non est contractus: qꝛ
subditi non potuerunt obligari sine ipsorū consensu expresso
per nuntium vel epistolam vel per instrumentum. l. consensu.
de act. ⁊ obli. ⁊ ibi no. nō ergo pōt dici ꝙ habeat ꝓ lege ille ꝯtra
ctus qui nō est cōtractꝰ. duplicē em̄ cōtractū facere voluit. Vnū
per quē semetipsum obligauit: ⁊ ille valuit: ⁊ pōt dici prima fa
cie ꝙ babeat pro lege quantū ad ea super quibus pōt facere le-
gē vt ꝙ subditi nō impugnēt dictū cōtractū inquantū ipe dn̄s
seipsum obligauit. Aliū per quē obligauit subditos: ⁊ iste non
valuit cū cōtractus fundet in ꝯsensu qui hic nō fuit quo ad sub
ditos: igitur non habet pro lege cōtractus qui nō est. ¶ Pre-
terea hoc est cōtra iura ꝙ subditi sine ipsorū cōsensu ab alio ob
ligētur: igitur ipse dn̄s non posset cōtrariā legē super boc face
re vt dictū est. ⁊ ꝓ hoc tolli pōt qđ no. Bar. in. l. ciuitas. ff. si cer.
pe. nam loquitur in ipsa vniuersitate: nam ciuitas que pōt fa-
cere legē in sui preiudiciū propter cōsensum omniū qui in ea in
teruenit: merito cōtractus factus per eam habet vim legis in
eorū similiter preiudicium: sed nos loquimur in superiore qui
non pōt facere legē in preiudiciū subditorū ⁊ in sui propriā vti
litatē: igit nec cōtractus eius in hoc vim legis habet. Itē non
obstat si dicatur ꝙ propter delictū dicti dn̄i denegantis facere
iusticiā possent capi eiꝰ subditi. xxiij. q. ij. c. dn̄s noster. igit pro
pter cōtractū. nam hec cōsequētia tollitur per nota. per doc. in
l. iubemus nullā. C. de sacrosan. eccle. vbi dicūt ꝙ licet delictū
prelati noceat ecclesie: nō tamē nocet eius cōtractus: ⁊ sic plus
potest delictum ad nocendū subditis q̄ cōtractus. ratio ibi po
nitur per doc. Ex quibus concluditur ꝙ isti non potuerunt ca
pi tanq̄ obligati ex contractu domini Camerini. ¶ Preterea
posito ꝙ predicta cessarent non videtur probata superioritas
eo modo quo requiritur: nam actus de quibus deponūt testes
sunt indifferentes: ⁊ ita possunt conuenire recommendatis si-
cut subditis: nam ⁊ habentes terras recommendatas mittunt
ad eas officiales: vt patet in multis terris recommendatis com
muni Florentie. non ergo sequitur ille consueuit mittere offi-
ciales: igitur sunt eius subditi. l. non hoc. C. vnde cogna.
10 ¶ † Preterea iste qui fecit eos capi nō potest venire iure cesso

eo modo

eo modo quo venit: quia cum ille qui cessit se fefellerit ⁊ fue-
rit iudicatus cessans cedere non potuit cõstante statuto cõmu-
nis Florentie. Item ad cõfirmationẽ eorũ que primo loco di-
xi bene fecit qđ alibi dicũt doc. videlicet ꝙ ciuitas potest ꝑ ge-
neralem legem auferre vni priuato rem suã nõ per specialem.
ratio est: q: in. l. generali consentiunt simul oẽs. vñ si postea ca
sus accidat ꝙ vnus tangatur vel ledatur nõ põt conqueri cuꝫ
simul consenserint. l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. sed in. l. spe
cialiter facta contra vnum ille non consensit: ideo sibi non p̃iu
dicat. l. si priuatus. ff. qui ⁊ a quib⁹. In proposito vero homi-
nes castri Cerre. vndiqꝫ consenserunt. vnde quo ad eos dicere
tur lex ista specialis: q: paria sunt exprimere vnum tm̃ quoad
vnũ vel oẽs in genere quoad singulos. l. si duo. ff. de admi. tut.
sicut ergo dominus Camerini non potuit vnũ solũ hoĩem Cer
reti obligare per suũ cõtractũ vel legem ita nec omnes simul:
quia sicut ibi non consensit ille in illa speciali obligatione: ita
in ista generali nullus consensit: vnde iure cuius dicitur specia
lis generalis autẽ esset si omnes consensissent obligari: ⁊ post-
ea contingeret vnum capi: tunc non posset ille reluctare: cum
simul ꝯsenserit. dicta. l. in diem. ¶ Preterea si dicimus istos
obligatos quero qua actione tenentur. Aut enim dicis certi-
conditione ex mutuo: ⁊ hoc est falsum: q: cũ mutuũ contrahat
re nõ põt ex eo obligari ille ad quẽ res nõ peruenit vere vel in
terpretatiue. iuxta ea que habẽtur in. l. eadẽ. ff. de duobus reis.
Aut dicis ex stipulatu ⁊ idẽ cũ in ea requirat presentia partiũ
vel saltim iussus. l. j. in prin. ver. si quis. de verbo. obliga. et isti
nec fuerunt presentes nec alius eorũ iussu promisit sed ipse do
minus sine iussu. Aut dicis eos teneri actiõe ex lege quasi pro
missio facta per dñm Camerini vim legis habeat ⁊ adhuc est
falsum: q: ipse dñs non posset hanc legẽ facere ꝙ pro mutuo re
cepto per eũ vel per cõitatẽ Camerini teneant illi de Cerreto
cũ istud sit cõtra ius cõmune ꝙ alter ꝓ altero teneat. C. ne fili⁹
pro patre. ⁊ ne vxor pro marito per totũ. ⁊ ipse dñs raro potest
facere legem que sit cõtra ius cõe: sicut nec ep̃s posset vt supra
dictũ est: princeps aũt vt imperator vel papa qui tenet ibi tem
poralem iurisditionẽ qui bene posset facere de plenitudine po
testatis sicut facit ꝙ dñs teneat ex cõtractu serui de peculio et
simi. Item vna cõitas inter seipsos bene posset hoc facere qđ
pro contractu vnus alteri teneatur: q: in hoc cõsentiũt om̃es
de cõitate: ⁊ sic magis obligant ex cõsensu proprio q̃ alieno fa
cto. leges aũt dicentes ꝙ cõtractus illius qui põt facere legem
habeatur pro lege: loquũtur quantũ ad personam ipsius con-
trahentis. Item quãtũ ad hoc vt censeatur dispensatũ super
solẽnitate omissa si est talis qui possit dispensare. Item quan-
tum ad hoc vt subditi non possint venire cõtra contractuꝫ vel
pacta facta super eo. vt. d. l. cesar. ratio est: q: illa possunt fieri
per legem: sed contrahendo videtur legẽ super his facere: sꝫ ꝙ
ille qui potest facere legem possit aliũ obligare cõtrahẽdo: hoc
dicunt illa iura: nec ratio dictat cuꝫ per. l. illud fieri nõ possit.
Nam virtus legis cõsistit in quattuor. s. imperare vetare ꝑmit-
tere ⁊ punire. l. legis virtus. ff. de legi. nõ autẽ in obligando al
terum vel contrahendo pro ipso. Istud em̃ magis pertinet ad
ꝓcuratorem seu administratorẽ alterius q̃ ad legis latorem:
bene tamen fateor ꝙ lex põt alterũ obligare si faciat contra le-
gis preceptum. Aut dicis eos teneri actio. in factũ tanq̃ pecu
nia ad eos peruenerit. l. si me ⁊ titiũ. si cer. pet. istud nõ est ꝓba
tum: ergo ⁊c. Per pũcta ergo rationis demonstratiue ostendi
tur istos nõ fore obligatos: ⁊ ideo cum fuerint capti tanq̃ obli
gati ex falsa causa veniunt relaxandi: vt in iuribus vulgari-
bus ⁊c. Laus deo.

¶ Consilium. xxj.

1 ☞ In hoc consilio tractatur de pluribus reformationibus florentinis que videbantur cõtrarie: ⁊ in eo habetur ꝙ illa nõ dicuntur contraria que cum distinctione duci possunt ad concordiam.

2 Et ꝙ generalis prouisio vel statutum non refertur ad prouisum specialiter vel statutum.

3 Et an officia que debẽtur ciuibus debeantur comitatensibus. late hic vide.



IN christi nomine amen.

1 ¶ † Primũ dubiũ orit ex tribus statutis. s̃. descri-
ptis: quorũ vnũ vꝫ positũ in libro statutorũ dñi ca-
pitanei qđ loquitur de. x. annis. Aliud positũ in statutis artis
iudicũ ⁊ notariorũ qđ loquit de quinqꝫ annis: sed reformatio
loquitur de. xx. annis: ⁊ sic videntur inter se cõtraria. Sed nõ
dicunt contraria illa que possunt cũ aliqua distinctione dedu
ci ad concordiam: vt in prima constitutione. C. §. quibus. ff. de
legi. l. nam ⁊ posteriores. qui satisda. cog. l. sciendum. coniun-
cta aut. offeratur. C. de lit. contest. ⁊ qđ ibi not. ⁊ qđ not. Cy. de
fide instru. l. scripture. ⁊ Bar. in consti. ad reprimendã. sup ver
bo non obstantibus. promptũ est enim leges legibus concor-
dare. C. de inoffi. do. l. j. de elec. cũ expediat. lib. vj. ¶ Conside
randum est itaqꝫ ꝙ primũ statutum loquens de decem annis
est generale tam quo ad personas q̃ quo ad officia. Primũ pa
tet q: loquitur de personis constitutis in quacunqꝫ arte nõ so-
lum iudicum ⁊ notariorum sed etiam aliorum. Secundũ pa-
tet: q: licet in principio loquatur de officio cõsulis postea sub-
dit generaliter obseruandum in quibuscũqꝫ officialibus com-
munis Florentie: vt pꝫ in eo. ¶ Secundum vero statutum de
quinqꝫ annis est speciale quo ad personas non notariorium tã
tum sed generale quo ad omnia officia cõmunis Florentie.
¶ Tertia reformatio est specialis quo ad personas notariorũ.
Itẽ speciale quo ad officia notariatus tantum vt in ea patet: ⁊
ista loquitur de annis. xx. Itẽ considerandũ est scđo ꝙ regula
2 iuris † ꝙ generalis prouisio vel statutũ non refert ad ea de qb⁹
specialiter prouisum vel statutum est. ff. de penis. l. sanctio le-
gum. C. de silẽtiarijs. l. decurionibus. ff. de verbo. oblig. l. stipu
lationes cõmodissimum. ⁊. l. doli clausula. ff. de vulg. ⁊ pupil.
l. alimẽta. §. basilice. ⁊. l. stichus nutriẽs. ⁊ regl'a est etiã ꝙ gene
a ri ꝑ speciẽ derogat[a]. de leg. iij. vxorẽ. §. felicissimo. cũ si. ¶ His
premissis dicta statuta que vident cõtraria reducũtur ad con
cordiam cũ ista distinctione: aut loquimur de notarijs: aut de
alijs constitutis in alijs artibus. primo casu aut volunt habe-
re officia notariatus: ⁊ tunc seruãda est reformatio noua facta
in. M. cccciiij. videlicet vt debeant ipsi vel eorũ consortes aut
parentes soluisse prestantias p. xx. an. al's repellũtur: vt in ipsa
habetur: nec habet locũ tunc primũ vel scđm statutum loquen
tia de alijs personis vel officijs temporalibus: q: cum loquat
generaliter quo ad personas ⁊ officia vt in primo: vel quo ad
officia vt in secũdo nõ extendũtur ad hũc casum in quo specia
liter est prouisum per reformationẽ: vel posito ꝙ a principio ex
tenderent cũ fuerunt condita postea per hanc reformationem
fuerũt scripta: ⁊ iste casus specialis fuit a generalitate dictorũ
statutorum exemptus: vt in iuribus. s̃. alleg. Requiritur etiaꝫ
vltra predicta contenta in dicta reformatione ꝙ tales notarij
sint ciues oriũdi de ciuitate Florentie per sex menses: vel ꝙ sint
tales q pro ciuibus oriundis habeantur: vt sunt illi de sancto
Geminiano ⁊ de sancto Miniato postq̃ habitauerunt in ciui
tate Floren. per sex mẽses: vt patet in pactis factis tempore sub
3 missionis eorum: al's nõ admittẽtur. † Posito enim ꝙ aliquis
forensis stetisset hic per. xx. annos ⁊ soluisset prestantias nõ pro
pterea esset effectus ciuis nec deberent huic officia consueta ci-
uibus assiguari: licet ex hoc dici posset incola vel municeps. l. j.
ff. ad municipales. Et hec procedũt presupposito ꝙ dicta offi-
cia notariatus concedantur ciuibus originarijs tm̃ vel ex con-
suetudine vel ex statuto: tunc em̃ reformatio supradicta debet
suppleri ꝓm dictam consuetudinem. Si vero consueta sunt cõ
cedi ciuibus simpliciter tũc cũ omnes comitatẽses sint ciues.
ff. ad muni. qui ex vico. vt not. in. l. j. eo. ti. per Bar. possent di
cta officia consequi notarij comitatenses etiam illi qui non ha
bentur pro ciuibus originarijs: vt sunt illi de monte catino et
de carmignano: ꝓm qđ patet ex eorum submissionibus. ⁊ idem
in alijs dũmodo onera cõis sustinuerunt per annos. xx. ꝓm di-
ctam reformationem vel ipsi vel eorum parentes aut cõsortes:
nec curo si nõ soluerũt prestantias vt ciues vel reformatio sic
dictet: sꝫ sufficit ꝙ soluerũt estimũ sicut comitatẽses: nam ⁊ illa
sunt onera cõis: ⁊ ꝙ operant p̃stãtie in ciuib⁹: opat estimũ ĩ co-
mitatẽsib⁹: vt sic verba sint intelligenda ꝓm qualitatẽ ꝑsonaꝝ.
l. plenũ. §. eqtij. ff. de vsu ⁊ ha. Si v̄o nõ reperiret cõsuetudo in
troducta vt magis ciuib⁹ q̃ alijs soluẽtibus prestantias dicta
officia tribuerent: tũc etiã oẽs forẽses matriculari: ⁊ q p̃stãtias
per. xx. annos soluissent: lꝫ ciues nõ essent possent ad dicta offi
cia assumi ꝓm tenorẽ reformationis ⁊ p̃dicta cũ notarij petunt
officia notariatus cõis Florẽ. vt dictũ est. ¶ Si v̄o petunt se
admitti ad alia officia tunc refert: aut loquimur de officio con
sulatus vt sint cõsules artis sue: aut de alijs. Primo casu loqui
tur statutũ antiquũ positũ in volumine statutoꝝ dñi capitanei
ꝙ reqrit quattuor. s. ꝙ sit guelfus. itẽ ꝙ deuot⁹ sancte romane
ecclesie. itẽ ꝙ oriũdus de ciuitate vel comitatu ⁊ sic nõ reqritur
ꝙ sit originari⁹ ciuis vel talis qui pro originario habeatur: sꝫ
sufficit ꝙ sit ciuis simpliciter. s. de comitatu: ⁊ in h̊ differt a p̃ce
denti. itẽ quarto reqrit ꝙ fuerit habitator vel allibratus ip̃e ⁊
antecessores sui in ciuitate Floren. per. x. annos: ⁊ hic aduertẽ-
dum q: loquitur alternatiue. s. habitator vel allibratus quorũ
alterũ potest esse sine altero: ⁊ sic alterũ videt sufficere. l. si here
des plures. in fi. ff. de condi. insti. Itẽ dicit allibratus qđ perti-
net ad comitatẽses nõ p̃stantiatus qđ pertinet ad ciues: sꝫ ꝓm
q̃titatẽ ꝑsonaꝝ sunt v̄ba exaudiẽda vt. s̃. dixi. ¶ Sufficit ergo
ꝙ si est ciuis fuerit p̃stãtiatus per annos. x. si comitatenses fue-

a ¶ Derogatur Vide bal. in cõsi. cccxix. ⁊ in cõsi. cclvij. ĩ. v. ꝑte. vbi ponit an et quãdo generi ꝑ speciẽ deroget. ⁊ adde eũdeꝫ in cõsi. ccccxci. in. j. parte. ꝙ lꝫ sp̃es deroget generi: tñ generalis dispositio nõ tollitur in totum.

6 ¶ † Notandum ergo q ſtatutum non loquitur in rem dicendo ſi cauſa non fuerit expedita ꝛc. tunc enim videretur q per quēcunqz ſtaret quominus expediretur laudum remaneret firmū. arg. l. ſi ſeruum. §. nō dixit. ff. de acqui. here. ſed loquitur in perſona dicendo ſi nō fecerit decidi ꝛc. que verba debent intelligi ſi ſunt in mora vel in negligētia faciendi: vt no. per Bar. ff. de conſti. pecu. l. ſi duo. §. ait pretor. per illum tex. facit qd no. in. l. fideiuſſor obligari. §. fi. ff. de fideiuſ. ¶ Sed iſte Nicolaus per quem non ſtetit nō dicitur fuiſſe in mora ſeu negligentia. l. qd te. ſi cer. pe. ꝛ per conſequens dici non poteſt ipſum non feciſſe decidi vel terminari ꝛ ſic ceſſat ſtatutum. Sic etiam dicunt docto. de tempore appellationis q appellans ducat cauſam vſqz ad concluſionem ꝛ poſt concluſionem adhuc petat ſen. tentiam ferri. ꝛ tunc ſi non feratur: quia per eum non ſtat ſed per iudicē tempus non currit: vt not. in cle. ſicut appellationem. de ap. ꝛ habetur in deciſionibus rote. ¶ Concludo ergo laudūz predictum non remanſiſſe firmum cauſamqz ſupradicte cōtradictionis durare quouſqz vel per iudicem vel per arbitros fuerit terminata niſi recuſaſſet facere compromiſſum vt poſt negligētiā ꝛ moram eius etiam poſt compromiſſum tempus laberetur. ¶ Et ita dicendū de iure videt mihi Paulo de caſtro vtriuſqz iuris docto. ꝛ ad fidem me ſubſcripſi ꝛ ſigillaui. Laus deo.

¶ Conſilium. xliij.

1 ☞ Hoc in conſilio tractatur de quadam diuiſione in q vnus deuolutim conſtituit in noīe alterius poſſidere: queritur modo an debuerit intentare poſſeſſorium vel petitorium.
2 Et an in poſſeſſorijs habentibus cauſam admixtam ſententia lata in poſſeſſorio preiudicet in petitorio.
3 Et an poſſit appellari a tali ſententia.
4 Et que requirantur ad hoc vt ſententia dicatur mere poſſeſſoria qd non preiudicat in proprietate: ꝛ quando iudicium ordinariū preiudicet extraordinario: ꝛ qliter ſit agēdū ꝛ ꝓcedēdū.

In chriſti nomine amen.

1 ¶ † Videtur dicendum dictā cauſam nō eſſe mere poſſeſſoriam ſed mixtam ex poſſeſſione ꝛ proprietate: prout in quibuſdam poſſeſſorijs contingit. ff. de interdic. l. ij. §. quedam. Nam ſi dict a ſcriptura ꝛ diuiſio in ea contenta eſſent valida poſſeſſorium predictum non competeret agenti cum ipſe fundet ſe in dicta ſcriptura ꝛ diuiſione in qua dicit aduerſarium conſtituiſſe ſe ipſius agētis nomine poſſidere per qd tranſlata fuit in ipſum agentem poſſeſſio. l. qd meo. ff. de acquiren. poſſeſſio. ꝛ ſic poterat eū propria autoritate deijcere reſiſtentez. iuxta no. ff. de acqui. poſſeſ. l. clam. §. qui ad nundinas. de vi ꝛ vi arma. cum fundum. ſed vrbanius agere volens iudicis ſniam explorauit. C. de pignori. l. iij. ¶ Cum igitur dicta cōſtitutio de poſſidendo nomine agentis facta fuerit ꝑpter diuiſionē ꝛ pro ipſius executione ſi diuiſio eſſet nulla non mereret executionē: ꝛ ſic ceſſaret poſſeſſoriuz. Habuit ergo neceſſario dictꝰ agens ſe fundare ſup ꝑprietatē. i. qd ius habebat in bonis dictis ꝛ ꝑprietatē ipſoꝝ ꝑpter dictam diuiſionez ꝛ per

 per cōsequēs etiā in adipiscēda corporali tenuta cū possessio ne put iuris est in se dicer a pricipio trāslata ex dicta diuisione: ad cuius possessiōis executionē tendebat adeptio dicte corporalis tenute. Et ideo fuit disceptatum necessarium fuit disceptare de validitate dicte scripture diuisiōis: positio habe
2 ret altiorem indaginez.†Nec ob.l.ij.C.de edic. diui adria. tol. q loquitur in mere possessorio adipiscende in quo agens non habet necesse fundare se in ppriètate defuncti:sed in sola possessione tēpore mortis:nō ibi distinguit an habeat altiorem indaginem qd proprietatis que refert an nō. Sic in mere possessorio retinende vel recuperande: vt agens de ppriètate nullaz habeat facere mentionem:sed de possessione tantū: de turbatione spoliatione. Et ideo in illis non admittit executio proprietatis tanq impertinens cū agens non sit dn̄s.†Si tamen fuit vel erat possessor: aut qualiscunq in interdicto recuperande: aut iste respectu aduersarij in iterdicto retinēde debeat obtinere.iuxta plene no.in.l.si de vi.ff.de iudi. .d.l.ij.C.de edic. diui adri.tol. ¶ Sed in casu nostro nō pōt obtinere in possessorio nisi habeat ius in petitorio: sic ex quo fuit pronuntiatū pro agente sup possessorio videt pronūtiatū sup petitorio sine quo illa stare nō pōt p cōsequens dictā scripturā diuisionē tenere p ea que no. maxime p Bar.in.l.j.i.ij.col.C. de ordi.iudi. Et sic dicta sn̄ia faciat preiudiciū in cā proprietatis: si transiret in rem iudicatā nō vr posset postea allegari nullitas per viam agendi:ita determinat Bar.in istis possessorijs habentibus causam proprietatis admixtaz in.l.naturaliter.§.nihil cōe.ff.de acq.pos.in.iij.col.ver.pro declaratione huius lec.qro c. Licet secus in mere possessorijs.l. an eandē.§.fi.de exe.rei
3 iudi.iuncto.d.§.quedaz.†Et si ita est sequet potuerit appellari qd appellatione pendēte nō debebit sn̄ia executioni mādari sicut si lata fuisset expresse super ppriètatē seu supvaliditatem dicte scripture diuisionis.ff.nil noua ap.pen.per totum. de ap.non solū.lib.vj. ¶ Ad predicta facit de neg.gest.l.fin. autem §.fi.de cōpen.l.qd in diem.§.j.vbi si illud qd per viam exceptionis fuit propositū reprobatū nō pōt proponi postea per viam actionis. Sed hic proposita fuit inualiditas huius scripture permutationis per viaz actionis reprobata fuit: q ea non obstante pronuntiatū fuit pro agente sic factuz est plenum preiudicium sup nullitate predicta: vt nec p viaz agen
4 di possit proponi.†Non ergo pōt dici dicta causa mere possessoria ex quo sn̄ia sup ea lata facit preiudiciū in cā proprietatis. ¶ Breuiter his nō obstantibus ꝯriū dico. Pro cuius euidentia notandum est predicta locū haberent tribus concurrentibus. Primum iudiciū principale sup quo incides fuit decisum expresse vel tacite fuerit ordinarium. Scdm de ipso incidenti fuerit plene cognitū. Tertiū per viā agendi proponatur ad eūdem finē ad quē fuit propositū per viam excipiendi. quodcunq istorum deficiat non procedunt. Si enim iudiciuz principale est extraordinarium sn̄ia lata sup incidenti nō facit piudiciū in alio iudicio.l.a diuo pio.§.si sup reb.ff.de re iud. hoc no.Bar.in.l.q rome.§.duo fratres.ff.de ver.ob.in.v.op. Idē si fuisset ordinariū:sed de incidenti nō fuisset plene cognitum. vt.d.l.finaūt.§.fi. .d.l.qd in diē.§.j.in prio dicto ipsi. expsse p bar.in.l.j.C.de or.iu.circa mediū.ver. breuiter ergo reassume c.vbi hoc tenet p.l.si qs a liberis.§.si vel parens.ff. de lib.agno. de his qui sunt sui vel alie.iur.l.pe. Idē si fuisset ordinariū plene cognitum de incidenti:tn̄ nunc p viā agendi proponeretur ad alium finem quā primo fuerit propositum per viam excipiendi.l.vendicantem.in fi.cuz.l.seq.ff.de euic. Barto.in.d.l.j.de ord.iud.vel inualiditate dicte scripture diuisionis fuisset plene cognitum:attn̄ deficit primum vltimū: q iudicium principaliter motum per hunc agentem fuit extra ordinarium.qd patet: q non fuit datus libellus nec lis contestata nec fuit necessariū.iuxta no.per Bart.in.l.creditores.C. de pigno.in.v.q.prin. p ꝯsequēs nō pōt dici ordinariū fuisse per ea q no.expsse Bal.in.l.ij.C.de epi.audi.circa fi.ibi. vltio queritur.vbi hoc tenet per.l.liberis.§.fi.ff.de lib.cau. .l.fi.de officio procur.cesaris. Quod maxime dicit verū qn̄ petens nō agit ad possessionē iuris:sed p molestiā facti: sicut hic egit pro adipiscēda tenuta facti:nō possessionē iuris quā plus adeptus fuerat pro cōstitu.pcarij. Igit dicta pnuntiatio p actore nō facit plenū piudiciū sup inualiditate dicte scripture pmutationis etiā in ea cōtente:qn in alio ordinario iudicio moueri possūt. hoc etiā pt q cā dicte nullitatis est de se ordinaria quo ad duo.s.quo ad plenariā cognitionē quo ad ordinē iudiciarium.l.iudices.C.de iudi.cū afferat plenū piudiciū:vt ibi not. qd no.Bar.in extrauagā.ad reprimendā.super verbo summarie. Et si principaliter mota fuisset nisi ordo iudiciari seruatus fuisset:l plene de ipsa cognitum fuisset nō valeret sn̄ia lata sup ea etiam expssa.C.de sen.l.platam. Multominus ea mota incidenter lata sn̄ia tacite super ea sicut est in casu nostro nō pōt dici valere quo ad plenum piudiciū sup dicta nullitate principaliter mouēda: q nō pōt plus operari tacitū expressum accessorium principale. Videt ergo in casu nostro pronuntiatū sup validitate istius scripture diuisionis soluz quo ad finē effectū istius iudicij possessorij pricipale intentati: vt actor adipiscat corporalē tenutā non vlterius. sicut cū pnuntiatur sup alimētis in fauorē illius q se filiū asserit. q sup filiatione vr pnuntiari solū quo ad finē alimentoruz. vt.d.l.si quis a liberis.§.si vel parens. .d.l.pe.de his q sunt sui vel alie.iur. Unde pōt in alio ordinario iudicio proponi de filiatiōe vt ibi. Item dico qd hic deficit vltimum q cā nullitatis principaliter intēdenda tendit ad aliū finem ista in qua lata est sententia cū in ista solum de adeptione corporalis tenute tractauerit actor l in validitate dicte scripture diuisiōis se fundauerit. nō potuit plus cōseq p sn̄iaz ipse petierit.l.fi.C.de fideicō. lib.l.vt fundus.cōi di. Sed non petijt plus dictam tenutaz. posito plus petijsset nō soluit datiū in plus. sic plus consequi nō potuit obstātibus dictis statutis decretis in causis. Causa ergo nullitatis principaliter mouēda in ordinario iudicio salua remāsit p eam poterit annullari hec pnuntiatio de corporali tenuta. eius effect p cōsequens censet pnuntiatio facta sup momētanea possessiōe. Unde vel nō potuit appellari vel si potuit: talis appellatio non suspēdit executionē dicte pronuntiationis: maxime q est interlocutoria. p ea q no.doc.in.l. j.C.si de momen.pos. .l.ij.ff.de ap.reci.per Barto. .l.ij.C.de epis.audi.per Bal.separata est eī cā ppriètatis a cā possessionis.l.naturali.§.nihil cōe. .l.p mysterij.ff.de acqui.pos. pōt cā ppriètatis moueri ad finē ad effectū suimet. Itē ad finem ad iustificationē possessorij. hoc scdo casu censet mota fuisse in casu nostro: quoniā agēs nō allegauit validitatē dicte scripture diuisionis ad finē vt sup ea pnūtiaret.sed solū ad finez vt tenutā corporalē adipisceret. qd patet: q simplr de plano sine libello hoc petijt implorando iudicis officiū. S si primū voluisset libellū dedisset ordinarie pcessisset. Nō ergo in plus extēdit effect ipsius iudicij pnuntiationis respectu corporalis tenute quātūcūq de validitate scripture diuisiōis pdicte fuerit plene disceptatum.ar.no.in.l.j.C.si plures vna sn̄ia. ¶ Ex qbus oibus concludo vt.s. qd vel appellari non potuit vel executio nō est retardanda: qd vltimū fm omnes clarū est. ¶ Et ita consulo ego Paulus de castro vtriusq iuris doctor ad fidem me subscripsi sigillaui.

¶ Consilium.xliiij.

1 ☞ Ex hoc consilio elicitur stante statuto terre Prati notarius non matriculatus in dicta terra non subditus non possit conficere instrumenta de certis contractibus inter quos numeratur transactio: si fiant nō valeant: talis notarius non poterit conficere instrumenta compromissi nec laudi quia venire possunt appellatione transactionis.
2 Et licet instrumenta non valeant tamen per testes probari potest qd actum est nisi scriptura requireretur.
3 Et contractus in statuto potest capi pro instrumento.
Et cū in statuto requiritur duplex qualitas non sufficit vna.
4 Et in statuto paria sunt continens specifice equipollenter.
5 Et qualiter quis possit dici subditus. Nec quis dicitur subdit licet sortiatur ibi forum aliqua de causa.
6 Et an statuta terre inferioris approbata per superiorem dicantur terre superioris.



In christi nomine amē.

¶ Videt dicēdū dictū cōpromissum laudū valere pluribus rōnibus. Prima q in statuto.s.relato nulla sit mētio de instrō compromissi laudi:
1 sed aliorum ibi expressor.†Igitur vltra illa non extendit prohibitio.arg.ff.de test.mili.l.qd constitutum. ar.de ser.vr.pdi. l.si domus.de aqua plu.arcē.si prius.in quibus patet i separatis de vno ad aliud non infertur.ff.de carbo.l.de bo. qd ibi no. Item per prohibitionem aliquorū videntur cetera pmitti. de test.mili.tribunus.de iudi.cū pretor.in prin.sicut ecōtra.C. de pcu.maritus. Scda rō q per pfatū statutū videt solū vitiari instrm cōfectū a notario ibi nō matriculato:nō aūt actus de quo instrm cōficit:cū substātia eius non dependeat ex instrō s pbatio. Et iō si pōt cōprobari cōpromissum laudum p testes
a etiaz descriptos in tali instrō inualido videt sufficiat[a]. arg.C.de pba.l.cū res.de fide instru.l.j.cū plurib alijs eiusdē tituli iuncta.l.fi.ff.de rebus eor. qd in simi.no.de test.l.domitius. Qd aūt sic senserit dictū statutū pz: q cū in prin. dicat non possit vel debeat fieri aliqs contractus subijcit inter alia testm̄ protestationis simi. Constat aūt testm̄ nō est contractus.l.verba ꝯrerūt.de vbo.signi.nec appellatio nec protesta

a ¶ Qd sufficiat. Adde eūdē Pau. i ꝯsi.iiij. numero.vj.

tio: q2 dependent ex voluntate vnius z 9ctus ex volūtate duorum. ff de pac. l. j. Igitur dictū statutū sumpsit hoc nomē contractus p hoc nomen instrm: al's nō fuisset cōgrua locutio dicti statuti qd vitare debemus. l. plautius. de auro z ar. leg. pter q interdum vna dictio vel nomen sumit pro altera. l. eas cās. z ibi no. de 9di. z demon.
2 †Constat autē q si dictū statutū fuisset vsuz hoc vbo instrm dicēdo q nullus possit cōficere instrm de infrascriptis zc. z q instrm nō valeat zc. lz vitiaret instrm non vitiaret actus dūmodo posset p testes probari: nisi actum fuisset qd fieret in scriptis z non aliter: q2 tunc cum scriptura esset de substantia vitiata illa vitiaretur actus. l. cōtractus. de fide instru. iuncta. d. l. cum res. cum alijs simi. Patet etiam in fine dicti statuti duz dicit possit prefata instrumēta cōficere zc.
3 Ex † quo ptz q in superioribus assumpsit cōtractus pro instrumentis: q2 ex sequētibus pcedentia declarant. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. j. ¶ Tertia rō q2 dict9 notarius postq erat notari9 ptātis erat sibi subdit9 hinc est q de delicto p eū cōmisso poterat per dictū potestatē puniri. ff. de penis. l. si quis forte. §. si quos comitum. igit tunc verba statuti verificarent in eo: ergo z statuti dispositio: sicut econtra vbi cessant verba statuti cessat z iuris dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. de accusa. de ap. in fi. l. iij. §. totiens. ¶ Quarta ratio q2 statutū terre prati vr contrariari statuto florētino seu artis notariorū ciuitatis florētie qd pmittit matriculatos in dicta arte posse cōficere instra p totum territoriū florentinum. Statutū aūt prati vetat: nisi sit subditus illi potestati. z sic non videt comprehendi sub generali cōfirmatione statutorū prati in qua cōsueuit apponi clausula nisi sint contraria statutis cōis florentie. Et sic dictuz statutum prati non videt militare cōtra generale statutum artis notariorum ciuitatis florentie. ¶ Breuiter his nō obstantib9 cōtrariū videt dicendū scilz q non valeat instrm: nec etiā compromissum vel laudum postq vt psupponit nō erat subditus potestati terre prati nec satisdedit nec se subiecit: q2 statutū copulatiue reqrit hoc simul cum alio qd sit de collegio artis iudicum z notariorū florētie vel terre prati: ergo zc. ff. de 9di. insti. l. si heredi plures. z qd plene no. in. l. si is g ducentorūz. §. vtrū. ff. de rebus du. Cum igit nō sufficiat hoc vnū ex substantialib9 requisitis vitiatur actus. ff. de transac. l. cum hi. §. si pretor. de tutelis z ra. dist. l. j. §. preterea. versi. vtraqz. de iti. actuqz pua. l. iij. §. hoc autem a superiore. in fi. duz dicit. ceterū si desijt alterum zc. quibus ex cau. in pos. ea. l. fulcinius. §. cum hoc edictū. cū se. z qd no. Jo. an. in regula sine culpa. de reg. iur. in mercu.
4 circa prin. ¶ Nec obstant allegata in contrarium. † Et primo non obstat primum: q2 lz in dicto statuto nō contineat specifice de compromisso vel laudo: continetur tamen equipollenter q2 fit ibi mentio de transactione z 9stat q compromissum de iure z de facto vt fieri consueuit est quedam transactio. vt in aut. si contigerit. C. de iud. Et paria sunt 9tineri specifice z eqpollenter. l. iul. de condi. z demon. iuncta. l. in cuius. z. l. cui fundū. e. titu. Itē in dicto statuto 9tinet. vel alicuius obligationis zc. q verbū obligationis est aptuz cōprehendere cōpromissum in quo partes se obligant adinuicē ad obseruantiā laudi z vt plurimum per stipulationē quo casu orit actio ex cōpromisso. l. diē proferre. in fi. ff. de arbi. z etiā laudū q ex forma statuti obligare solet q2 habet vim snīe diffinitiue cum mittatur executioni z ex snīa oritur obligatio ciuilis z naturalis: vt no. Bar. in. l. iul. ff. de cōdi. ide. ¶ Itē nō ob. scōm q2 tollit p illū p. statuti. Et 9ctus ille nō valeat nec teneat zc. z postea subijcit. z nulla fides ei det zc. z sic vtrūqz videt annullare tam instrm q actuz sup quo cōfectum est. sunt enim verba dicti statuti apta cōprehendere vtrūqz: z ideo verbis eius standū videt. l. j. §. si is qui naue. de exer. Preterea posito q compromissum z laudum nō redderent nulla sed solū instrm difficile erit probare per testes g forte nō bn possunt particulariter recordari de oīb9 clausulis z particularitatib9 cōpromissi z laudi. ¶ Itē nō obstat tertiū: q2 verū est q a dictus notarius poterat dici subditus potestati prati respectu illius officij q cum eo habebat in quo si deliquisset potuisset ab eo puniri: vt in. §. si quos comitum. Nō sic de alijs delictis cōmissis extra illud officiuz: vt ibi no. p Bar. Receptio vero dicti instrumenti cōpromissi nō pertinebit ad suū officiū q cū potestate habebat. qd pz q2 ali9 notari9 potuisset de illo rogari q nō fuisset de pertinētibus ad illud officiū. l. j. C. de spor. cum ibi no. Statutū aūt dz intelligi de notario q sit subditus simpliciter nō fm qd. ar. ff. de leg. iij. l. hoc legatū. itē erat subditus fm qd z nō ppetuo: sed tātū durāte officio q habebat cū potestate. Vn in eo nō verificant vba z mens statuti q fuit q esset taliter subditus q posset ppetuo puniri in terra prati z per potestatē eius in casu quo delinqueret in 9fectione instri qd hic nō est.
5 ¶ † Et si dicat eoipso q qs recipit instrz in terra prati: si in hoc delinquit potest qñcunqz ibidez puniri ratione delicti pter qd sortit ibi forū: vt in aut. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. oportet. Rndeo q hoc nō est verū q2 recipiendo instrm seu rogitū non ex hoc solo delinquit nec propter hoc sortit ibi forū sed delinqueret si postea aliter 9ficeret q fuerit rogat9: z hoc posset facere extra terrā prati z eius territoriū: z sic ibi de tali falsitate nō posset puniri: si non esset simpliciter subditus potestati dicte terre. Jccirco dictum statutum voluit q esset simplr subditus: ad hoc vt in quocunqz loco cōmitteret postea falsitatem in dicto rogitu publicando forte aliter q fuerit rogatus possit ibi ratione subiectionis procedi contra eū. Hoc autem fieri non posset in casu nostro si notarius qui fuit rogatus de dicto compromisso z laudo in alio loco q in terra prati vel eius districtu: committeret circa hoc falsitatē: q2 rōne subiectionis que tunc erat non cū illa expirauerit expirato officio qd tunc ibi habebat nec rōne delicti alibi cōmissi. Nō ergo verificantur in isto mens z verba statuti predicti. Preterea lz rōne 9ctus vel delicti sortiat quis forū in loco: non tñ ex hoc dr effici subditus illius loci: vt no. gl. in cle. j. de foro cōpe. super verbo subditorum. que innuit id qd supra dixi. s. q subiectio est illa que aliquem simplr subijcit alteri z quo ad oīa nō autem fm quid. non ergo hic dicitur proprie subditus.
6 ¶ † Quātum vero ad quartum z vltimuz respondi potest dupliciter. Primo q si potestas cōficiēdi instra p totū territoriū florentinum data notarijs matriculatis in arte iudicum z notariorum ciuitatis Florentie procedat a statutis dicte artis nō a statuto cōis Florentie: tūc res est clara: q2 posito q dicta statuta artis per approbationē cōis Florentie possint dici statuta cōis Florentie. C. de vete. iur. enu. l. j. §. omnia enim. nō tamen principaliter z per prius: sed per posterius inspecta causa efficiente: q2 cōe Florentie nō fecit dicta statuta sed ipsa ars licet cōe postea approbauerit. Sed clausula posita in confirmatione statutoz ciuitatis: q2 hz nisi sint 9ria statutis ciuitatis Florentie zc. debet intelligi de statutis dicti cōis in suo potiori significato. l. j. §. in perpetuū. ff. si ager vect. vel emphi. petatur. hoc est de factis a cōi Florētie z principaliter pro ipso cōmuni seu oībus hoibus dicti cōis. non autē de factis a quodā mēbro ipsius cōmunis z pro vtilitate ipsius membri sicut sunt ista statuta artis. dicta ergo approbatio se extendit ad dictum statutum speciale prati: quātūcunqz sit 9trariū statuto artis iudicū z notariorū ciuitatis florentie qd nō est ppie statutū cōis florentie nec p prius sed iproprie z p posterius: z sic dicta clausula nil operatur qtum ad psens propositūz. ¶ Scdo rndet posito q dicta potestas data esset a statuto cōis florentie adhuc idē vr: eo q2 dictū statutū prati nō vr 9rium statuto pdicto florentino: q2 pōt eū sub distinctiōe saluari simul cū eo: vz hoc mō dū statutū florētinū dicit qd matriculati in arte iudicuz z notariorum ciuitatis florentie possint recipere instra p totū comitatū z territoriū florētinum. s. dūmodo recipientes in terra prati sint suppositi potestati dicte terre: aut satisdādo se supponāt put dicit statutū dicte terre z sic non erit 9rietas ex quo sub distinctione pōt vnū cū altero saluari. vt in. j. cōsti. C. §. qb9. z expsse per tex. in. l. in exercendis. C. de fide instru. vbi expresse. h. d. qd non dicitur contrarietas dicto casu: sed solum qñ nullo modo inuicē possunt saluari. Quid plura cū dicta statuta terre prati fuerint simpliciter approbata per cōe florentie: ideo non remanet dubium aliqd quin dictū compromissuz z laudū sint nulla per supradicta. Ex quibus concludatur vt superius dictū est. ¶ Et ita videtur mihi Pau. de cast. vtriusqz iuris doctori fore de iure dicēdum saluo saniori iudicio. z ad fidē me subscripsi z sigillaui. Laus deo.

¶ Consilium. xlv.

1 ☞ In hoc consilio habetur de quodam matrimonio contracto sub conditione si dos solueretur infra certum tempus.
2 Et qualiter ptestatio nuda tollit p subsequentē actū 9rium: secus si sit vestita aliqua iusta cā q2 tunc non tollitur.
Et ponuntur alique rationes ad probandum q matrimoniū non erat perfectum.
3 Et q in cā mrimoniali non defert iuramentum in supplemētum probationis in preiudicium secundi matrimonij.
4 Et an p cohabitationē psumat mulier carnaliter cognita.


N christi nomine amen. ¶ Licet p suprascriptū eximiū 9sultorē satis plene z sufficiēter scriptū sit: p maiori tamē dilucidatione huius negotij z vt querenti satisfaciam: visis z examinatis attestationibus in hac causa receptis posset contra suprascriptā determinationem opponi tripliciter
1 ¶ † Et primo quia conditio illa si Christophorus solueret dotem infra certum tempus fuit per dictuz Philippū specificata cum patre z matre dicte Catherine: vt patet ex dictis testium z etiam

& etiam suimet Philippi: quorum consensus nõ preiudicat filie in aliquo: nisi etiam ipsa consentiat. de despon. impube. c. j. in fi. lib. vj. Postea vero cũ protulit verba de presenti de quibus mater testificatur illam conditionem non repetit: vt patet ex dicto matris predicte que de dicta conditione nõ facit mentionem: ergo videtur recessisse a dicta conditione & pure cõsensisse. per ea que no. glo. ordi. in. c. tua nos. de spon. glo. prima
2 †que tenet qđ si quis protestetur coram aliquibus & contingat se contrahere per verba de presenti cuȝ aliqua qđ intentio sua est non consentire in eam: si postea contrahat nõ repetita dicta protestatione valet matrimoniuȝ: qꝛ videtur a prima protestatione recessum per actum contrarium. l. cum plures. §. locator horrei. ff. locati. facit. l. si repetendi. C. de ɔdi. ob cau. Nõ ergo potest Philippus se iuuare ex isto capite ex quo tam magnuȝ fundamentum videtur facere prout apparet ex dictis testium suorũ q dicunt ipsum dixisse Christophoro qđ credebat vtrãqȝ partem esse liberam postꝙ promissio nõ erat seruata. Et cauta videtur esse responsio Christophori qui dixit se ignorare & qđ de hoc deberent iterrogari mulieres domus: quasi dicat qcqd fuerit ratiocinatum inter nos: tu tamen vt mihi asseritur a dominabus: postea pure & libere consensisti: & sic credo te ligatũ. ℂ Sed ad hoc respondetur dupliciter. Primo per ea que notant doctores in. d. c. tua nos. super dicta glo. qui dicunt eaȝ procedere: quando protestatio fuit nuda & non vestita vestimento alicuius iuste cause. & ita loquitur. §. locator horrei. ℂ Secus si ex iusta causa facta fuit puta ratione metus vel timoris: tunc enim tolleret & ipediret cõsensum in verbis postea subsequen-
a tibus in quo subsistit substantia matrimonij[a] & sine quo esse nõ potest: vt. d. c. tua etiam. in. c. platũ. qđ metus cã. licet nõ esset postea repetita. Ita tenet ibi dominus Anto. de but. doc. solẽnis. Sed hic protestatio que resultat ex dicta conditione vestita erat vestimento iuste cause. s. vt haberet dotem sine qua non consueuerunt homines ducere vxores propter onera matrimonij. C. de iure do. l. pro oneribus. vnde non censetur ab ea recessisse. vnde etiam si dictũ matris predicte deberet admitti quo ad semiplenam probationem: tamen eam in casu nostro nõ faceret: qꝛ verba de quibus mater predicta attestat᷑ censent᷑ fuisse dicta sub eadem conditione cum filia cuȝ qua dicta fuerunt cũ patre & matre. arg. ff. de pac. l. itaqȝ. in fi. de verb. signi. l. titia. §. idẽ respondit. vbi dicta in precedentibus censentur repetita in sequentibus. Constat autem in matrimonijs posse conditionem apponi si non sit cõtra substantiam matrimonij. extra de condi. appositi. per totum. & ea non adimpleta matrimonium non valeret: imo nec inducitur ex eo impedimentuȝ iustitie publice honestatis. de sponsali. c. j. lib. vj. in. §. fi. hic autem impleta non fuit: ergo &c. Item dicta filia censetur habuisse notitiã de dicto ratiocinio & conditione expressa cuȝ patre & matre. ar. in. l. octaui. ff. vnde cogna. C. de in integ. resti. l. de tutela. & sic nõ potest dicere se fuisse deceptam. arg. C. de transac. cuȝ dominationis. ff. de act. emp. l. j. §. fi. Secundo respondeo ex dispositione ipsius matrismet: que dicit in sua depositione dictuȝ Philippum obtestatum fuisse dicte Catherine qđ si contingeret patrem suum velle ipsam alteri maritare: ꝙ ipsa non prestaret consensum. Certe ex hoc apparet ꝙ ipse per verba que protulerat non habebat matrimonium pro perfecto: al's non habuisset timere ꝙ pater eam alteri traderet. †Nã ex verbis & exterioribus cognoscuntur interiora. l. apud celsum. in princ. & qđ ibi no. ff. de doli. except. l. fulcinius. §. quid sit latitare. gb⁹ ex cau. in pos. ea. & ibi etiam not. ergo cum ex hoc apparet ꝙ non pure consensit: & etiam ex precedentibus non debet iudicari matrimonium: vt. d. c. tua nos. in fi. quoniam ex precedentibus & sequentibus media declarantur. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. j. ℂ Probatur etiam hoc ex eo qđ ipsa mater & pater testificantur ꝙ quando Christoforus requisiuit dictum Philippum de instrumento conficiendo Philippus respondit ꝙ volebat prius facere contentum quendam Nanem & si hoc non posset ducere vno sero notarium & dixit ꝙ tenerent ostium dispositum &c. ℂ Notandum ꝙ si matrimoniũ fuisset contractũ indissolubiliter non est credendũ ꝙ Christoforus requisisset de instrumento ex quo dũtaxat ipse venisset obligandus ad dotẽ imo non curasset: sed quia sciebat matrimonium nondum esse perfectum desiderabat perfici in presentia notarij & testiuȝ. ipse autem Philippus cum proposuisset notarium ducere & dare annulum: nõ habuit propositũ prius ɔtrahere ꝙ hoc fecisset: sicut apparet in simili de illis qui proponunt cõtrahere in scriptis: licet enim proferant verba de presenti: contractus tamen nõ est perfectus quousqȝ scripta sint facta. C. de fide instru. l. cõtractus. Unde in casu nostro verba de quib⁹ mater attestatur etiam si per duos testes probarent᷑ non videntur induxisse matrimonium sed sponsalia de futuro licet verba fuerint de pñsen-

ti: tum propter intentionem precedentem: tum propter sequentia sicut in simili habetur. vt in. c. j. de despõ. impu. li. vi. quod etiam patet ex verisimilibus coniecturis: quia quando matrimonium per verba de presenti & deliberate contrahitur solent parentes adesse & contrahi in ecclesia presenti notario & testib⁹ ꝙ pluribus & dari annulus. vnde cũ ista non fuerint facta apparet ꝙ deliberate non videtur consensisse per illa verba. ar. a cõmuniter accidentibus. argu. no. C. de arbi. l. j. Nam contra clandestina matrimonia presumitur. de clãde. despon. p totũ. & hoc de prima oppositione.
3 ℂ† Posito autem ꝙ predicta cessarent posset opponi secũdo loco ꝙ dictum istius matris faciat semiplenam probationem: quia licet sit aliqualis disparitas inter conditionẽ Philippi & Christofori: non tamen multum magna sed parua: qꝛ vterqȝ plebeius & eandem artem exercens & non excessiue ditior Philippus: ergo &c. vt no. glo. j. eo. super eo. de testi. & sic poterit deferri iuramentum in defectum probationis. ℂ Sed ad hoc respondetur ꝙ etiam si semiplenã probationeȝ faceret iuramentum tamen predictuȝ non debet deferri: qꝛ sicut in causa matrimoniali non defertur & contra matrimonium de quo principaliter disputatur sm Jac. but. & Bar. in l. iij. ff. de iureiurã. Ita nec pro illo matrimonio si in ɔsequentibus tendit ɔtra aliud matrimonium tunc ɔctum qꝛ eadẽ est rõ. facit. c. sup eo. de eo q cogno. cõsang. vxo. sue. vñ cũ hoc constet iudici dictũ Philippũ ɔtraxisse aliud matrimoniũ p verba de pñsenti: nõ debet etiam ipse ɔsentiẽte deferre dictũ iuramentũ dicte Catherine: qꝛ possent iuicẽ colludere ĩ pñiudiciũ scđi mrimonij. vt. in. d. c. sup eo.
ℂ Tertio posset qs opponere: qꝛ dicta mater deponit qđ dictus Philippus cõuersatus est cũ dicta Catherina dormiendo: qđ si verũ esset pñsumeret᷑ eam cognouisse. p ea q̃ no. in. c. preterea. de testibus. iuxta illud. a iuuene & cupido credat᷑ reddita virgo. quasi dicat non. quã autoritatẽ allegare possumus. l. in tantum. in fi. ff. de rerũ diui. & p ɔsequẽs sponsalia pdicta trãsiuissent in matrimoniũ. de spon. c. is q. & c. veniens. & ibi not. in dubio videt᷑ hoc potius pñsumẽdum tanꝙ tutior. pars. eo. tit. c. iuuenis. ℂ Sed rñdeo non est tutior ex quo tẽdit in pñiudiciuȝ scđi matrimonij. ar. dicti. c. sup eo. ℂ Preterea pr̃ dicte Catherine ɔtrium qui nõ minus pñsumitur scire ꝙ mater. ar. C. de repudijs. l. cõsensu. §. sup seruis. & de pba. c. iij. loco. & sic derogat dicto matris: qꝛ lȝ deponat de negatiua: est tñ talis de qua presumitur habere notitiã rõne ɔiunctionis: qꝛ nõ potuisset fieri qn verisimiliter habuisset aliquam notitiã vel ex visu vel relatu: ergo &c. p ea q̃ no. in. l. j. circa prin. ff. de iti. & actu. priua. ℂ Cõcludo ergo matrimoniũ pdictum non fore probatũ: & sic dictũ Philippum fore absoluendũ. de clã. despon. c. j. & ij. & ibi no. Super dictis vero aliorum testium non insisto: qꝛ nullus deponit aliquid pertinens ad propositum: & per suprascriptum consultorẽ plene responsum est dictis eorꝫ. ℂ Et ita dico & cõsulo ego Paul. de cast. vtriusqȝ iuris doctor: & ad fidẽ me subscripsi & sigillaui. Laus deo.

a ℂ Matrimonij. Adde Bal. in ɔsil. clxv. l. ij. parte.

ℂ Consilium. xlvj.

1 ℂ In hoc cõsilio ponit᷑ de materia euictionis: & an sufficiat cauere nuda cautione: & quando & quomodo sit pñstanda. & 2.
2 Exceptio que obstat cedenti obstat cessionario.



In christi nomine amen.

1 ℂ †Sup eo qđ q̃rit᷑ vtrũ visis sentẽtijs latis in curia potestatis Senarum inter Christophorum & ser Joãneȝ de semis: & specialiter vltima lata p dñm Troylum ac etiã visa porrectione libelli facta p tutricẽ pupillorꝫ arengberij sup hypothecaria cõtra dictũ ser Joãnẽ & sup bonis de quorũ euictione pñfatus Christof. tenetur eideȝ ser Joãni dare fideiussores de euictione tanꝙ de euictione iminente in limine ɔctus sm. l. si post factam. C. de euic. & ff. de pericu. & cõmo. rei ven. l. pe. s. anteꝙ ɔtra dictũ ser Joãnem fiat executio instrumẽti sup ꝙtitate seu estimatione dictorꝫ bonorũ. ℂ Videt᷑ dicenduȝ dictum Christophorũ nõ teneri dare dictos fideiussores: sed dũtaxat nuda cautione cauere triplici rõne. ℂ Prima qꝛ ipse nõ tenet᷑ nisi quatenus condemnatus est: cum ipse nõ dederit cãm dicto ser Joanni in dictis bonis: nec etiam successit titulo vniuersali ei qui dedit causam: sed dũtaxat singulari. s. cessionis. vnde & si contra cedentem vel eam cui cedens fuit heres posset agi vt fideiussores darent: nõ sic contra cessionariũ. ff. de ɔhen. emp. l. fi. §. fi. Tenet᷑ ergo solũ virtute sniarꝫ & ꝙtenus in eis continet᷑. Sȝ in eis ɔdẽnat᷑ solũ ad cauẽdũ nuda cautiõe: ergo non plus tenet᷑. arg. ff. de fideius. l. fideiussores. §. aurelio. ibi duȝ dicit. lecta subscriptione &c. & qđ no. C. de erro. aduoca. l. ij. in gl. fi. ℂ Scđo qꝛ nõ videtur euictio iminere in limine ɔctus cum illa tutrix renũtiauerit instãtie & dationi dicti libelli. vñ sicut si datus non fuisset nõ essent fideiussores necessario prestandi.

ff. de fideius. euic. l. illud. in princi. z. l. emptori. in prin. ita nunc postq̄ ei renuntiatum est. ar. C. de pac. l. postq̄ liti. ¶ Tertio z fortius: q2 tunc dicitur euictio īminere in limine cōtractus qn̄ lis mota fuit super euictione ante solutionez pretij: vt patet in legibus primo loco allegatis. Sed hic duduz ante huius litis pretium vr̄ fuisse solutū. s. cū data fuerūt illa bona in dotē estimata tali estimatione que faciebat vēditionē. Nā eodē instanti pretium fingit̄ videt̄ fuisse solutum mulieri z ab eadez fuisse dicto ser Joāni datum in dotem longa manu. ff. de dona. īter vir. z vxor. l. iij. §. fi. si cer. peta. l. singularia. Unde ser Joānes non tenetur ad pecuniam quaz petit Christophorus tanq̄ ad pretium rerum sed tanq̄ ad dotē in quā p̄tium fuit conuersuz. l. si sponsalibus. §. j. de iure dotiū. Nec tenet̄ actione ex vēditor: sed actione de dote seu ex stipulatu tacita vel exp̄ssa. Aut ergo ser Joānes recusat soluere z vult retinere tanq̄ pretium nondum solutū quousq3 fideiussores dent̄[a] z non potest nec apte diceretur excipere cum desierit esse pretium p̄ conuersionē in dotem vt dixi. Aut vult retinere tanq̄ dotē: z tunc etiā vr̄ nō posse cū dotis retētio sit inhibita p̄pter tales extrinsecas causas. C. de rei vxo. actio. l. j. §. taceat. cuz seq. Aut si non fuit conuersum in dotem a prin. q2 forte reseruauit sibi facultatē restituendi bona saltem perdita facultate restituēdi bona scilicet per litis cōtest. sup estimatione s̄m. l. stipulatus fuero decē in melle. ff. de sol. fingitur effectu aliter fuisse conuersum q̄ fuit dudum ante motam litez de euic. z sic erit idē qd̄ supradixi: z ista ratio est fortis z difficilis. ¶ Habes tamen non obstantibus dicēdū est contrarium. s. dictum ser Joānem non tenere ad soluenduz dictam pecuniaz: nec cōtra eū debere fieri executionē nisi datis sibi fideiussorib9 nō solū pro illa euictiōe sup qua fuit lis mota per dictam tutricez: sed pro quacunq3 alia que fieri posset per dicta iura supra allegata: z per. l. fi. §. fi. ff. de rescin. ven. vbi est casus nostre questionis. z etiam de eo q̄ quesiuit gl. in. d. l. pe. §. fi. de peri. z cō. rei ven. z non soluit s̄m Barto. ibidem. z. l. j. §. stipulatio duple. ff. de preto. stipula.

a ¶ Dent. Ad a de Ang. in cōsi. cxxi.

¶ Restat rn̄dere ad ꝯtraria ex quo dicta determinatio clarior apparebit. z primo non ob. primuz. q2 non dico q̄ xp̄oforus sit obligatus vltra q̄ in sentētijs fuerit cōdemnatus. Sed dico q̄ cū ser Joānes super fideiussoribus dandis possit se iuuare ope exceptionis: non aūt iure actionis: vt no. in. d. l. j. §. stipulatio. de preto. stipul. per glo. z Bar. poterit excipere q̄ fideiussores debetur aut a xp̄oso. aut ab illa q̄ sibi cessit iure. constat eniz q̄ z si xp̄of. condēnatus non esset ad cauendū nihilominus agēs seu executionē petens posset repelli ea exceptione quaz cedēs:
2 vz nisi cedens caueret: aut fideiussores daret † cuz exceptio que obstat cedenti obstet cessionario. ar. l. qd̄ his. §. nō debeo. ff. de regu. iur. z no. Dy. in. c. si qs in ius. lib. vj. z Cy. C. de compen. l. eius. z hoc casu si xp̄of. non fuisset condēnatus suffecisset sibi qd̄ ipsa cedens cauisset nōduz mota lite in limine contractus. Sed propter condemnationez non suffecisset sibi cautio cedentis sed necesse habebat ipse cauere. mota vero lite sup fideiussoribus dandis l3 non possit repelli ex sua persona z rōne cōdemnationis de se facte: pōt tn̄ repelli ex p̄sona cedentis z ex dispositiōe iuris cōis: videlicet vt nō debeat audiri nisi dent̄ fideiussores: saltē ab ipsa cedente: sicut repelli posset etiā nulla facta ꝯdēnatione de ipso. z hoc de prīo. ¶ Quātū ad scd̄m rn̄det̄ q̄ dicta renūtiatio instātie non releuat christ. quominus dari debeant fideiussores. Casus est in. d. l. fi. §. j. ff. de rescin. ven. vbi ille q̄ mouerant litē fuerūt superate a venditore z p̄petuo excluse: z tn̄ venditor non audit̄ nisi prestitis fideiussoribus. z rō est: q2 postq̄ lis est mota per vnū dandi sunt nō solū p̄pter timorez illius: sed generaliter p̄pter omnē aliā q̄ moueri posset. vnde etiā si ista tutrix renūtiasset liti z cause: adhuc dandi essent p̄pter suspitionez que resultat ex motione litis facta p̄ vnum qd̄ etiā alij debeant mouere. Sed hic plus est: q2 renūtiauit instātie tantū reseruato iure: vnde dandi sunt etiā p̄pter eandē litē q̄ pōt resuscitari. Sed si renūtiasset liti z cause dandi essent nō p̄pter istaz q̄ esset finita sed p̄pter alias q̄ moueri possent: z de quibus est suspitio p̄pter istam. vt. d. l. fi. §. fi. de rescin. vendi. ¶ Ad tertiū respondet̄ q̄ emptor tunc p̄dit facultatē petendi fideiussores qn̄ pretium ante litē motā vere soluit: tūc eniz nullum sibi competit remediū eo q2 p̄ talibus fideiussoribus dandis non competit ius agendi sed excipiendi z retinendi: vt no. in. d. §. stipulatio. sed pretio vere soluto cessat retentio: ergo zc. l. z si in archa. in fi. ff. de condi. inde. nec enim competit cōditio indebiti: q2 pretium erat debitum. Sed in casu nostro posito q̄ pretium fuerit conuersum in dotez: non tamen fuit solutū vere sed ficte: z adhuc vere penes ser Joānem est vnde pōt sibi adhuc prospicere p̄ retentionē. nec obstat q̄ nec vt p̄tiū potest retinere: q2 desiit esse pretium. Nec vt dotem: vt. l. j. §. taceat. de rei vxo. act. Nam hoc scd̄m nego. Nec ob. ille. §. cuz sequentibus: q2 loquuntur quādo marito consulitur per alias vias z p̄ modum agēdi: vt ex eis manifeste patet. Sed qn̄ p̄ aliā viam non posse cōsuli: tūc textus illi innuit a ꝯtrario sensu qd̄ dos posset retineri. Sed in casu nostro vt dixi per aliam viam q̄ retentionis pro fideiussoribus dandis nō cōsulit̄: ergo zc. Pro hoc facit qd̄ in simi. no. Bar. ff. de appel. reci. l. j. in fine prime columne. vbi l3 in causa momentanee possessionis non possit appellari: hoc est verum qn̄ per aliā viaz cōsuli pōt. s. agendo petitorio. secus si cōsuli nō pōt nisi p̄ viam retentionis: vt in casu dicte. l. si in archa. z. l. q excep. §. si pars. de cōdi. inde. tūc enim q2 si succūberet in possessorio z traderet possessionē esset exclusus omni remedio. z p̄mittit̄ sibi appellare: qd̄ al's non p̄mitteret̄. ita z in casu nostro p̄mittat̄ sibi retentio dotis quousq3 dent̄ fideiussores: q̄ al's nō p̄mitterent̄ postq̄ p̄ eis dandis alio remedio sibi cōsuli nō pōt. Facit. l. si non sortem. §. si centū. ff. de condi. inde. in fi. z qd̄ ibi no. ¶ Nec obstat si dicat̄ qd̄ alio remedio potest consuli vt agat de euictione ꝯtra cedentē z ꝯtra cessionarium q2 hic nō sufficit. quid eniz si sunt tales ꝯ̄ quos agere frustra eēt prout de facto est: q2 est filiusfamilias vel alia bona nō habent ex quibus cōsuli possit agendo de euictione. ¶ Expedit ergo ser Joāni habere fideiussores al's non esset tutus. Ex q̄bus cōcludit̄ dictā executionē fiendā non esse nisi dictis fideiussoribus datis. Nūc circa predicta querit̄. An possit ser Joānes petere q̄ vxor etiā dicti xp̄ophori cedens caueat: nec aliter cogatur soluere. Videt̄ qd̄ non q2 de ipsa non fit mentio in sententijs: sed de solo xp̄ophoro. Contrariuz dico q2 ipsa tenet̄ cauere tanq̄ heres patris de cuius bonis ista bona fuerūt habita per vxorem dicti ser Joānis in solutum z tanq̄ heres matris a qua dictus ser Joānes causam habuit z in quem iura q̄ habebat dicta mater cōtra heredes primi mariti eādēq3 in suā filiā si cessa fuerunt prout est moris. ff. de euic. l. si res. z tanq̄ heres sui fratris quo mediante est heres sui patris: z in tantuz tenet̄ ex causis p̄dictis: qd̄ etiā si sn̄ie contra xp̄ophorū late nō essent potuisset Christophorus repelli nisi fecisset eaz cauere: z si hoc fecisset nō habuisset necesse ipse cauere: sed p̄pter sententias necesse habet ipse cauere: nō tamen ex hoc tollitur quin z ipsa cedens cauere habeat: q2 sn̄ia non detrahit de iure dicti ser Joānis: sed addit. iuxta plene no. in. l. j. C. de iudi. nisi ergo caueat vterq3 sc3 Christoforus vigore sn̄iaruz: z illa vigore iuris cōis tanq̄ heres illorū a q̄bus ser Joānes causam habuit mediate vel īmediate soluere nō cogit̄: z sic Christoforū repellere p̄t̄rod̄ tam ex p̄sona ipsius Christofori q̄ ex p̄sona vxoris eius: si neuter caueat z si alter tantum. tūc ex p̄sona alterius nō cauentis. ¶ Ex p̄dictis apparet q̄d iuris sit in alio articulo: vz cum hic mota fuerit qō in limine ꝯct9 vt dixi z sic sint dādi fideiussores: vtrū Christoforus dare possit vxorem suā z ecōuerso. z videtur qd̄ sic p̄. l. romanus appolus. z qd̄. ibi no. ff. de tuto. z cura. datis ab his. z p̄. l. omnes. §. in hac. el. ij. C. de epis. z cle. vbi dum dicit datis fideiussoribus zc. z quod ibi no. per Bal.

¶ Breuiter contrarium dico ex his que dicta sunt: nam etiam nulla mota controuersia in limine contractus teneretur q̄libet ex predictis nuda cautiōe z p̄ncipaliter cauere dicto ser Joāni vt. s̄. dixi. propter mentionē autem controuersie debet eidē ser Joāni maior cautio z plenior fieri q̄ prius. s. de fideiussoribus vltra obligationem principalez: vt in iuribus primo loco allegatis. Sed si alter istorum posset alterum dare non plus cautuz esset ser Joanni q̄ esset etiam nulla controuersia mota: vt patet ad sensum. Nec obstant in contrariū allegata: q2 loquuntur quando pariter prouidetur ei cui prestatur cautio seu fideiussio ex fideiussione consocij seu college sicut alterius extranei vt si sunt duo tutores. nam alter pro altero non tenetur se obligare si alter eorū delinqueret sine dolo z culpa alterius: si ergo se obligat z est soluēdo sufficit ac si alius penitus extraneus fideiuberet. z idem in pluribus inquisitis de eodez maleficio. Nā quilibet tenetur ad penam pro se ipso z non pro socio ne duplici pena puniatur. Si ergo alter p̄ altero fideiubet sufficit ac si vnus extraneus. Sed in casu nostro nō sic pariter prouidetur: q2 quilibet istorum tanq̄ principalis tenetur se obligare pro eadem euictione. vnde si se obligaret pro se z pro altero fideiuberet. pro vno z eodem debitore esset principalis z fideiussor alterius inter quos d3 esse differentia. l. generaliter. ff. de fideiusso. z non plus esset cautū ser Joāni q̄ si controuersia nō esset mota. ergo zc. cōcludo ergo vt ex superioribus p3. ¶ Et ita dico z consulo ego Pau. de castro vtriusq3 iuris doctor. z ad fidē me subscripsi z sigillaui. Laus deo.

¶ Consilium. xlvij.

1 ☞ Stante statuto q̄ filia nupta siue dotata nō succēdat patri extante masculo: statutum debet intelligi de herede masculo eiusdem gradus cuius est filia non de vlteriori: nec excludit̄ talis talia per neptem feminam ex masculo.

In christi



In christi nomine amē.

1 ¶†Proponitur in castro de Monzono vigore statuti quo cauetur ꝙ filia nupta seu dotata non succedat patri existēte herede masculo. Nunc quidam Saladinus decessit relicta quadam filia nupta z dotata nomine Catherina relicta quadā nepte ex filio predefuncto: relicto etiā quodā agnato ex linea trāsuersali masculo: queritur nunc ad quē pertineat hereditas dicti Saladini presupposito ꝙ decesserit intestatus: qz de testamento dubitatur. de iure cōi clarū est ꝙ pertinet pro dimidia ad dictā Catherinā filiā: ꝑ altera vero dimidia ad dictā neptē ex filio noīe Antoniā. C. de legi. hered. aut. in successione. sz dubiū est ꝓpter dictū statutum.

¶Et primo dubitatur vtrū ꝓpter dictū agnatū masculū excludantur dicte femine. z vr ꝙ saltē Catherina excludatur: qz ipa erat dotata tpe delate successiōis. z verū est dicere ꝙ extabat alius heres masculus. Nam quilibet agnatus existens infra gradū infra quem possit admitti ad successionē potest dici largo modo heres habitu etiā si alius ꝓcedat in gradu sicut videmus in suis heredibus: qz nō solū tenens primū locū dicitur suus sed etiaz sequēs ratione habitus z possibilitatis. l. suus quoqz. in prin. z ibi hoc colligitur. ff. de here. insti. vnde verba statuti dicētis si nō extiterit heres masculus vel existēte herede masculo: possunt optime intelligi. i. de quolibet agnato vel cognato masculo ad succedendū ab intestato si non precedatur in gradu ab alio ꝙ a filia. Cū igitur hic extet locū habent verba statuti: ergo et eius dispositio vt iste agnatus dicere possit. ego esto quia sum heres masculus: ergo tu Catherina excluderis. contrariū puto verius: qz dico statutū debere intelligi de herede masculo. i. de alio filio testatoris existente in eodē gradu cū filia: sic enim sic assumitur z restringitur illud verbū heres: qm̄ si largius assumeretur sequeretur incōueniens. vt. l. ex facto. §. fi. z ibi not. ff. ad trebel. ¶Sed hic sequeretur magna absurditas: ꝙ illa verba statuti intelligerentur ita large. s. ꝓ quolibet agnato vel cognato masculo apto ad successionē vel succedendū: sic enim agnatus vel cognatus decimi gradus cui parum debita est hereditas excluderet filiā cui multū debita est z de iure nature. l. scripto. ff. vnde liberi. l. cū ratio. de bo. dā. z esset magna iniquitas. cū
a igitur istud statutū contineat odiū[a] respectu filie quā excludit restringitur vt quātominus possit odiū contineat: videlicet vt intelligatur de herede masculo eiusdē gradus cū ea: z sic de fratre eius: z etiā de descendentibus masculis ex eo qui locum patris ingrediuntur. insti. de exhere. lib. §. posthumorū. Unde filius ex eo nepos z ꝓnepos excludāt filiā feminā ꝓut disputādo tenuit Jaco. but. quē etiam refert z tenet Barto. in. l. liberoꝝ. ff. de verbo. signi. in antepe. colū. versi. his premissis. non autē intelligatur de quolibet agnato masculo. de regu. iur. l. odia. cum simi. z per not. in dicta. l. ex facto. §. fi.

¶Secūdo dubitatur an dicta neptis excluserit dictam Catherinam. Respondeo non qz licet descenderit ex masculo: nō tamen est ipsa masculus sed femina. Et sic deficit in ea qualitas requisita per statutū ad excludendū. Et ita determinat Bar. in. d. l. liberorū. z in dicta antepe. col. versi. quero pone retento eodem themate. z Cy. in. l. j. C. de adulte. z Joā. and. in addi. Specu. titu. de succes. ab intest. super rubrica post medium magne additionis in ver. similē questionē zc. Sic igitur cōcludo nō obstante dicto statuto ꝙ in casu nostro cessat cum cessant requisita per ipsum ad excludendum filiam dictā hereditatem delatam fuisse de iure cōmuni ꝓ vna dimidia ad dictam Catherinam: pro altera ad dictam Antoniam neptem: que Antonia cum decesserit in pupillari etate trāsmittit suā dimidiam iure suitatis ad suum heredem. l. ventre. cū ibi plene not. per Bar. ff. de acqui. heredi. Eius autem heres est dicta Catherina non obstante ꝙ extiterit mater vt dixi in alio consilio. Et predicta si non constat de testamento dicti Saladini. ¶Et ita dico et consulo ego Pau. de cast. vtriusqz iuris doctor: z ad fidem me subscripsi z sigillaui. Laus deo.

¶Consilium. xlviij.

1 ☞Secūdum cōmunem vsum loquendi pupillus etiam dicitur intestatus decedere cum statutum loquitur de decedēte ab intestato.



In christi nomine amen.

1 ¶†Presupposito quodā statuto castri de Monzono in partibus lune quo cauetur in effectu ꝙ mulier non succedat filio vel filie ab intestato: sed succedat ille q als succederet si mater non extaret: proponitur ꝙ quedā puella nomine Antonia z neptis cuiusdam Saladini decessit ab intestato z in pupillari etate relicta matre sua z relicta amita sua sorore quondam patris sui nomine Catherina vxore ser Joānis quondā ser Nicolosij de monte: queritur nūc ad quē pertineat hereditas dicte puelle: an ad eius matrem an vero ad dictam Catherinā eius amitā. z videtur ꝙ ad matrem nō obstante dicto statuto: qz illud loquitur in decedente ab intestato: vnde nō videtur habere locū in pupillo vel pupilla qui proprie nō dicuntur ab intestato decedere. ff. de suis z legi. l. j. in ꝓn. Et verba statuti debent intelligi proprie z nō extendi ad impropriū significatum. l. iij. §. hec verba. ff. de nego. gest. maxime cū disponit aliquid contra ius cōmune prout est in casu nostro ꝙ mater excludatur a luctuosa filij successione. ff. ad tertul. l. j. z quasi per totum. C. de insti. z substi. sub condi. fac. l. fi. pro quo facit qd habetur. C. de iure delibe. l. cum antiquioribus. in tex. z glo. ꝑ docto. qui videntur dicere ꝙ successio in hereditate pupilli non est proprie intestati nec testati sed est tertia species: z sic nō cōprehenditur in statuto loquente de successione intestati. ar. l. si domus. ff. de ser. rusti. predi. ¶Breuiter qz iste passus satis est tritus z ruminatus per doc. antiquos z modernos: non multū insisto: sed referens quod als consului sequendo opi. Bart. qui sic determinat in lect. z etiā pluries consuluit: vt habetur in cōsilio eius qd incipit. in questione predicta zc. dico nō obstantibus predictis matrem non succedere sed amitā predictā ꝓpter dictū statutū: lz enim ꝓprie loquēdo pupillus nō posset dici decessisse: secus tū est scḋm cōem vsum loquendi q in exaudiēdis etiā
b statutorū sermonibus multū operatur[b]. l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. l. librorū. §. ꝙ tamen cassius. ff. de leg. iij. z ita determinat Barto. in. d. l. j. z ita ego als consului z plures alios vidi consulentes: lz quidam consuluerint cōtra. Sed qz in cōsulendo temerariuz videtur recedere a determinatione Bar. lz multa possent dici pro nūc tū cōtentus sua determinatione quā vt dixi als cōsulendo tenui. cōcludo vt. s. nō insistēdo in alijs argumētis pro nūc cū rationes dictorū pro z contra satis sint note libros habentibus. ¶Et ita dico z consulo ego Paul. de cast. vtriusqz iuris doctor. Et ad fidē me subscripsi z sigillaui. Laus deo.

¶Consilium. xlix.

inuẽtaria ⁊ dixisset nihil de bonis Pauli ꝑuenisse ad dictos pu
pillos fuissent dicti pupilli absoluti a restone dicte dotis qđ mi
nime fecit.q̃ ⁊c. Certe ꝙ nõ ꝓduxerit dicta inuẽtaria falsum est
vt pꝫ ap̃te ex tenore snie dñi Seraphini q fuit p̃m⁹ iudex i dicta
cã.nã exp̃sse facit de eis mẽtionẽ dicẽdo.⁊ visis tali ⁊ tali inuẽta

a ¶ Sit. Adde Bal.in consilio ccccl xv.in.j.p̃te.

4 rio &c. q̄ verba q̄ libellauit nō cōsiderauit. † Qd aūt habuit necesse dicere expresse nil de bonis Pauli puenisse ad dictos pupillos nō est verum: tū q2 pducendo inuētaria predicta tacite dixisse videt̄ ne vltra vires dictoꝝ bonorū debeat cōdēnari cū ad nihil aliud fiat inuentarij pductio. Nā qui vult antecedēs vult etiā cōsequēs sine quo illud antecedēs quasi nullius esset vtilitatis. C. de fideicō. l. quis. & ibi not. per Bart. Et sufficit rebus ipsis & factis aīm declarare. C. de insti. & substi. l. reprehendenda. ff. de leg. l. de quibus. & illud censetur quis petere qd ex verbis & gestis cōcipi potest. l. gallus. §. j. ff. de liber. & posthu. ¶ Preterea impertinens fuisset dicere q̄ in bonis Pauli nil peruenit ad dictos pupillos. Nam potuit puenisse ad Gualfredum primū heredē tm̄ qd sufficiebat ad satisfactionem dotis tm̄: & per ipsum consumi & lapidari: sicq3 ipse Gualfredus non obstante inuentarij cōfectione incepisset effectualiter teneri & super bonis eius fienda fuisset executio & restitutio dotis. Non ergo fuisset tunc pertinens allegatio illa sola. s. q̄ de bonis Pauli nil peruenit ad dictos pupillos s3 addi debuisset q̄ etiā nil de bonis dicti Gualfredi. hoc aūt in dicto libello nil dicitur nec impingitur dicto tutori sed solum primū qd minime concludebat ad condemnationē dicti tutoris cum etiam nō cōcludat culpam vel negligentiā cū non fuerit culpa vel negligētia nō dixisse illud qd dictū nō releuabat. C. de proba. l. ad probā. Occasione ergo cōtentorū in dicto libello nō debuit dict⁹ tutor cōdemnari cū quedā sint non vera quedā nō cōcludētia. Et libellus d3 esse talis qui cōcludi debet ad ɔdēnationē[a]. vt not. in. l. j. ff. de eden. in glo. magna. Potius ergo deberent conqueri dicti pupilli de primo iudice qui postq̄ inuentaria predicta fuerunt coram eo pducta non debuit dictos pupillos simpliciter condemnare sed quatenus paterentur facultates dicti Pauli aut Gualfredi si dissipasset bona Pauli que ad man⁹ peruenissent. simpliciter aūt condēnando videtur reiecisse vel

5 reprobasse exceptionem inuentarij † que cū opponitur an̄ sententiā censetur opponi ad condemnationem moderādā. Cū vero post tunc ad moderandā executionem qd etiā fieri pōt. l. nē senius. §. fi. ff. de re iudi. & ibi per Bar. vn̄ cū hec apposita fuerit ante & iudex non moderauerit cōdēnat: s3 si simpliciter ɔdēnauit videtur voluisse eos teneri etiā si vires dictarū facultatum non sufficiunt. ff. de nego. gest. l. si naūt. §. fi. vnde non videtur imputandum dicto tutori si non repertis bonis Pauli vel Gualfredi in patrimonio dictorum pupillorū posuit man⁹ ad possessionem eoꝝ. In quibusdā vō alijs allegationibus impingitur dicto tutori q̄ non produxit instrumentū dotis dn̄e Catherine que habebat potiora iura q̄ dn̄a Riciarda. Nec etiā instrumentū assignationis sibi facte de om̄ibus bonis Gualfredi pro dicta dote que bona etiā non fuerūt sufficiētia. Sed aduertendū q̄ cū ista non fuerint deducta in prima petitione a qua debet regulari condemnatio nō pōt dicta petitio ex eis post lit. contest. iustificari fm̄ ea que plene habent̄ in. l. edita. C. de eden. Et posito q̄ hec cessarent: videndū est an faciāt ista ad factū. Et certe quantū ad instrumentū dotis dicte dn̄e Catherine videtur clare dicendū q̄ non qm̄ productio ipsius tutele pertinebat ad defensionem bonorū Gualfredi cōtra dotē dn̄e Riciarde. Sed hec defensio necessaria non erat: quoniā ad dotem dicte dn̄e Riciarde Gualfredus non tenebatur nisi vt heres Pauli qui dotem acceperat & erat suo nomine obligatus sed vt heres Pauli non tenebat̄ nisi vsq3 ad vires bonorum ipsius Pauli postq̄ fecerat inuentarium. C. de iure delibe. §. & si prefatū. Et sic dicta bona Gualfredi nō erāt p ipā dote obligata nec ei obnoxia nisi ad manus Gualfredi peruenissent bona Pauli sufficientia ad dicte dotis restitutionē: et ipā dissipasset: vt. s. dixi. hoc aūt nō allegatur in libello dato noīe dictorū pupillorū. ergo nō fuit necesse dicta bona defendere aduersus dotem dicte dn̄e Riciarde postq̄ pro ipsa nō erant obnoxia nec poterat capi pro ea & per consequens nō fuit necesse producere instrumentum dicte dotis dn̄e Catherine: sed sufficiebat pduxisse inuentariū bonorū Pauli vt dicta bona defenderentur a dote dicte dn̄e Riciarde: sed dictū inuentariū fuit productū: vti patet ex tenore dicte prime snīe. & . s. dixi. igit̄ dictus tutor reprehendi non pōt de negligentia snīe facta id qd non erat necessariū si fecit id qd sufficiebat. Preterea etiā si bona dicti Gualfredi fuissent obligata vel obnoxia p dote dicte dn̄e Riciarde adhuc non fuit necessariū producere instrumētū dotis dicte dn̄e Catherine vt defenderent̄ a dote dn̄e Riciarde postq̄ fuerint p snīam iudicis adiudicata dicte dn̄e Catherine prout dicitur pro parte dictoꝝ pupillorū: qm̄ defensio illorū bonoꝝ amplius nō pertinebat ad dn̄am Clarā & ad heredes ei⁹ put sunt isti pupilli postq̄ dicta dn̄a Clara fecerat inuentarium bonorū dicti Gualfredi sed pertinebat ad dictam dn̄am Catherinā & eius heredes. Nā dicta dn̄a clara tradendo dicta bona dicte dn̄e Catherine de mādato iudicis ampli⁹ non poterat ipsa vel eius heredes vexari ab aliquo creditore Gualfredi etiā qui fuisset prior in tpe dicta dn̄a Catherina: s3 agendū fuisset contra dn̄am Catherinā. C. de iure delib. l. fi. §. licētia. ꝟ. si vero heredes. Nō ergo intererat dictorū pupillorū defensari dicta bona adiudicata dicte dn̄e Catherine postq̄ pduxerat tutor eorū instrumētū factū per dictā Clarā de bonis Gualfredi q2 tunc defensarent pro seipsis: sed hic nō proponitur in aliqua parte processus q̄ sint heredes dicte dn̄e Catherine: & per ɔn̄s defensarent p alio. s. pro dicta dn̄a Catherina vel eius heredibus nō pro se hoc autē eorū nō interest igitur non possunt imputare dicto tutori si hoc non fecit. arg. ff. mandati. si procuratorē. §. mandati. Possessio ergo vendita per dictum Gētilem pro soluendo dotē dn̄e Riciarde aut fuit de bonis Gualfredi & tunc ex quo per prius fuerat adiudicata domine Catherine defendat eā dicta dn̄a Catherina & eius heredes & eā vendicēt a possessore: nec possunt dicti pupilli cōqueri q̄ non fuerit defensata postq̄ non dicūt se heredes dicte dn̄e Catherine. Aut nō fuit de bonis dicti Gualfredi: & tūc allegatio ista q̄ debuerit dictus Gētilis pducere instrumentū dotis dicte dn̄e Catherine est impertinēs: qm̄ pductio talis instrumenti pertinebat ad defensam bonorū dicti Gualfredi q̄ erat obligata pro dote dn̄e Catherine cū prorogat̄ tps: nō aūt alioꝝ bonorū. vn̄ etiā si pductū fuisset nō pptera possessio q̄ dicit̄ vendita si non fuit de bonis Gualfredi fuisset defensata. Oportebat ergo dicere dictā agentē si volebat q̄ sua allegatio pcederet & esset pertinens q̄ dicti pupilli erant heredes dicte domine Catherine & etiā probare: & sic per cōsequens intererat ipsorū defensare dicta bona ex persona de iure dicte dn̄e Catherinē q̄ erat prior in tpe aduersus dote3 dicte dn̄e Riciarde q̄ erat posterior: vt sic dicta bona eius remanerēt q̄ oīa dicere omiserūt: & sic qcqd dixerunt impertinēs est cōcludit ad colligendu3 negligētiā dicti tutoris. Itē si dicat̄ dictū fuisse in dolo vel culpa ex eo qd debuit potius alienare domū q̄ ipē & sicut sui possident q̄ fuit dicti Pauli q̄ possessionem quā vendidit nā nunq̄ fuit Pauli postq̄ sciebat Gualfredū fecisse inuentariū de bonis Pauli. Respondet̄ hoc dici nō posse q2 nō cōstat ex actis q̄ illa domus fuerat Pauli l3 sic allegēt̄ nec hoc pbatum fuit. Et posito q̄ esset pbatū nō sequit̄ q̄ debuerit hoc facere: q2 potuit ad eū puenire titulo oneroso: & l3 esset obligata p dote domine Riciarde ex quo tū nō fuit actū ɔ̄ se hypothecaria nō potest dici fuisse in dolo vel culpa si seipm̄ nō molestauit ex quo ab alio nō molestabat̄. Quid em̄ si bona sufficiētia dicti Pauli puenerūt ad Gualfredū q̄ ipē vēdidit dissipauit inter que3 ista domus erat: certe hereditas Gualfredi remansisset obnoxia pro isto debito. Nō ergo habuit necesse dictus Gentilis domū pdictā a se abdicare: hoc ipso qd semel fuit Pauli ex quo cōtra eū nō erat lata snīa sed cōtra dictos pupillos simpliciter non aūt respectu bonorū dicti Pauli dūtaxat. ¶ Ex qb⁹ concludo iudicio meo dictū Gentilē ex causis deductis in libello & processu nō fuisse legitime condemnatū per vltimos cōmissarios & debere pronuntiari male fuisse sententiatū & bene appellatum. hec tū snīa nō faciet preiudiciū dictis pupillis: quominus qn̄cunq3 finita tutela possint agere ɔ̄ dictū tutorē occasione doli vel culpe & etiam obtinere si bene & aperte deduceret in iudicio que deducēda erūt & ipsa probent: cū istud iudiciu3 sit agitatum per coniunctam personam dictorū pupillorum que non habet mandatum a lege vel ab homine: & sic eius factū piudicare nō potest pupillus predictis nisi postq̄ peruenerint ad perfectam etatē ratificent. ff. iudi. sol. l. iij. §. sed & si forte. et ibi not. per Barto. facit. l. in causa. de pcurato. Prime aūt snīe late per cōmissarios domini Galeam filij prefati dn̄i Malateste bene cogitur stare dictus tutor postq̄ sic promisit eidē acquiescere dūmodo fiat cautio q̄ etiam pupilli predicti eidē stabunt al's secus. ff. loca. l. quero. §. inter locatorem. iuncta. l. per fundum. ff. de ser. rusti. predio. Laus deo.

a ¶ Ad cōdemnationē. Adde Badl. in consi. ccclxx. in. iij. pte.

¶ Consilium. cj.

1 ☞ Ex hoc consilio elicitur an si testator legat alicui certam summā denariorū & iubeat heredi qd soluat tot p cētenario an licite exigi possint q2 ratione tardate solutionis.

Et quid si testator soluit in vita post testamentum.



In christi nomine amē.

1 ¶ † Quantū ad tēpus decursum vel decursurum post mortē dicti testatoris clarū est q̄ dicta ei⁹ dispositio nō valuit: q2 testator nō pōt grauare heredē vt p tpe quo cessauerit soluere legatū vel debitū soluat aliqd noīe vsuraꝝ: ita determinat Bart. in. l. ij. in fi. ff. de his q̄ pene noīe. & de admi. tu. l. tutor q reptoriū. §. si deponi. de an. lega. l. iij. sic etiā sentit Bal. C. de his q̄ pe. no. l. j. in. iij. q. p qb⁹ facit q2 testator

quia testator non pōt facere ne leges diuine vel humane locum
habeāt in suo testō.ff.de le.j.l.nemo. Nec qđ hic nō dixit nomi-
ne vsurarū quia per hoc nō tollit quominꝰ id qđ solueret vltra
sortem ꝑpter retardationē solutionis esset vsura nisi aliter do-
ceret de interesse dāni emergētis non cōsueuit esse semp vnifor-
me.s.v.pro centenario:sed iuterdū plus interdum minꝰ:z ideo
vniformitas prestationis z annua magna ostendit vsuram esse.
ff.de verbo.obli.l.si stipulati sumus.z qđ ibi per Bart.xiiij.q.
iij.per totum. Quantum vero ad tempus decursum in vita te-
statoris vsqꝫ ad tempus testamentum videt idem. Nā sicut de-
bitor nō pōt se obligare ad vsuras pro tēpore futuro ita nec p
pterito quo cessauit soluere cū vtraqꝫ rō sit vtrobiqꝫ:igit nec p
testm̄ disponere cū bona sit argumētatio de ɔctibꝰ ad vltimas
volūtates.ff.de leg.j.seruū filij.§.eū q cirographū.de lega.iij.
qui cirographū. Sed ista eqparatio bona est.C.de inoff.dona.
sed hec nō est eadē rō vtrobiqꝫ al's cessat argumētatio de simili
ad similē.iuxta no.in.l.fi.C.de inoffi.dona. Sed hic non est ea
dem ratio:nam in materia vsurarum prohibetur inuita vel nō
gratuita solutio vel promissio eius qđ est vltra sortem q̄ dicitur
extorsio: nō aūt prohibet gratuita z liberalis z ab omni necessi
tate aliena q̄ dr donatio.iuxta ea q̄ no.de reg.iur. peccatū.lib.
vj.per glo.z Dy.q tenent ꝙ sufficit vsurario liberalis remissio
vsurarū absqꝫ restōne.z lꝫ Dy.limitet hoc.s.cum pecunia erat
restōni. Fede.de senis disputando tenuit idē si parata nō erat:
dūtamē fuerit libera z spontanea. Tunc autē est libera qn̄ debi
tor restituerat sortem totā z soluerat vsuras:tūc enim si cū pos-
sit vsuras repetere:eas remittit:nulla cā alia subesse pōt ꝙ libe
ralitas ex qua resultat titulus donatiōis.ff.de donat.hoc iure.
in prin.z.§.nō pōt. Sed si nōdum restituisset sortē subesset alia
presumptio:vꝫ ne ab eo sors repeteret:z sic nō eēt liberalis nec
gratuita remissio.d.l.hoc iure.in fi.iuncta.l.si cū aurum. de so-
lu.de op.liber.cāpanus.de pig.ac.l.eleganter.§.q reprobos.et
qđ no.C.ꝙ met.cā.l.ij.p gl.z Bar. Si dico in promissione ꝙ si
debitor exn̄te adhuc sorte penes eū promittat soluere pro tēpo-
re preterito vel futuro nō presumit liberaliter promisisse sꝫ me-
tu ne ab eo sors petat ex quo sequitur ꝙ talis promissio censet
extorta a creditore:z sic illicita. Non sic si sors nō esset penes eū
sed esset restituta z postea solueret vel promitteret vsuras:tunc
eīn ex mera liberalitate censeret soluisse z nō posset repetere.l.
cuius per errorē.de reg.iur.ff.de cōdi.inde.l.j.z eodem mō pro-
misisse z nō haberet excep.l.si qs cau.sed z si qs.§.fi.cū si. At in
vltima voluntace videt dicendum indistincte ꝙ si legauit vsu-
ras pro tempore preterito siue sors esset penes eum siue non:tē-
pore quo legauit dicatur fecisse liberaliter z nō metu:ne ab eo
sors exigatur cum legatum fiat etiam legatario absente z non
consentiente vel ignorante.l.miles ad sororem.de leg.ij.l.seruꝰ.
§.qui margaretam.de le.j.vnde non potest dici extorsionem in
teruenisse sicut dicitur in promissione que fit ad interrogatio-
nem creditoris iccirco dicitur mera donatio.ff.de le.ij.legatuꝫ.
§.donatio.z per cōsequens licita.pro differentia inter ɔctus et
vltimas volūtates facit.l.ex hoc edicto.§.sed heredē.ff.de alie.
iud.mu.cā.vbi hr̄ ꝙ in vltima volūtate magis cessat p̄sumptio
doli z fraudis ꝙ̄ in ɔctibus.vnde videt mihi dicēdū ꝙ in casu
nostro ꝙ p tpe ꝙ cucurrerat ante testm̄ valeat dictū legatum de
quinqꝫ pro centenario tanꝙ̄ ex mera liberalitate factum z nul-
la interueniente extorsione que liberalitas non est prohibita vt
s.dixi.licet secus esset in promissione inter viuos postꝙ̄ sors ad
hucerat penes eum per viam dicta.z si dicatur quare non sic est
valida pro tempore futuro:scꝫ post mortem per ea que primo
loco dixi cum etiam pro illo sit eadem ratio liberalitatis. Rn̄-
deo imo non est qm̄ si valeret per eam puniret mora committen
da per heredē qđ non sic potest facere testator sicut punire mo-
ram suā.ar.C.vt in pos.lega.l.scire.cum concor.z qđ plene no.
in.l.nemo.de leg.j.nō ergo esset liberalitas que tenderet in dā-
num heredis postꝙ̄ esset effectus dominus rerum hereditariaꝝ
cū spēs furti sit de alieno largiri. Et qđ dixi de tpe qđ cucurre-
rat ante testm̄ dicendū est de tempore currente post vsqꝫ ad mor
tem cū tunc sumat vires testamentū z oīa que prius erant facta
censerentur tpe mortis facta.l.talis scriptura.§.fi. iuncta glos.
que est.ff.de execut.tu.l.athlete.§.remissionem.que incipit.al's
postꝙ̄.

Laus deo.

Consilium.cij.

1 ☞ Ex hoc consilio elicitur ꝙ data balia aliquibus inquiren
di super contractibus vsurarijs siue illicitis non possunt inqui
rere de eo cōtractu per quem aliquis dedit quartam ptem molē
dini pro solutione annua trium saccorū frumēti:nec ex eo ꝙ ali
quis dedit pecuniā nullō tpe restituendā pro certo quid annuo:
sed bene possunt cognoscere de locatione facta ex qua nulli fru-
ctus percipiuntur tanꝙ̄ ille contractus sit illicitus.z.z.
2 Venditor re tradita z facultate vtendi recipit licet vsuras pre
tij retardati que magis dicūtur interesse.



N christi nomine amen.

1 ¶ † Viso z ponderato tenore dictorum instrumento
rū si qritur vtrū ɔctus in eis cōtentus dicatur vsura-
rius seu in fraudē vsurarū cōceptus:non video qualiter hoc di
ci possit attēta forma ipsius vel ipsorum ɔctuum:qm̄ vsura di-
a citur id qđ soluit vltra sortem[a] eorū q̄ cōsistunt pondere nume-
ro vel mensura:in illis enim tantū ɔhit vsura qr cū vsu cōsumā
tur:soluit p̄tiū vsus qui ptinet ad soluentem z sic per eū proprie
qđ est illicitū vt qs de re sua z plenum sua soluat alteri p̄tium.
Quod aūt vsus taliū rerū sit pleno iure soluētis pꝫ:qr p trāsla-
tionē taliū reruꝫ factam in eum a dn̄o fuit translatum dn̄ium si
fuerūt solute vt quātitas.ff.depositi.l.lucius.igit z vsus q non
segregat a dn̄io in rebus talibus.ff.de vsufru.earum re.que vsu
cōsu.p totū. Ceterū de vsu rerū quarum dn̄ium remanet apud
tradentē:z sic pōt separari dn̄ium ab vsu ita qđ vnum sit apud
vnū:alterū apud alterum bene licitū est recipere p̄tium vel pre-
mium:vnde etiam de pecunia qn̄ tradit vt species ita qđ non
transfert dn̄ium pōt licite recipi p̄tium.vt in casu.l.iij.§.fi.ff.cō
mo.z ista sunt clara z nota apud peritos in iure:z sic dicūt au-
tores z summiste in materia vsurarū. Sed in casu nostro dictus
Nofrius soluit dicta tria modia frumenti annuatim nō ꝑ ali-
qua ꝙ̄titate cōsistente pondere numero vel mensura:z recepta
primo a dicto Mattheo vel pro eius vsu:sed ꝑ vsu quarte par-
tis molēdini conducte ab illo:cuius dn̄ium apud illum reman
serat z sic ex sui forma non pōt dici ɔctus vsurarius. Nec potest
dici qđ vno videat soluisse pro merito illorum.xl. florenoꝝ tra-
ditorū sibi ab illo Mattheo triplici ratione. Prima qr vt po-
nit in puncto dicta quadraginta incōtinenti restituit z sic rece-
pisse nō videt.l.q sic.ff.de solu.vn̄ non pōt dici ꝙ vsu illoruꝫ.xl.
cū eis nō fuerit vsus. Scđa qr z si nō restituisset non recepit di-
cta.xl.vt eis vteret al's in vsum suū cōuerteret sed vt ex eis refi-
ceret dictum molendinum z faceret ipsum macinans:qđ si fecis
set adhuc magis licite dictus Mattheus recipere potuisset pre-
mium a dn̄o vnde licitus affectus vel pensio diceret:qđ si nō fe-
cisset sibi habuisset dictus Nofrius imputare:quia per ip̄m ste-
tisset quominus cōmodū ex molēdino perciperet.ar.ff.de con-
traben.emp.l.labeo scribit simpliciter bibliothecā. Tertia rō
est quia fuit actū vt in nullum casum dicta.xl.deberent vnꝙ̄ re
stitui dicto Mattheo z cōstat qđ quando agitur vt sors nunꝙ̄
restituatur sed remaneat apud recipienteꝫ pro certo annuo red
ditu soluēdo ad vitā recipiētis licitus est ɔctus rōne dubij.ar.
C.de inof.test.si pater puelle.z qđ ibi no.de vsur.si captione.et
qđ no.eo.ti.c.in ciuitate. Nec etiā pōt dici qđ dictum frumen-
tum fuerit solutum ꝑpter retardatā solutionē p̄tij.s. cxxxiij.flo
renorum qbus fuit actum vt venderet dicta quarta pars molen
dini qm̄ ad dictam venditionē vel emptionē non fuit processuꝫ
z sic nō fuit nec est debitor dictus Nofrius in dicto p̄tio. vn̄ di-
ci non pōt ꝙ soluerit pro retardata solutiōe eius qđ soluere nō
debebat licet enim dictus Mattheus esset astrictus ad venden
duꝫ nō tamē nofrius erat astrictus ad emendū sed erant in sua
potestate.ergo zc.l.nō qcquid.ff.de iudi.cum si. Et posito ꝙ ad
dictam emptionem fuisset ꝑcessum nō licite videret recepisse di
2 ctus Mattheus † quia vēditor postꝙ̄ tradidit rem z facultateꝫ
b vtēdi licite recepit vsuras p̄tij retardati[b]:qđ magis dicunt in-
teresse.C.de act.emp.curabit.z qđ ibi no.i.c.salubriter.de vsu.
Nō video ergo ex quo capite ɔctus iste dici possit proprie vsura
rius vel in fraudē vsurarū cōceptus. Sꝫ si queritur vtrū ex alio
capite vel cā sit ɔctus illicitus adeo qđ p dictos officiales qui
aliā habent nō solū sup ɔctibus vsurarijs sed etiam sup quibus
cūqꝫ illicitis:vt ex tenore reformatiōis apparet cogi possit ad
restituendum dictus Mattheus quicquid percepit z etiam ad
recipiendum suum molendinum vt sic decetero soluere non co-
gatur dictus Nofrius. Puto ꝙ sic euidenti ratione.nam preter
solitam formā aliorum ɔctuum z sic non sine fraudis suspitione
fuit facta locatio de dicto molēdino pro tempore dūtaxat quo
non esset macinās z sic pro tpe quo nulli fructus vel emolumētū
inde perciperetur.postꝙ̄ ergo inciperet esse macinans dicta cō-
ditio finiretur vt pꝫ ex significatu illius dictiōis quoadusqꝫ.ff.
de ven.in pos.mit.l.j.§.fi. Et sic in effectu videtur actum inter
partes predictas vt dictus Nofrius solueret dictū frumentum
annuatim ꝑ eo tpe quo nullum emolumētū pciperetur ex dicto
molendino:z p ɔn̄s sine aliqua iusta z rōnabili cā. Cū eni inter
ɔhētes equalitas sit seruāda.l.pe. in fi.C.cōi di. Ex quo nofriꝰ
nullā vtilitatē sensurus erat ex re dicti Matthei nō poterat iu
ste nec rōnabiliter agi ꝙ dictus Mattheus aliqđ lucrū vel cō-
modū reciperet a nofrio:qnimmo presumitur potius contractꝰ
leoninus z per potentiam aliquam vel concussionem extortus.
ar.ff.pro so.l.si vero fuerit.§.nā esse debet.vel subsistere aliqua

a ¶ Sortē. Ad-
de Bald. in ɔsi.
cxv.in.ij.parte.z
d.Mar.sozi.i cō
si.ij. v̇sicu. circa
iij.q.circa pn.in
j.parte.

b ¶ Retardati.
Vide do. Bart.
sozi. cōsi.clxxvj.
ver.secūdo cōfir
matur.z versi.se
cūda difficl'tas.
in.ij.parte.

rationabilis cā vel cōdigna recōpensatio ad hoc vt qs oblige-
tur efficaciter. l. iurisgen. ver. ⁊ ideo puto. ff. de pac. Et ideo sti-
pulatio facta sine iusta causa non vȝ[a] in effectum. ff. de doli ex-
cep. l. ij. §. circa. ⁊ solutum sine iusta causa repetitur conditione
generali sine causa. ff. de condi. sine causa. per totum. immo qc-
quid de meo vel mihi debito ad aliquem peruenit: nec subest iu
sta causa cū apd eū remaneat. ff. si cer. pe. l. si ⁊ me ⁊ titiū. Quin
immo nō solū iure ordinario ⁊ remedio actiōis p̄dicte videtur
reuocāda solutio p̄dicta sed etiā officio iudicis nobili ⁊ ordina
rio cū ad eū pertineat ꝓuidere ne illicite fiant exactiones ⁊ ex-
torsiones vel sine p̄tio vēditiones aut sine mercede cōductiones
⁊ ne quis iniquū lucrū aut dānum sentiat. ff. de offi. presi. l. illici
tas. in p̄n. vbi videt̄ quasi casus de toto eo qd̄ dixi. sicut enim illi
cita est emptio sine pretio immo p̄sumitur extorta vt ibi. ita ecō
uerso venditio sine re ⁊ idem in locatione. Sed in casu nostro cē
setur facta ista locatio sine re: quia locator nullam rem fructuo-
sam dabat: ⁊ tamen mercedē ⁊ pensionem recepit: ac si esset fru-
ctuosa. Officiales ergo predicti ꝓinde constituti a cōmuni Se-
narum super vsuris ⁊ malis contractibus nō minus possunt eo
rum partes ⁊ vices impartiri in talibus extorsionibus ⁊ cōtra-
ctibus iniquis per quos vna pars lucratur nullum dānū senti
re potest altera vero nullū lucrū sed totū dānum ꝙ super vsuris
cū in hoc loco p̄sidis ⁊ iudicis ordinarij succedant: vt. d. l. illici-
tas. in p̄n. Nec dici potest qd̄ videat̄ dictus nofrius donasse qd̄
soluit q2 ex tenore dicti ꝯctus appet qd̄ pōt nō habuit animum
donādi vel liberalitatē exercendi: ⁊ qñ pōt subesse alia presum
ptio ꝙ donatio illa non p̄sumit̄. l. si cū aurū. de solu. de pig. ac. l.
elegāter. §. q reprobos. de op. liber. l. cāpanus. Et si potest dict⁹
nofrius repetere frumētū qd̄ soluit sine aliqua iusta ⁊ rōnabili
cā vel recōpensatione seu retributione: ⁊ ad hoc officiū p̄dicto-
rū officialiū impropriari: fortius etiā vt ꝓuideat̄ ne i futurū ha-
beat soluere: vȝ faciēdo ꝓnūtiari dictū ꝯctū illicitū extortū: ⁊ si-
ne aliqua iusta cā factam dictam promissionem a dicto Nofrio
de soluēdo annuatim dictum frumentū quousqȝ dictum molē-
dinum erit nō macinās ⁊ p ꝯñs posse impune ⁊ libere dictū mo
lēdinū dicto Mattheo dimittere ⁊ relaxare: ⁊ qd̄ in futurū sol-
uere non cogat̄: vt. d. l. illicitas. in prin. vbi casus q2 cui damus
act. ⁊c. vt in regula cui damus. ff. de supfi. l. j. Et si dicat̄ fm p̄di
cta cogeret̄ dictus Mattheus restituere totum qd̄ recepit: sȝ di-
cta reformatio vult ꝙ nō cogatur qs restituere p dictos officia-
les nisi quatenus recepisset vltra. iij. pro cētenario. Sed rñdeo
illud procedit qñ qs recepisset aliq̄d illicite tanꝙ vsurā: tūc enī
voluit reformatio qd̄ ꝓpter cōmoditatē quam habuit aduersa
rius de sua pecunia ⁊ vsu ei⁹ potuerit licite recipere vsqȝ. ad. x.
pro cētenario: qd̄ an fieri potuerit nō disputo: tunc autem nō si-
ne aliqua cā dicta. x. reputant̄ esse apud eum cū aliquod emolu-
mētum habuit aduersarius ab eo. Sed qñ ꝯctus esset ex alio ca
pite vel cā illicita vt est in casu nostro q2 Mattheus nihil dedit
⁊ multum recepit: tunc nulla rō dictat ꝙ debeat sibi aliquid re
manere cum nulla subsistat cā: ⁊ sic ṽba dicte reformationis de
bent intelligi fm subiectam materiā ⁊ diuersitatē casuuȝ diuer
simode. l. sed ⁊ si possessori. §. sed si rerū. ff. de iureiur. Nō enī ca-
dit in casu nostro illa cōsideratio de. x. pro centenario cū hoc ex
parte Matthei nulla ꝙtitas fuerit tradita pro qua dictū emo
lumentuȝ receperit: ⁊ sic ad hunc casum nō adaptat̄ illud. facit
qd̄ no. C. de transac. si ex falsis. ⁊. l. si quis maior. in antepe. glo
sella. Consulo etiā dicto nofrio ꝙ coram dictis officialibus ex-
ponat causas occultas que induxerunt eum ad faciendū hunc
cōtractum sicut mihi exposuit ⁊ aliqualē fidem eis faciat vt in
telligant latentem anguem in herba. nam de se male potest in-
telligi cum vt dixi sit conceptus extra solituȝ cursum ⁊ ideo ma
gis resultat presumptio contra dictum Mattheum. ar. l. ita fi-
dei. de iure fis. cum si. De illis autem. xl. florenis quos dictus
Mattheus soluit ⁊ incontinenti rehabuit vt in puncto dicitur
non video cur possit cogi p dictos officiales ad ipsos restituen-
dos dicto Nofrio cum illa non habuit de bonis Nofrij sed erāt
sua. Sufficit g̊ ꝙ restituat id qd̄ habuit de bonis Nofrij sine cā
⁊ super illo cōcludunt rationes. s̄. dicte nō aūt super illis. xl. flo
renis. Posset etiam dici cum vt dixi dictus contractus male so
net in auribus ⁊ non careat vitio suspitionis occulte ꝙ dictus
Mattheus excogitauit hanc malitiā: q2 cū ip̄e molestaret ⁊ ve
xaret vt mihi asseritur dictū Nofrium in aqua dicti Molēdini
q Nofrius ex parte inferiori fluminis habebat valcheriā. ⁊ cuȝ
quotidie dictum Mattheuȝ rogaret vt a molestia cessaret non
posset hñ cōseq iustitiā: q2 vt dr̄ habet dictus Mattheus fauo-
rem ab hominib⁹ de statu cogitauit dict⁹ Mattheus extorq̄re
ab illo Nofrio alterū de duobus si vellet ꝙ a dicta molestia ces
saret. s. ꝙ vel dictus Nofrius reficeret dictum molēdinum suis
expēsis cū esset destructum nō macinans vel ꝙ daret dictus no
frius eidem Mattheo. cxxxiij. florenos ⁊ retineret sibi molen-
dinum titulo emptionis cū non valeat vt dicit̄. lx. Et quia di-
ctus Nofrius non habebat tunc pecunias in prōptu pro altero
istorū faciēdo cōpulit eū ad hunc ꝯctum ex quo si bene inspicit̄
ad alterū p̄dictorū impellitur: q2 conduxit pro toto tpe quo nō
erat macinans. vnde non potest se ab annua prestatione facien
da de frumento exnūc nisi alterum predictorum faciat. s. qd̄ vel
faciat molendinum macinans suis expensis ⁊ tūc erit finita lo-
catio. vel qd̄ emat ⁊ soluat pretium ⁊ tunc similiter erit finita.
Uerum ad cooperiendum primum ⁊ ne videretur ꝙ suis expē-
sis Nofrius reficeret: egerūt vt Mattheus sibi daret florenos.
xl. quos dedit ⁊ statim rehabuit. Item quia non habebat pecu
nias in promptu voluit Mattheus vt etiam si peruenirent ad
venditorē staret firma conductio ⁊ pensiōis prestatio quousqȝ
pretium solueretur etiam molendino non macinante ⁊ sic quo-
dammō loco vsurarum illicitarum: q2 quando non percipiunt
fructus ex re empta non licite pōt venditor recipere vsuras pre
tij retardati. vt not. in iuribus. s̄. allega. Sic prima facie con-
tentus iste mihi resonat ⁊ officiales predicti leuiter possunt ve-
ritatem indagare quia in vtroqȝ capite dicta exactio est illici-
ta ⁊ extorta p. s̄. dicta. ⁊ sic vendicat sibi locum. d. l. illicitas. ⁊ si
sic reperiant ꝓuidere indēnitati dicti Nofrij ⁊ ne suā vexatio-
nē tā charo p̄tio redimat ꝓut eis iustuȝ videbit̄. Prima nāqȝ
facie hui⁹ ꝯctus dat eis iurisditionē ⁊ arbitriū cognoscēdi ⁊ ve
ritatem inuestigādi. C. de eden. l. is apud quē. Laus deo.

a Non valet. a Adde. d. pe. phi lip. cor. in consi. lxvij. i littera. d. in. iiij. parte.

b Copulatorū. Uide. d. alex. de imo. i cōsi. cx. i. j. col. i. iij. pte.

Consilium. ciij.

☞ Ex hoc consilio elicit̄ ꝙ si testator mandet ꝙ bona sua di-
uidantur per Nicolaum ⁊ Antonium: si non fuit seruata forma
iterum seruari potest. ⁊. 2.

2 Arg. de rebus ad personas validū est. ⁊ vide in cōsil. cxv. nu. 1.
ver. maxime autem.



In christi nomine amē.

1 †Uiso testō xp̄iani de Ciuitate castelli i quo cō
tinetur intra alia ꝙ si filij sui heredes instituti vel-
lent ad diuisionem bonorum venire: deberent sta
re diuisioni fiende per Nicolaum ⁊ Antonium ibidem descri-
ptos: ⁊ ꝙ aliter vel alio modo non possent dicta bona diuide-
re. Et visa quadam diuisione facta per Nicolaum solum de bo
nis intra ciuitatem ⁊ alia per Antonium solum de bonis posi-
tis in comitatu excepto quodam tenimento domorū qd̄ per Ni
colaum in prima diuisione nulli fuit assignatū ⁊ etiā q̄busdam
possessiōibus comitatus q̄ similiter p scd̄m nulli fuerūt assigna
te q̄ due diuisiones fuerūt ratificate per ptes vt dr̄. Uisa insup
quadā assignatione dicti tenimēti domoꝝ facta per dictū Nico
laum nūc dn̄m Nicolaū existentem Pisis vni ex dictis filijs de
cōsensu dicti Antonij: ⁊ quadā alia assignatione facta per di-
ctum Antoniū de cōsensu ⁊ mādato dicti dn̄i Nicolai ⁊ dictis
alijs terris comitatus non assignatis alicui in scd̄a diuisione vt
s̄. dictum est. que q̄dē assignationes tenimenti domorum ⁊ pos
sessionum non reperiunt̄ ratificate per partes. Queritur posito
sine preiudicio veritatis ꝙ dicte vltime assignationes non va-
lerent ex eo quia neutra ipsaruȝ facta fuit per ambos simul sed
per alterum tantuȝ licet de voluntate alterius: vtrum predicti
dominus Nicolaus ⁊ Antonius possint iterato simul easdem
facere eidem ⁊ eadem forma vel in diuersa. Et videt̄ ꝙ non q2
censeret̄ fructus officio suo. ar. ff. de re iudi. l. iudex postꝙ. de ar-
bi. qualē. in fi. cū. l. seq. C. quō ⁊ qñ iudex. l. si vt proponis. de of-
fi. delega. c. in lr̄is. de elec. si cōpromissarius. lib. vi. Itē quia te
stator censet̄ sensisse de prima tm̄ diuisione vel assignatione. ff.
de ver. sig. l. boues. §. hoc sermone. q ⁊ a q̄bus. l. mr̄imonij. de cō
di. ⁊ demō. l. hec cōditio filie mee. ꝯrium tñ puto verius: q2 qñ
cōmissarij nō seruāt formā cōmissionis non vȝ ꝙ agunt ⁊ iterū
agere possunt quia non dicuntur ꝓfuncti eoꝝ offō. ff. de ambi. l.
q̄d tñ. circa prin. ⁊ no. p Cy. ⁊ bal. in. d. l. si vt proponis. C. quō et
qñ iudex. Forma aūt cōmissionis esse censet̄ ꝙ oēs simul actum
expediāt q2 sic censet̄ tacite actū. ff. de arbi. l. itē simus. §. item si
plures. ⁊. §. fi. al's est. l. si intus. ⁊ sic hr̄ pro expresso. ff. si cer. pe.
l. cum q̄d. de pac. Itē quia quo casu non esset dubiū ꝙ diceretur
de forma. ar. d. l. q̄d tñ. ver. ⁊ multū interest ⁊c. ꝙ etiam pȝ ex na
b tura copule ⁊ q̄ est vt req̄rat cōcursuȝ copulatorū[b]. ff. de ṽb. ob.
l. si qs stipulatus fuerit. x. aureos. de cōdi. insti. l. si heredes plu
res. Ex quo igit̄ disposuit testator iste ꝙ fieret diuisio per Nico
laum ⁊ Antoniū illa copula importat ꝙ per ambos simul al's
non diceret̄ facta per Nicolaum ⁊ Antoniuȝ sed p alterū tm̄: q2
sicut vl'is collectiua falsificat̄ ex vno falso. l. non distinguemus.
§. cum in plures. ff. de rebus dub. si is q ducēta. §. sed vtrum. ita
⁊ particularis copulatiua: vt in legibus. s̄. alleg. sicut ergo si di
xisset ꝙ omnes laudarent vel diminuerent diceret̄ esse de forma
ꝙ oēs simul. ita ⁊ dicēdo ꝙ Nicolaus ⁊ Antonius diuidant di-
citur esse de forma ꝙ ambo simul quia est ratio: nam ⁊ de rebus
ad ꝑsonas

ad personas bona est argumentatio.l. qui plures liberos.de
vulga.⁊ pup.⁊ not.in.l.miles ita hoc idem.§.⁊ quia diximus.
de testa.mili.p doc. Sed si de pluribus rebus factum fuit com-
promissum censetur actum ꝙ de omnibus simul pronuntiet:⁊ ni
si hoc faciat non valet sententia ⁊ iterum pronuntiare potest si
tamen cause ille vel res erant cõnexe vel dependentes.d.l.quid
tñ.⁊ in Specu.de arbi.§.fi.v.sed ſm premissa. in.xiij.col.⁊ver.
seq.⁊ sequenti.ergo ⁊ idẽ si coniungantur persone: scilicet Ni-
colaus ⁊ Antonius videtur actum ꝙ ambo simul: quia sic est
natura compromissi per rationez quia vnus posset alterum tra
here in suã sniam:vt.d.l.si in tres.⁊ leges allegate in ꝯtrium lo-
quuntur qñ nõ cõtra formã cõmissionis fuit processum vel sen-
tentiatũ ſm docto.in dictis locis. Et si cõcludit dictũ.d.Nico-
laum ⁊ Antoniũ simul iterũ posse dictas adiudicationes face-
re in forma valida nõ obstãtibus dictis adiudicationibus iam
factis si ṗsupponat eas eẽ inualidas.facit.l.q p salutẽ.⁊ ibi no.
ff.de iureiu.de reg.iur.nõ ṗstat.lib.vj.cõsulo tñ ꝙ ptes facient
requiri ⁊ facultatem eis tribuant allegandi quicquid qd volũt
ita ꝙ causa cognita ⁊ matura declaratio dicantur processisse:⁊
hoc p ea que no.bar.in.l.alio.ff.de ali.⁊ ciba.le. de dote ṗleg.l.
theopõpus.de verbo.ob.si quis arbiter.⁊ p.l.creditor ⁊ hypo-
tecas.ff.de distrac.pig. Laus deo.

Consilium.ciiij.

1 ☞ Ex hoc cõsilio elicit ꝙ facta societate ĩter aliquos ad cer-
tum tp̃s finito tpe contrahentes cum aliquo ex socijs non obli-
gant alios:licet non sit preconizatum dissolutã societatem idez
si cum institore societatis contrahat.⁊ per constitutionem secũ
di procuratoris ad negotia reuocatur primus.⁊.2.
2 Procurator constitutus ad certũ tẽpus finito tpe ⁊ lite cõtesta
ta non poterit postea prosequi etiã si aduersarius velit:al's se-
cus: vt hic.



1 In christi nomine amẽ.

† Visis ⁊ põderatis oibus q̃ in suprascripto pũ
cto narrantur pluribus rationibus ⁊ satis vrgen-
tibus iudicio meo videtur mihi dicendum dictuz
Philippum ⁊ socios non teneri dicto ser Henrico licet dissolu
tio dicte societatis dudum contracte inter dictum Barnabam
⁊ Joannem nõ fuerit manifesta Londre per gridam vel per lit
teras directas iudici Londre.
Prima ratio est q: tpe contracte societatis predicte fuit ap-
positum tempus triũ annorũ ⁊ sex mensium quibus durare de-
bet vt premittit. Constat autez ꝙ socius ex contractu socij ideo
insolidum obligatur quãdo separatim ⁊ in diuersis locis agũt
quia alteri alterum preposuisse videtur ⁊ mandatuz dedisse de
contrahendo.ar.ff.si cer.pe.l.eius qui in prouincia.in fi.⁊ not.
Bart.ff.de duob.reis.l.eadem.in.vij.q. videtur etiam dedisse
mandatum singulis ꝙ cum illo cõtrahatur.ff.de exercitoria.l.
j.§.j.in fi.de solu.l.q hominem.§.si titiũ.in fi. Mãdatum tamẽ
istud tam factũ socio q̃ factũ alijs vt cũ eo ꝯhãt fuit ab ipso pn-
cipio limitatũ vsq; ad certũ tp̃s quo duratura erat societas:cũ
ex societate descenderet ⁊ esset eius sequela:⁊ sic ſm ipsam debe
ret intelligi ⁊ limitari.ar.ff.de ĩsti.l.quicũq;.§.si ei quem.in fi.
a de eden.si quis ex argen.§.rationẽ.in fi.Fines autem mandati
sunt diligenter custodiendi[a].ff.mandati.l.diligenter.⁊ qd ex
tra vel vltra eos agitur mandatum non obligat. Et si dicatur
dicta limitatio mandati vsq; ad dictum tempus non erat no-
ta contrahentibus. Respondet qd ex quo fuit apposita ab ĩpo
principio debuit esse nota ⁊ si non fuit est qd eis imputet q: de-
buerunt inuestigare de qualitate ⁊ cõditione illius cũ quo con-
trahebant.tex.cũ glo.ff.de re.iur.l.q cum alio.sicut in qualibet
alia lege vel conditione apposita ab ipso principio in mandato
quia debet seruari ⁊ si nõ seruat nõ excusantur contrahentes p
pter ignorãtiam ꝯhẽtis:q: debuerũt explorare ⁊ sic mandans
nõ obligat vt ibi no.in glo.⁊ probat in.l.j.§.nõ autẽ ex oi.⁊.§.
agitur ṗpositio.⁊.§.si plures.in fi.⁊ de institο.l.quicũq;.§.non
tñ.⁊.l.sz ⁊ si pupilli.§.cõditio. Nam ex quo virtute talis man-
dati ⁊ societatis mouent ad ꝯhendũ debẽt explorare in qua for
ma stet.⁊ si non faciũt est qd eis imputet ⁊ habent pro scientibꝰ:
vt.d.l.q cũ alio in tex. ⁊ glo. Qd ergo dr in.l.sed ⁊ si pupillus.
§.de quo.⁊.§.scribere.ff.de insti.locũ habet ⁊ tũc est necessariuz
fieri qñ mãdatũ fuit factũ a principio simpliciter ⁊ sine tempo-
ris ṗfinitione:vel alia limitatione:tunc enĩ cũ cõtrahẽtes sciãt
vel scire presumant qd simpliciter ⁊ qñcũq; possunt ꝯhere ſm
formã dicti mãdati:vt.d.l.qui cũ alio. remanerẽt decepti ex re
uocatione vel limitatione postea subsecuta nisi eis notificaret:
ideo est eis notificãda ſm formã illius.l.sed si pupilli.ne rema-
neant decepti:vt in.§.sed si plures.v̄si.sed si al's.e.l.⁊ de exerci.
l.j.§.magistrum. De conditione nãq; socij vel institoris facile
potest ṗquiri.s. qualiter ⁊ in qua forma fuit ṗpositus magis q̃
de cõditiõe magistri nauis:vt.d.l.j.§.j.de exerci.⁊ tñ etiã de cõ
ditione magistri nauis apposita a principio est ṗquirenduz:vt
dicit glo.in.d.l.q cum alio.⁊ qd no.Bald.C.de exerci.sup rub.
Nõ ergo pertinet ad ṗponentem manifestare formã vel limita-
tionem appositã a principio sicut quando apponitur ex postfa
cto.facit.C.de dona.que sub modo.l.si post ṗfectaz.de pac.l.sin
aũt dñicam.cũ ibi no.in rõne.de rebus eorum.l.ij.C.de senten.
dan.l.j.v.itaq;.in v̄bo postea.ff.de procu.l.si procu.absentem.
in fi.⁊ qd not.Barto.l.j.in fi.eo.ti.cum.l.seq.ſm Jac.de are.q
2 dicit † ꝙ si procurator est cõstitutus ad certum tẽpus si fuit lis
contestata.⁊ postea ante litem finitam expirauit tp̃s nõ pote-
rit postea ṗsequi etiã si aduersarius velit:nec potest de hoc cõ-
queri q: cũ tempus fuerit appositũ prin.scire debuit hoc eueni
re posse:vnde sibi imputet qd admisit eũ.ar.ff.locati.l si qs do
mum.§.j.sed si fuisset constitutus simpliciter ⁊ sine temporis ṗ-
finitione post litem contesta.non posset reuocari inuito aduer-
sario.l.post litem eo.ti.lz alio modo videatur loq̃ui idem Bar.
in.l.ita aũt.§.fi.ff.de admi.tuto sed in.d.l.i.§.fi.cũ.l.seq.⁊ de ṗ
cur.melius loquit:vt pz ex no.in Spe.de procu.§.rõne forme.
ver.quid si mandatum sit al's sufficiens.⁊ ex his que no.Inno.
eo.ti.c.petito.ante finem.vbi tenet qd si procurator est constitu
tus ad litem contestaudam dũtaxat nõ potest vlterius proseq
etiã altera parte hoc volente lz secus.si simpliciter ad litem con
testa.q: videt cõstitutus etiã ad litẽ prosequendam.ff.eo.qui ṗ
curatorem dat.⁊ p Cy.C.eo.l.si procurator ad vnam. Cõclusio
est ergo qd limitatio apposita in mandato a prin.non licet con
trahentibus vel alium actum cũ mandatario exercẽtibus igno-
rare ideo nõ est eis aliter notificãda. ⁊ sic loqtur.l.sed ⁊ si pupil
li.§.proscribere.de insti.cum si. Igitur in casu nostro postq̃ tẽ-
pus duratiue societatis fuit a principio appositum presumitur
deuenisse in notitiã oium ⁊ p ꝯñs nõ fuit dissolutio dicte socie-
tatis prouenientis ex lapsu dicti tpis aliter in publicũ notificã
da vel deducenda per predicta.
Scda ratio quare dictus Philippus dicti Barnabe nõ te
netur dicto ser Henrico est per punctũ rõnis talis. Nã tpe ꝯcte
obligationis ꝯcte per dictum ser Henricum cum dicto Joanne
Barnabas predictus iam erat mortuus vt proponitur ⁊ sic sal
tem morte erat finita societas ⁊ mandatũ posito qd per lapsuz
tpis finita non fuisset.ff pro socio.l.actore.§.morte.C.manda-
ti.l.mandatum.ex quo sequit qd ex tali ꝯctu nõ potuit obliga-
ri Barnabas q iã erat mortuꝰ quia mors omnia soluit ⁊ nihil
in ṗsonã mortui ṗncipiari põt.ff.que snĩe sine ap.rescin.l.pe.si
cer.pet l.eius q.v.ꝙ si stipulatꝰ. Igit in filios Barnabe tanq̃
heredes descendere nõ põt obligatio tanq̃ hereditaria:cuz sit
necesse ꝙ habeat originẽ in personã defuncti.ff.de oper.libe.l.
q libertinus.§.posthumus. Non ergo põt cõueniri dictus Phi
lippus vt heres Barnabe:nec etiã ex sua ṗsona ⁊ rõne societa
tatis quã nunq̃ habuerat cum illo ioanne:vel mãdati ꝙ nunq̃
sibi debent de cõtrahẽdo suo noĩe cũ ipse nunq̃ ꝯxerit societatẽ
cũ illo:⁊ societas ⁊ mandatum dicti Barnabe ad ipm nõ trãsi
uerint.l.verũ.§.in hoc idẽ.ff.pro socio.mãdati.si vero.§.si.cum
fe. Posito ergo ꝙ cessarent ea q̃ in precedenti articulo dixi:⁊ ꝙ
aliqua culpa fuisset ex parte Barnabe in non notificãdo dictã
dissolutionez:⁊ ꝙ plus est posito ꝙ dicta societas durasset vsq;
ad mortem Barnabe:ex quo saltem per mortem fuit finita ⁊ ex
quo cõtractus de quo agit fuit celebratus post mortẽ Barna-
be:res ista nullũ habet dubium:quia ex eo non potuit obligari
dictus Philippus nec vt heres sui patris ex quo in patrem nõ
habuit radicẽ obligacio:nec suo noĩe ṗprio ex quo ipe nunq̃ cũ
illo societatẽ ꝯtraxit. Vt cõcludamus ꝙ qñ reuocatio mandati
ṗcederet ex morte mãdantis:nõ est necesse illã notificare cõtra
hẽtibus quãtum ad finẽ ne ex ꝯtractibus factis post mortẽ he-
res mandantis obligetur cum nullo modo possit obligari nec
vt heres nec suo proprio noĩe:vt.s.dixi. Bene tamen esset noti
ficãda quãtũ ad hoc vt debitores postea sibi soluentes nõ libe-
rarentur ab heredibus:vt.d.l.eius q in prouincia.in.§.j.q: ta-
lis liberatio non habet necesse sumere initium in personam cre
ditoris defuncti:sed sumit initium in ṗsonã liberati. Nec hz fa
cere transitum de ṗsona defuncti in personaz heredum tanq̃ in
heredes sicut cõtingit in obligatiõe actiua vel passiua:vt pz ad
sensum. Sed qñ viuente mandante finiretur mandatum ex cã
vel reuocatione subsecuta ex postfacto:ideo notificanda est re-
uocatio:q: si non fieret subest persona mãdantis in quo potest
principiari obligatio ac si mandatum duraret:q: propter ṗce-
dens mãdatum potest fingi qd duret licet finituz sit.l.cũ qs.§.
j.ff.de solu. Sed in eo qui nunq̃ mandatuz dedit nõ fingit sub-
esse etiã si ꝯtrahẽs credat subesse ⁊ iustã cãm credẽdi habeat.ff.
de solu.l.q hoĩem.§.si nullo.de furtis.si qs vxori.§.apud labeo
nem.⁊ qd ibi no. Non ergo põt dici ꝙ filij ⁊ heredes dicti Bar-
nabe qui nunq̃ contraxerunt societatem cum dicto ioanne nec

b Custodien-
di. Et an ⁊ qñ cu
stodiri dicantur
necne. vide do.
Alexã. de imol.
in consi.xxv.i fi.
vlt.col.in.ij.pre.
⁊ adde eundem
Pau.s.in cõsil.
iiij.nume.vij.

vnq̄ mandato crdiderunt de cōtrahēdo ipsoꝝ nomine fingantur fuisse socij vel fingant̄ mandasse de cōtrahendo dicto ioāni quātū ad hoc vt ipsi obligentur ex ꝯtu celebrato cum dicto ioāne post mortem Barnabe: etiā si cōtrahentes iusto errore ducti credebant esse societatem inter dictū ioānē ⁊ filios dicti Barnabe postq̄ re vera nec vnq̄ fuerat: vt. d. l. qui hominē. §. si nullo. quia ignorantia cōtrahentium nō debet esse captiosa dictis filijs ⁊ heredibus q nullam cām dederunt dicto errori. ff. que in frau. cre. l. qui autē. §. si qd. iuncta. l. si seruus. in fi. ff. de diuer. ⁊ temp. prescrip. ⁊ multo fortius idem dicendum de socijs dicti Philippi vt ex dicto ꝯtu nō teneantur: cū nulla subsit cā quare teneri debeant. Preterea resultaret absurdum si heres teneretur notificare mortem cum possit ꝓbabiliter ignorare societatem ꝯtam per defunctū. ff. de reg. iur. l. qui in alterius. pro suo. l. fi. ⁊ sic non notificādo obligaretur ex contractibus factis post mortem sine sui culpa. vel quid si longe abest locus vt in casu nostro: ⁊ anteq̄ nuntius applicarer iste contraheret certe eadem resultaret absurditas: sola ergo dissolutio que fit aliter q̄ post mortem ⁊ ex causa superuenienti post contractam societam vel mandatū factum: necessario notificāda est: vt pʒ ex predictis. ¶ Nec ob. si dicatur licet societas quo ad socios inter se fuerit dissoluta per mortem Barnabe attamen mandatū ꝙ ille Joānes habebat de cōtrahendo nomine ipsius Barnabe. per ea q̄ no. Barto. in. d. l. eius q in prouincia. in fi. ⁊ in. l. eadem in. vij. q. non videtur expirasse cum in hoc esset institor ⁊ non fuit mutata conditio. l. si quis mancipijs. §. si impubes. de institu. cum seq. iūcta. l. si tamē plures. de exerci. qd no. in. d. l. eius qui. Nā cum illud mandatum tacite resultaret ex dicta societate qd de iure illa fuit idem esse debet de dicto mandato tanq̄ ad eius sequela per iura. s̄. alleg. ⁊ quia vitiato expresso vitiatur tacituʒ. l. iij. in fi. de ser. ru. p̄di. ⁊ no. in auf. īgressi. C. de sac. san. ec. ⁊. C. de rei vē. l. mr̄. circa mediū magne gl. ibi. itē qd tm̄ petij p̄tiū ⁊c. ¶ Tertia ratio principalis est q2 dicta notificatio fienda erat solū ad hoc vt redderent̄ certi contrahentes de dissolutione societatis ne remanerent decepti. vt iuribus. s̄. alleg. Regula aūt iuris ē ꝙ q cert⁹ est certiorari nō dʒ. ff. de act. emp. l. j. §. fi. Sed ex missione dicti Andree facta ꝑ dictum Barnabam q̄ fuit vt ꝑponit̄ oībus no. q Andreas noīe dicti Barnabe negotiabatur potuit esse notū dicto ser Henrico mādatū dicti ioānis expirasse eo q2 ꝑm procuratorē cōstituēdo censet̄ qs primū reuocasse[a]. ff. de procur. l. si quis cum procuratorio. §. fi. qui potissime locuʒ habet in procurationibus extraiudicialibus: vt ibi no. bar. ergo. ⁊c. Nec pōt p̄tendere ignorantiā dictus ser Henricus de eo ꝙ publice notū erat. d. l. sed si pupillus. §. de quo. ⁊ de iu. ⁊ fac. igno. l. regula. in p̄nc. Et si dicat̄ potuit. Barnabas habere societatē cū vtroqʒ. s. cū dicto Joāne ⁊ cū dicto Andrea. Rūdeo non erat hoc presumēdū q2 raro hoc cōtingit ꝙ vnus mercator florētinus in vno loco remoto habeat duos diuersos socios vel factores cū satis sit hr̄e vnū. ꝗ ⁊c. ar. eoꝝ q̄ no. C. de arbi. l. j. ¶ Quarta ⁊ vltima rō est q2 cum dictus Joānes in suis cōtractibus nō specificaret cum quo haberet societatem ⁊ dictus ser Henricus ⁊ alij similes extranei a natione florentina non haberent notitiam cum quo dictus Joannes societateʒ haberet: nō censetur habuisse respectum ad aliquam certam ꝑsonaʒ: sed solum ad illā que tp̄e cōtractus esset socia dicti Joannis et illam tm̄ intendebat sibi obligare: sed illum qui tunc non erat socius nō intēdebat obligare igitur nec obligabatur licet olim fuisset. l. eū q. C. si cer. pe. ⁊ qd plene no. in. l. si pupilli. §. j. ff. de neg. ge. dico ergo ꝙ ex quo dictus ser Henricus ignorabat dictū barnabā esse sociū dicti ioannis nō habebat dictus barnabas etiaʒ si hodie viueret ⁊ societatē dissoluisset alio mō q̄ fuerit dissoluta notificare se non esse āplius sociū ei q̄ nunq̄ sciuit esse sociuʒ ex quo eius cōtemplatione non censet̄ incitatus ad ꝯhendū cū nesciret eū esse sociū. Jura ergo q̄ dicūt notificādā reuocationē locum habēt in illis q sciūt a quo mādatū hʒ vel cū quo est soci⁹: nā illi censent̄ moti cōtēplatione illius quē sciūt sociū: sed illi q ignorāt qs sit socius vel mādans nō habēt respectū ad certā ꝑsonā sed ad illā tm̄ q̄ tūc tp̄is est socia vel mādās ⁊ ad illā q̄ non est secus: igitur cuʒ iste Barnabas nō esset tunc socius non fuit obligatus etiam si tunc vixisset quantū ad intentionē cōtrahētium: non ergo fuit necessaria notificatio. Laus deo.

a ¶ Reuocasse. Adde. d. Mar. sozi. in ꝯsi. xviij. versic. ⁊ videtur dicēdū. in. j. p̄te.

b ¶ Intentare. Vide omino. d. Mar. sozi. in cōsil. xviij. versi. iij. remediuʒ. ⁊ do. Bar. sozi. eius filium in cōsi. lxij. in ver. iij. cōclu. in fi. in. j. parte. ⁊ in cōsi. cclxvj. v̄sic. iiij. videnduʒ est. cum v̄sic. seq. in. ij. parte. ⁊ oīno in. l. ad rē. de acqui. poss. ⁊ do. Alex. de imo. in cōsi. xxxvij. ī. iiij. colū. in. j. parte. ⁊ in consi. lj. in. j. col. ea. parte. ⁊ cōsil. xcij. in. iiij. col. in ea. parte. et in ꝯsi. xxj. in. j. et. iiij. col. in. iij. p̄te. ⁊ ī ꝯs. j. ī vlt. col. in. iiij. parte

¶ Consilium. cv.

1 ☞ Ex hoc consilio elicitur quādo possit intentari cōditio canonis reintegranda. iij. q. j. cū seq.
2 Conditio ex illo canone an detur cōtra titulo possidentem.
3 Et an obstet exceptio prescriptionis ꝯtra agētē ex illo canone.



In christi nomine amen.

¶ In questione que speratur moueri per dominum priorem scti Fridani sup certa p̄te territorij castri de porcarēsibus contra dn̄am ioānam filiā olim parentis q fuit vt dicitur vltimus dictorum de porcarensibus de Luca quoruʒ fuit dictum castrum cum territorio ab antiquo ⁊ etiaʒ possessio cōtinuata per annos quinquaginta: tria reuocantur in dubiū.
6 Et confessio cedentis non nocet cessionario.
7 Et ꝙ vnus de populo non potest esse testis in causa populi.



1 In christi nomine amen.
† Super primo quesito videtur dicendum ꝙ di-
ctus populus sancte Marie non habeat meliora ꝛ
potiora iura in dictis bonis que fuerunt dicti Angeli: sed po-
tius dicta domina legataria: ꝛ habentes causaꝫ ab ea ius ha-
beant potentius tali ratione satis clara prima facie: qꝛ dictum
onus libre vel allibrationis non fuit impositum dicto angelo a
quo dicta legataria diciẗ habuisse causam immediatā. vt col-
ligitur in. l. siue manifestuꝫ. in fi. ff. de ꝯdi. fur. iuncta. l. a titio.
ff. de furtis. sed fuit impositū filijs ꝛ heredibus dicti Angeli a
quibus dicta legataria nō diciẗ habuisse causaꝫ: ꝛ ideo nō vide
tur afficere dictā legatariā. nam in bonis testatoris legatarius
preferẗ creditori heredis qui tñ non fuerit creditor testatoris ꝛ
pōt legatarius aduersus creditores nō hereditarios sed here-
dis petere separationē bonorū defuncti vt sibi assigneñẗ ꝛ non
habeat cū dictis creditoribus cōicare. ff. de separa. l. quotiens.
sed hic dictus populus erat creditor dicti Angeli cū illi nunq̄ꝫ
fuerit impositū onus libre vel allibratus: ergo dicta legataria
p̄ferenda videẗ dicto populo maxime in rebus sibi specialiter
legatis quo ad proprietatē vel vsumfru. ar. ff. vt in pos. leg. is
cui. §. postq̄ꝫ. ꝛ. l. si fideicō. Et lꝫ dicta bona etiaꝫ sint obligata
dicto ppl'o ꝓ dicto onere sicut sunt obligata dicte legatarie ꝓ
legato prius tñ incepit obligatio legatarie: qꝛ statim post adi
tā hereditatē. C. cōia de leg. l. j. ꝛ. ij. sed onus libre incepit quā
do libra fuit imposita qd esse potuit dudum post: ergo ꝛc. l. qui
generaliter. ff. qui po. in pig. ha. ꝛ no. in. l. ꝛ idem. §. fi. eo. ti. in
gl. Et posito qd obligatio populi īcepisset prius scilꝫ a die vlti
ma Maij anni. M. ccccxiij. de bonis p̄sentibus ꝛ futuris isto
rum filiorū: ꝛ sic lꝫ dicta bona fuerint dictis heredibus duduꝫ
post acq̄sita: tñ retro finguntur fuisse obligata: ꝛ sic prius cōi ꝛ
populo p̄dicto q̄ꝫ dicte dñe cuius ius non incepit nisi post mor
tem Angeli ꝛ aditionē sue hereditatis. Videẗ ergo dicendum
ꝙ cū tp̄e aditionis hereditatis inceperunt obligari vtroqꝫ eo-
dē instāti scꝫ legatarie ꝓ legato ꝛ populo ꝓ libra vere: qꝛ ante
q̄ꝫ essent ipsorū heredū affecta nō poterāt esse obligata ꝓ ipso-
rum onere. ar. C. q̄ res pig. obli. pos. l. q filios. in fi. Attñ qꝛ ob-
ligatio populi fuerat ꝑ prius facta de bonis p̄sentibus ꝛ futu-
ris ille p̄feraẗ. ꝑ. l. fi. ff. q potio. ī pig. ha. ꝛ de iure fisci. l. si is qui.
cū ibi plene not. Sed ad hoc posset rñderi ꝙ ꝓcederet si predi-
cti habuissent vel haberent causam ab vna ꝛ eadē ꝑsona: ꝛ ita
loquunẗ dicta iura cuꝫ ibi nota. sed hic a diuersis: qꝛ legataria
causam habuit ꝛ habet a defuncto: populus vero ab heredibꝰ
q sibi inceperunt obligari actione ꝑsonali ꝛ ab eisdē dispositio
ne legis mediante processit hypo. Cōstat aūt qd heres nō pos-
set bona hereditaria obligare in p̄iudicium legatariorū etiam
anteq̄ꝫ ius legatariorū incepisset vt si esset eis legatū sub condi
tione ꝛ ea pendēte heres alterius obligaret qꝛ nō debet esse in
eius potestate legata ibi. ꝛ ita est. l. certa in. fi. de leg. j. ꝛ patet
in. l. fi. §. sinaūt sub ꝯditione. C. cōia de leg. Igiẗ nec obligatio
facta ꝑ aliū de bonis heredum p̄sentibus ꝛ futuris pro debito
ipsorū heredū prout hic fuit: qꝛ dicti officiales obligauerūt po
tuit vel pōt sortiri effectū q̄tenus verteret in p̄iudiciū legatarie
que nō habuit causam ab heredibus grauatis: sed a defuncto
nō grauato: qꝛ factū illorū officialiū reputaẗ factū illorū here-
dum quo ad hoc. arg. C. de euic. si ob causaꝫ. ideo qd nō potue
2 runt heredes expresse facere nec illi potuisse cēseñẗ. † Et ad hāc
distinctionem scilicet an habuerint causam ab eadeꝫ persona
vel a diuersis bene facit. ff. de publi. l. siue autē. §. fi. cum. l. seq.
vbi in habētibus causam ab eodem prefertur ille qui prior fuit
in tempore non sic si a diuersis. Per que etiam patet non obsta
re dictam prouisionem ꝛ ordinationem factam a dictis officia
libus qd bona intelligātur obligata a die vltima Maij anni
M. ccccxiij. Nā fateor ꝙ si dictus Angelus vixisset ꝛ sibi fuis-
set īpositū onus libre non potuisset postea alienare interviuos
vel in vltima voluntate in preiudicium dicti oneris ꝛ sic popu
lus sine dubio tunc haberet meliora ꝛ potiora iura: sed qꝛ sibi
non fuit impositum: transiuerunt dicta bona de ꝑsona Angeli
apud quem erant libera in personā legatarie ꝛ obligatio post-
ea subsequuta ꝑsonam etiam ex onere heredum nō videẗ posse
derogāre iuri legatarie. Statutum etiam contentuꝫ in quarto
volumine statutorum nil habet facere ad propositū qꝛ fuit con
sumatum post ius quesituꝫ dicte legatarie: ergo ꝛc. l. leges. C.
de legi. Et sic videtur concludendum contra dictum populuꝫ.
In cōtrariuꝫ facit qꝛ in alia materia possent procedere pre
3 dicta: sed in materia allibratus nō videntur procedere: † quia
in illa pater ꝛ filij reputantur eadem persona: ꝛ libra vnius scꝫ
a patris ꝓdest filijs[a]: qꝛ cēseẗ etiā filijs īposita: vt no. C. q etate. — a Filijs. Vide. d. Pe. phil. cor. in cōsi. cclxviij. icip. ī hac. in littera. C. in iij. parte.
l. ij. lib. x. per gl. ꝛ per Bar. in. l. j. §. domini. ff. ad sil. ꝛ ꝑ Bart.
de lib. ꝛ eorū lib. l. ij. circa fi. ꝛ de impub. ꝛ alijs sub. l. j. in fi. fa-
cit. l. tua onera. ff. de excu. tu. ꝛ qd no. Inno. de ope. no. nū. c. ij.
circa fi. sicut ergo si dictū onus fuisset impositū Angelo p̄dicto
viuenti: p̄fata bona essent ꝓ illo obnoxia ꝛ p̄fatus populus ha
beret meliora ꝛ potiora iura q̄ꝫ dicta dña legataria vel habens
ab ea iura cessa: vt. s̄. cōcessum est virtute dicti ordinamēti: ita
ꝛ si īpositū est eadē rōne postq̄ꝫ vna ꝛ eadē ꝑsona reputantur. ꝛ
qd de vno diciẗ de alio dictū videẗ. ar. ff. de accep. l. fi. Potissi
me in casu nostro vbi añ mortē dicti Angeli p̄fata bona fuerūt

descripta apud officiales estimi vna cũ ꝑsona patris ⁊ filiorũ.
vnde faciẽdo ordinamentũ ꝙ nõ possent alienari: ⁊ ꝙ censere-
tur alienatio fictitia ⁊ in fraudẽ facta cẽsent quo ad dictã par
titam habuisse respectũ ad formaꝫ dicte descriptionis vt sicut
simul pater ⁊ filij fuerũt descripti in dictis bonis ita ⁊ simul de
beant iudicari scilꝫ vt cuicũqꝫ ipsoꝝ imponat allibratus occa
sione dictoꝝ bonorũ sint ⁊ esse debeãt dicta bona obnoxia ꝓ eo
⁊ alienatio facta extra ꝑsonas eorũ nõ habeat derogare dicto
oneri vel obligationi qđ vel q̃ contigisset occasione dictoꝝ bo-
norũ. ar. optimũ ad hoc. ff. qđ cũ eo. l. iij. ⁊ qđ ibi no. ꝑ Guil. de
cu. facit qđ no. in. l. si stipulatus. §. j. ff. de fideius. Breuiter in
hoc passu puto distinguendũ. Nã aut bona legata vel iura que
prefata domina babeat sup dictis bonis occasione dicti legati
fuerũt post mortẽ dicti Angeli descripta dicte sue vxori qđ fie-
ri potuit lꝫ eo viuente fieri nõ potuisset ⁊ tunc cũ teneant ⁊ obli
gata sint pro onere ⁊ allibrata dicte domine non tenet ꝓ onere
dictorũ filiorũ qꝛ non debẽt duplici onere grauari. ar. l. nauis.
§. cũ aũt. ff. ad. l. rhod. de iactu. Nec in hoc dict⁹ populus dãni
ficaret: qꝛ dicto casu tãto minus onus fuisset impositũ dictis
filijs pro dictis bonis q̃tũ ex eis fuisset separatũ ad descriptio
nem filiorũ ⁊ positũ ad descriptionẽ dicte dñe: ⁊ ꝓ vtroqꝫ one-
re dictus populus teneret: igit nõ itersit sua babere magis ea
obligata pro vno q̃ pro altero. Si vero dicta bona vel iura nõ
fuerũt descripta ad libram dicte dñe nec ipsoruꝫ occasione fuit
dicte dñe aliqđ onus impositũ sed soluꝫ filijs dicti Angeli ⁊ in
ipsorũ tantũ allibratu remãserunt: ⁊ tũc puto qđ sicut si fuisset
impositũ dictuꝫ onus dicto Angelo dicta bona essent pro illo
obnoxia ⁊ prefatus populus habuisset meliora ⁊ potiora iura
q̃ dicta legataria vt. s. dictũ est. Ita ⁊ in casu p̃dicto qꝛ cõtem
platione dictoꝝ bonorũ dictũ onus fuit ĩpositũ. vñ nõ dꝫ dict⁹
populus remanere deceptus qđ esset si dicta bona potuissent
sic alienari in vltima volũtate in p̃iudiciũ dicti oneris: sic eniꝫ
potuissent oĩa legari ⁊ dictũ onus esset inane quo ad dictos fi-
lios ⁊ p̃fatus populus ⁊ cõitas teneret ipsuꝫ subire qđ esset in-
cõueniens. ar. ff. ad. l. rhodiã. l. ij. §. antepe. q icipit. si qs exve-
ctoribus. iũcta. l. sꝫ ⁊ si pupillus. §. sꝫ si plures. de exercito. ibi.
neqꝫ em̃ decipi debẽt ꝯtrahẽtes ⁊c. ¶ Illud aũt constat qđ ne se-
quat absurdũ multotiẽs aliqđ ꝯ rõnẽ disputãduꝫ fateri habe-
mus. ff. ad. l. aql. l. ita vulneratus. ante finem. l. nã absurdũ. de
bonis lib. de neg. gest. l. pompo. scribit. Posito ergo qđ stricta
ratio disputandi suaderet illud qđ. s. in ꝯtriuꝫ allegat: qꝛ tñ ex
dicta interpretatione posset dictus populus in ĩmensum rema
nere deceptus ⁊ grauatus ⁊ haberet soluere pro dictis filijs: di-
cta vero bona etiã si forent omnia legata remanerent sine one-
re apud legatarios qđ esse nõ debet. iuxta no. ꝑ gl. C. de mulie.
⁊ in quo loco. l. ij. iccirco dicendũ est ꝯtriuꝫ scilꝫ qđ imo sint ob-
noxia pro dicto onere filioꝝ postq̃ ipsorũ occasione fuit impo-
situm. ar. ff. de heredi. insti. l. q volebat. ⁊ ꝑ cõsequens qđ popu
lus preferat vni legatarie: al's nil sibi prodesset dicta obligatio
ĩmo esset maius: ergo ⁊c. arg. eius qđ not. ff. de cõdi. inde. l. iul.
in scđa glo. magna. j. responso ⁊c. ⁊. l. interduꝫ. in glo. magna
ante medium ibi. qꝛ sic minori non prodesset restõ ⁊c. ⁊ qđ not.
eo. tit. cuꝫ quis. §. j. in gl. ⁊ hoc de primo passu. ⁊ ad rationes fa
ctas in contrarium patet responsio per predicta.
4 ¶ † Super alijs vero de quibus queritur facilis est responsio.
Et primo quando incipiat obligatio pro legatis. Et cõstat ꝙ
non in vita testatoris qꝛ dies eorum nondum cessit: sed tantuꝫ
post mortem si sunt pura ⁊ si conditionalia post mortẽ etiã im-
pleta conditione. l. j. §. in nouissimo. ⁊. §. sin auteꝫ sub conditio
5 ne. C. de cad. tol. ¶ † Item an videatur predicta domina repe
tijsse dotem vendendo rem hereditariã pro dote. Et cõstat ꝙ
sic: qꝛ repetitio ad nil aliud ordinat nisi vt habeat ⁊ ipsa sic ven
dendo voluit habere: ergo ⁊c. sicut in opponente cõpensationẽ
dicimus qđ censet petere: vt plene no. in. l. amplius nõ peti. rẽ
ra. ha. per Bar. ⁊ volũtas declarat rebus ipsis ⁊ factis. l. repre
hendenda. C. de insti. ⁊ sub. sub condi. factis. ⁊. l. de quibus. ff.
6 de legi. cum si. ¶ † An vero confessio dicte domine Gostantie
ꝙ nõ fuerit male tractata p̃iudicare possit babenti causam ab
a ea seu iura cessa. Constat ꝙ non[a]. l. facta. §. si heres. cum ibi ple
7 ne no. ff. ad treb. facit. l. si parteꝫ. §. si. queadmo. ser. amit. † Nec
illi de populo p̃dicto vident admittendi in testes vbi agitur de
b ipsorum singulari interesse[b]. iuxta no. per Cy. C. de testi. l. parẽ
tes. Dico tñ qđ venditio facta per dictam dñam Gostantiam
⁊ Iac. filium eius de dictis bonis legatis in casu quo male tra-
ctaretur tanq̃ fuerit male tractata nõ habet preiudicare dicto
populo posito ꝙ ea que. s. dicta sunt cessarent ⁊ qđ dictuꝫ lega
tum deberet preformari iuri bypothece qđ habet dictus popu
lus: qꝛ cum dictum legatum fuerit conditionaliter in casu qđ
male tractaretur ⁊ interest dicti pupilli dictam conditioneꝫ nõ
fuisse ipletã; ⁊ in dicta venditione non fuit dictus populus vo

Additio.
a ¶ Constat ꝙ non. Vide tu Phil. corne. in ꝯsi. cxxxix. icip. lꝫ in hac ꝯsultatiõe. in. j. col. ꝟ. nec ob. si dicat. in. iij. volu. vbi an ⁊ qñ cõfessio cedentis noceat cessionario. N. F.

b ¶ Interesse. Vide bal. in cõsi. cccclxxxj. i. j. parte. ⁊ in cõsil. cccexliij. ⁊ in cõsi. ccccxlv. in. v. parte.

catus nec consensit non potest sibi p̃iudicare: qꝛ potuit colludi
inter dictum filium ⁊ matrem in damnũ dicti populi: ⁊ sic põt
dictus populus allegare conditionem non fuisse impletaꝫ pro
suo interesse. C. de non nu. pe. l. si cui. ff. de iureiur. l. naꝫ ⁊ post-
ea. §. sed ⁊ si quis in fraudem. ⁊ nisi probetur fuisse impleta de-
bet obtinere: quia cum consistat in facto non presumit nisi pro
betur. l. quecunqꝫ. ff. de publi. Laus deo.

¶ Consilium. cxj.

1 ☞ Ex boc consilio elicitur ꝙ cedula testamẽti reperta apud
notarium extra librum ipsius si habet substantialia est in arbi
trio iudicis illã in mundũ reduci facere ex speciali cõmissione:
licet illa deficiant que faciunt scripturam publicam.
Ex generali vero cõmissione facta de imbreuiaturis defuncti
non potest redigi.
2 Et fideicõmissum deficit ex eo ꝙ vltimus filius testatoris sub
stitutus decessit cum filijs vel filia si filia publica decedat sine
liberis qñ illa non venit ex iudicio testatoris.
3 Et statutum qđ prefert matri coniunctos ex linea paterna hꝫ
locum ⁊ excludit auiam paternam: qꝛ illa non dicitur linea.
4 Dictio linea quid significet.

In christi nomine amen.

¶ Visis ⁊ ponderatis que. s. scripta sunt per supra
1 dictos doctores eximios: super primo dubio † si que
ritur an dicta cedula faciat fidem in ea forma in qua stat. ⁊ cla
rum est ꝙ non. Naꝫ etiam si esset in libro prothocollorũ anteq̃
redigeretur in mundum cum subscriptione ⁊ signo notarij non
faceret fidẽ in iudicio: ita determinat expresse Cy. post Iac. de
are. in. l. ꝯtractus. in fi. C. de fide instru. ⁊ idem sequitur ibi Bal. ⁊
allegat ad hoc illũ tex. ⁊ in aut. eo. §. sed si instrumẽta. Multo
ergo minus si nõ est in libro descripta: qꝛ boc potius diminuit
q̃ augeat de fide scripture. ¶ Si vero queritur an possit auto-
ritate iudicis publicari per alium notarium ita ꝙ post publi-
cationem fidẽ faciat. ⁊ videtur ꝙ sic per no. ibidẽ per Cy. Bal.
⁊ per. c. cum. p. tabellio. de fide instru. ¶ Breuiter in boc dico
ꝙ si dicta scriptura esset defectiua in solẽnitate voluntatis: qꝛ
non contineret sufficientem numerum testium: vel non appare
ret qđ fuisset coram eis lecta qđ est qñ ibi nõ continent illa ver-
ba actum ⁊c. que rem ꝑfectaꝫ significant: ⁊ tunc non posset pu-
blicari: qꝛ actus est ĩualidus per ea que no. Bart. in. l. fideicõ.
§. i. de lega. iij. qui tenet ꝙ tunc non valet nisi inter liberos. sed
Bal. in aut. qđ sine. C. de testa. tenent ꝙ etiaꝫ inter liberos nõ
faciat fidem nec valeat: qꝛ cum sit speciale in scriptura testato-
ris: vt valeat inter liberos vt ibi: in contrarium est ius cõe: vt
l. j. in fi. ff. ad munici. facit qđ no. in addi. Spe. de instru. edi. §.
compendiose in vltima cbarta. ibi. sed fuit questio de facto ⁊c.
¶ Si vero solẽnitatem que requirit in testamento continet sed
deficit dũtaxat in illa que requirit ad faciendũ scripturã pu-
blicam ⁊ autenticam: puta subscriptio notarij vel signũ: ⁊ tunc
si querimus an alius notarius publicare possit virtute genera-
lis commissionis supra facte de redigendo in mũdum protho
colla illius defuncti: ⁊ tunc puto ꝙ non: quia talis cõmisso de-
bet intelligi de bis que ꝑm vsum cõmuneꝫ loquendi appellan
tur prothocolla: vt sunt rogitus redacti in libro solito. argu. l.
ꝙ si nolit. §. qui assidua. ff. de edi. edic. l. si prius. de aqua plu.
ar. Ista vero cedula est extra librum: vnde potius dicitur cedu
la q̃ prothocolluꝫ. ¶ Si vero querit an virtute specialis com
missionis: ⁊ tũc puto q̃ boc relinquatur arbitrio iudicis qui
facta diligenti inquisitione qualis generata fides sit adbiben
da: ⁊ an sit suspecta vel non: statuet qđ iustum. s. videbitur. ar.
ff. de iureiuran. l. iusiurãduꝫ ⁊ ad pecunias. §. pe. ibi. ideoqꝫ ⁊c.
⁊ ita limito ⁊ intelligo notata in. d. c. cum. p. ⁊ per Cyñ. vt. s.
2 ¶ † Super secundo scilicet vtrum dicatur defecta conditio fi-
deicõmissi ex eo ꝙ Astulfus vltimus filius decessit cum filijs.
Et videtur qđ sic per. l. pe. C. de impube. ⁊ alijs substi. In con-
trarium facit quia testator primo fecerat substitutionem reci-
procam inter filios scilicet premorientibus de superstitibus ⁊
de filijs premortuorum dum dicit ad superuiuentes vnum vel
plures ⁊ eorum liberos ⁊c. Cum ergo postea fecerit compẽdio-
sam hoc modo. ipsis autem omnibus decedentibus sine libe-
ris ⁊c. dictum verbum omnibus videtur referendum ad omnia
superiora: ⁊ sic tam ad filios q̃ ad filioruꝫ filios de quibus su-
pra fecerat mentionem. ar. ff. de rebus dubijs. l. si. de lega. j. ta-
lis scriptura. §. si. de iurisdi. omnium iudicum. si idem eum eo-
dem. in fi. cum si. sed hec filia istius Astulfi que vltimo loco de-
cessit sine liberis decessit. nam etiam pupillus dicitur decede-
re sine liberis licet liberos babere non possit. l. centurio. ff. de
vulg. ⁊ pup. ⁊ in. c. si pater. de testa. lib. vj. Cum ergo extiterit
conditio in personã vltimi morientis licet defecerit in personã
Astulfi q vltio inter filios ⁊ filioꝝ filios est mortuus: videt esse
locus fideicom.

locus fideicō. in eo qđ ad dictam filiā Astulfi de bonis primi testatoris peruenit. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. licet ad dictam filiam non peruenissent bona ex expressa dispositione testatoris sed ab inte. succedendo patri suo fm no. in. l. lucius. de here. insti. ita determinat Bart. in preallega. l. centurio. in antepe. col. ver. quero vlterius φ si testator dixit zc. z. l. si sic. de lega. ij. Breuiter dico primam partem veriorem φ conditio dicatur defecisse. nam aut illud verbū oībus refertur ad filios tantum institutos: z tunc est clarum qđ vltimus filius decessit cum filijs: vt. d. l. pe. Aut refertur ad filios filiorum z filios de quibus etiam ibi fecerat mentionem z tūc dz ad illos referri cū omni sua qualitate. ar. l. a filio. §. fi. de ali. le. z qđ not. in. l. j. de recepta. z. l. j. §. fi. si familia furtum fe. dicatur. Sed in superiori parte fecerat mentionem de filijs filiorum z ipsos substituendo qđ accidere poterat si prio vnus decessisset cū filijs z alter postea sine filijs: tunc filij pmortui fuissent vocati ad portionē vltimi filij morientis ex illis verbis: z tunc posset procedere qđ s. in contrarium allegaui qđ ipsis filijs primi morientis vocatis ad substitutionem postea decedentibus sine liberis diceret cōditio extare in persona vltimi morientis: sed in casu nostro filia ipsius Astulfi nunq̄ fuit vocata ad substitutionem: q2 qñ primus filius mortuus est sine liberis supererat Astulfus q eā precedebat. C. de verb. sig. l. fi. igitur dicta filia Astulfi nō pōt comprehendi in illo verbo generali scilz omnibus autem predictis zc. q2 supra non fecerat mentionē nisi de filijs institutis z de filiorum filijs substitutis in dictum casum: prefata vero filia Astulfi nunq̄ fuit substituta: ergo de illa nō potest itelligi. vnde non est verum qđ dicatur extitisse cōditio in persona vltimi morientis cum tunc illud procedat qñ vltimo moriens venerat ad dispositionem testatoris qđ hic non est: cōcludo ego dictam conditionem defectam z fideicom. non deberi.

3 ¶ † Sup tertio z vltimo dubio satis hesitaui q2 negari nō pōt quin auia paterna fuerit coniuncta illi puelle de cuius hereditate agitur ex latere patris z p patrē z quin esset infra gradum quartum: z sic in ea verificari videntur verba statuti excludentis matrē: ergo z statuti dispositio sicut econtra. vbi non habēt locum verba legis nec eius dispositio. ff. de dam. infec. l. iiij. §. totiens. de aqua quoti. z esti. l. j. §. loquitur. de iurepa. l. adigere. §. quāuis. de do. inter vi. z vxo. cūz hic status. §. si sponsus. de accu. l. hos accusare. §. omnibus. si quis cau. si quis seruuz. Nec ob. qđ dicta domina est mulier. ar. C. de legi. here. l. lege. xij. Item non ob. qđ non est agnata q2 statutum hoc non requirit: sed φ sit coniuncta. Item non ob. φ masculinū genus non concipit femininuz in materia odiosa: q2 negari non potest φ dictum statutum ex parte coniunctorum per lineam paternam non contineat fauorem z principaliter propter eorum fauorem moti fuerunt statuentes non propter odium matris q2 nō erat digna odio: z sic potest dici statutum simpliciter fauorabile inspecta principali intentione. l. si qs nec causam. ff. si cer. pet. cū ibi no. z. l. qui. ff. de condi. inde. vel saltem respectu dictorū cōiunctorum: igitur quo ad eos masculinū debet concipere femininum: vt in statuto. s. relato. z qđ not. in. l. ij. C. de in ius vo. Item non ob. qđ statutum est durum auferens luctuosaz hereditatem filij q2 nihilominus seruandum. l. prosperit. ff. qui z a quibus. Itē non ob. qđ exclusa fuisset hec auia materna ab hereditate astulfi filij sui: fortius dz excludi ab hereditate neptis ne potentius sit ius in causato φ in causa: q2 termini non sunt pares. nam ab hereditate Astulfi fuisset exclusa si habuisset cōcurrere cū consanguineis Astulfi ex latere sui patris maritiq3 dicte auie z simul si cū illis haberet hodie contendere sup hereditate dicte neptis excluderet ab eis: q2 si illi potentes fuerunt eam excludere ab hereditate filij fortius ab hereditate neptis: z q2 in eis vigeret duplex vinculū coniunctionis ex latere paterno. nam attinuissent dicte nepti ex latere Astulfi patris. itez ex latere patris Astulfi. sed dicta auia soluz ex latere Astulfi z duo vincula vincunt vnum. l. ne in adoptiuis. C. de adop. sed in proposito ista auia nō contendit super hereditate istius neptis cū aliquo qui haberet eā excludere ab hereditate Astulfi: sed cuz matre ipsius neptis vxore Astulfi: ergo videt ipsa auia potior quia venit mediatē Astulfo z per ipsum Astulfum: qui Astulfus si viueret preferretur in hereditate dicte puelle matri ipsius puelle virtute dicti statuti Imolani: q2 cū preferat matri coniunctos ex linea paterna: fortius z patrez q2 propter qđ vnūquodq3 z illud magis: vt i auf. multo magis. C. de sa. san. eccle. igitur ipsa auia paterna debebit preferri matri mediante patre dicte puelle ex cuius persona venit vt sic plus cōsequatur in hereditate neptis mediante filio z eius persona φ consequeretur in hereditate filij per seipsam: nā z hic sumus in casu in quo nō fuisset exclusa ista auia ab hereditate Astulfi cū nō p ponatur subesse cōsanguineū ex parte patris Astulfi. Sic ergo sumo arg. per 2riū ab eo qđ. s. factū est: vicz si excluderetur ab hereditate Astulfi sui filij fortius ab hereditate neptis ex eo fateor istam: sed si ab illa nō excluderet: ergo nec ab ista: q2 correlatiuorum eadem dz esse disciplina. l. z si 3. ff. de vulg. z pupil. z. l. fi. de leg. iij. Sed nos sumus in casu in quo ab illa nō excluderetur: ergo nec ab ista. In 2riū facit: q2 fm hoc etiam frater vel soror istius auie paterne deberet preferri dicte matri q2 in eo vel ea vigent omnes rōnes de quibus supra qđ videtur satis absurdum z inhumanū. Et ideo puto qđ dictum statutū dum loquitur de cōiunctis ex linea paterna debet stricte intelligi de talibus coniunctis q sint agnati: q2 fauore agnationis censet factum dictum statutū vt cōseruetur. per ea que no. C. de adul. l. publice. p Cy. z per Bar. in. l. liberorū. de ver. signi. potissime vt effugiamus dictā absurditatē z vt habeat in se aliquā rōnē que alia nō potest assignari ergo pro expressa habet: vt no. gl. in. l. quis. C. de fideicom. potissime etiam q2 statutuz non dicit de coniunctis ex latere patris seu per partem: sed dicit p lineā
4 paternam † φ verbum linea[a] strictius est φ verbū latere vel la
a tus: q2 significat ordinem plurium personarū per eundem sanguinem attinentium. Sed latius potest in vna tantuz persona verificari: vnde non dicitur linea paterna nisi illa in qua sunt attinentes patri per masculos sicut nec agnatio. l. iuris gē. §. parentes. ff. de gradi. dicta ergo auia erat bñ cōiuncta dicte nepti ex latere paterno z per patrem: non tñ erat de linea paterna: q2 paterna linea erat proprie illa in qua erant attinētes ipsi patri per masculinum sexum non qui matrē per eius eandēq3 auiā. vnde istud verbum linea multum mihi aufert de dubitatione que plus adesset si diceret per latus vel latere. Concludo ergo cum alijs doctoribus excellentissimis dictam matrē preferēdā auie paterne predicte in successione dicte puelle cuz ipsa nō sit agnata: vt est tex. expressus in. §. item vetustas. insti. de heredi. ab intesta. z p 2sequens non est de linea paterna. z sic rationes supra facte in 2rium nō vendicant locum. Laus deo.

a ¶ Linea. Quid aūt sit linea: et quotuplex: z quō itelligat: z q dicantur de linea. vide Bal. in cōsi. cccxxj. i. j. pte. z i cōsi. cccxxxiiij. in. iij. pte. et in cōsi. ccclvij. in iij. parte.

¶ Consilium. cxij.

1 ☞ Ex hoc consilio elicitur de quadam renuntiatione facta tempore contractus cōductionis que fm statuta debebat fieri coram consulibus finita locatione.

2 Et ponitur quādo quis renuntiare possit iuri acquisito vel in ipso actu acquirendi quo ad se z tertium.

3 Et an minor z ecclesia acquirendo possint apponere pactū de retrouendendo.



In christi nomine amen.

1 ¶ † Uiso tenore suprascripti instrumenti z etiā alterius facti finito dicto quinquēnio pro alio quinquēnio quasi in eadē forma: q2 renuntiarūt dicti cōductores statutis sue artis loquentibus de intratura. Et presupposito φ prefati conductores vltra dicta duo quinquēnia steterint in eadez apotheca per annos. x. sciente z patiente locatore z heredibus eius z soluendo pensionem: non tamen fuit confectuz aliquod aliud instrumentum seu aliqua scriptura locatoris pro dictis x. annis. Queritur vtrum dicti cōductores acquisiuerint in dicta apotheca ius intrature adeo qđ nolendo soluere debitam pensionem non possint inuiti expelli. Et videtur dicenduz φ non obstante dicta renuntiatione. ff. de pactis. l. pactum inter heredem. C. e. l. si quis in conscriben. cum si. Et si dicatur dicta renuntiatio non valet quia non fuit facta coram consulib9 nec per eos approbata fm qđ requirit statutum artis post princ. in versi. ibi. z qđ nulla refutatio zc. videtur posse responderi φ statutum debeat intelligi quando conductor vellet renuntiare iuri intrature postq̄ illud acquisiuisset: hic autem renuntiauerunt isti anteq̄ illud acquirerent scilz tempore facte conductionis qđ facilius facere potuerunt. arg. ff. de pactis. l. finaūt dominicam. cum ibi no. z que in frau. cre. l. qđ autem. z si quid in frau. pa. l. j. §. vtrum. C. de acquiren. posses. l. fi. Item si dicatur qđ in. x. annis vltimis quibus tenuerūt sine instrumēto vel scriptura nulla interuenit renuntiatio. potest responderi qđ p illo tempore censentur reconduxisse cum eisdem pactis z renuntiationibus quibus prius. ff. locati. l. itē queritur. §. qui impleto. C. eo. titu. l. legem. in fi.

¶ His tñ non obstantibus dico 2rium: q2 dictum statutū vult φ nulla refutatio valeat nisi fuerit per cōsules approbata. vñ cum generaliter loquat debet generaliter intelligi taz de facta a principio tpe conductionis φ post. l. j. §. generaliter. de lega. pstā. de aleato. l. j. §. qđ ait. nā a quo remouet genus z quelibet eius species. C. de trāsac. si causa cognita. z ibi no. l. j. in fi. ff. de suis z legi. C. de vsuris rei iudi. l. fi. z ibi etiam no. Quinimmo videtur φ propter dictam renuntiationem z promissionez de restituendo z relaxando dictā apothecam finito dicto tēpore factā tpe finiti dicti istrī recepti etiā si postea facta fuisset corā

a ☞ Probet. Adde do. Pe. pbi.cor. in cōsi. cclxxxvi. icipiē. p̄ psentis. i littera. S. in iij. pte.

b ☞ Importat. Adde do. Pet. phi.cor. in cōsi. cx. incipiē. videtur. i lra. S. in j. pte. q̄ dictio vel circa. reddit dictū testis ambiguum.

consulibus non valeret tanq̄ facta metu conuentionis facte tempore locationis vt vult dictum statutū in versi. ⁊ qd supra dicit̄ de refutatis ⁊c. vbi colligitur manifeste recte ꝯsiderando q̄ si tēpore cōductionis cōductor se obligat ad eundē corā consulibus finito tempore ⁊ renuntiandum ibidem iuri intrature prout frequenter consueuit fieri qn̄ volunt qd nullū ius intrature acquiratur qꝛ locant ipsum de per se ab ipsa apotheca ⁊ faciunt conductorem promittere de veniendo coram consulibus ⁊ ibi renuntiando. Certe talis cautela non videtur prodesse sed potius nocere: qꝛ facit vt renuntiatio postea facta coram consulibus non valeat tanq̄ facta non sponte sed metu dicte conuentionis: per illum versi. ⁊ qd. s. Et si ita est ergo nec ipsa p̄missio de accedendo renuntiando coram consulibus valet. ar. ff. de spon. l. oratio. ergo p ꝯsequens nec ipsa renūtiatio facta tempore ꝯtus valet licet adhuc ius intrature nō sit acq̄sitū cū sit eadem ratio. Nec ob. l. sinautem dn̄icaꝫ. ff. de pac. cū ibi not. qꝛ ibi loquitur q̄tum ad faciendum preiudicium alteri q̄ paciscenti vel renūtianti quo casu maior est ratio qd possit a prin.
2 qꝛ tunc nullum ius est illi tertio acquisitum.† vnde possum renuntiare iuri mihi acquirēdo in preiudiciū tertij. s. ne illi acquratur: qꝛ non teneor illi acquirere si nolo: ⁊ hoc probāt iura. s. in ꝯrium alle. Sed post ius mihi acquisitum non possū illi renuntiare in preiudicium tertij cui etiā esset acquisitum ex persona mea. l. si partem. §. fi. ff. queādmo. serui. amit. ⁊ qd no. C. de pac. l. seruus. per glo. que facit differentiā inter acq̄sita ⁊ acquirenda. sed nos loquimur q̄tum apud iudicium fiendum ipsi renuntianti quo casu non est maior ratio ante q̄ post ius quesitū qꝛ regulariter vtroq̄ tēpore pōt. d. l. si q̄s in conscriben. cū si. Si ergo per statutū prohibet̄ q̄ nō possit in aliquo casu renuntiare iuri intrature: dico tale statutū debere intelligi tam ante ius predictum acquisitum q̄ post: cū non sit maior ratio post q̄ ante imo sit eadem ratio in vtroq̄ casu q̄tum ad eius preiudiciū. vnde sicut permissio de iure cōi qd renuntiare possit: pariter est in vtroq̄ casu ⁊ ex eadem rōne: ita ⁊ prohibitio statutaria pariter esse dꝫ vtroq̄ casu eadē ratione: p̄pter publicam em̄ vtilitatē videt̄ factū dictū statutū ne mysteriū artis impediatur: q̄ ratio viget in vtroq̄ casu. ⁊ pro hoc tex. q̄ probat optime in fi. ff. de rebus eo. l. ij. vbi sicut minor non potest obligare sine decreto rem imobilem postq̄ acquisiuit eius dn̄ium ita nec tempore acq̄sitionis dn̄ij potest. qd etiam no. Jo. and. in addi. Spe. tit. de pac. super rubrica. s.
3 † q̄ minor vel ecclesia non pōt tempore quo emit rem apponere pactum de retrouendēdo vel q̄ sit inempta certo casu sine solennitate requisita in tali alienatione. Preterea dicit̄ in facto qd dicti conductores intrauerant apothecam p. xv. dies ante dictū instrumentū ⁊ soluerūt certā summā illi conductori q̄ tunc erat ⁊ habebat ius intrare pro ipsa intratura: ⁊ sic censent̄ eam emisse ⁊ acq̄siuisse per simplicem ingressum. qd si sic est sequit̄ qd dicta renuntiatio facta in dicto instrumēto postea cōfecto fuit facta de iure acquisito ⁊ per cōsequens non valet ⁊ cessant allegata in cōtrariū. Concludo ergo dictos conductores acquisiuisse dictū ius non obstante dicta renuntiatione. Laus deo.

☞ Consilium. cxiij.

1 ☞ Ex hoc consilio elicitur q̄ probatio dominij deducta incidenter non est tam exacta sicut principaliter.
2 Et qualiter p̄bet̄ aditio hereditatis: ⁊ an p testes singulares.
3 Et tempus mortis non est de substantia cum agitur de hereditate mortui: ⁊. 4.
4 Et verbum vel circa prolatum a teste nil importat.

In christi nomine amen.

1 ☞ † Contra superius consulta posset q̄s obijcere q̄ hic non deducitur dominium illius domine principaliter in iudicium sed incidenter: ⁊ sic nō videtur requiri tam exacta probatio sicut qn̄ pricipaliter: vt no. in. l. sicuti. §. si queratur. ff. si seruitus vendice. per gl. ⁊ per Bar. in consilio qd incipit. visa accusatione damni dati. testes deponant qd viderūt talem dare damnū in tali re mea non reddendo aliam rōnem de dominio non probant intentionē meam. per not. per Inno. in. d. c. cū causam. de testi. ⁊ in Spe. de teste. §. nunc tractandū. ver. quid ergo si quis. licet dominium fuerit deductum in iudicium incidenter. Est tamen verū qd tunc sufficit probare possessionem de presenti: nō tamen de preterito: vt no. Bar. in. d. l. pe. Sed hic de possessione dicte domine quā habuisset in dictis rebus tempore mortis que q̄tum ad propositum dici poterat de presenti testes nihil deponunt licet dicant de illa que potuit esse ante tempus mortis: ⁊ sic non deponunt concludenter: debebant enim dicere qd tenuit ⁊ administrauit talia ⁊ talia bona que p̄fata domina tenebat ⁊ possidebat tempore sue mortis: ⁊ sic in hereditate eius remanserant: sed ex dictis eorū non apparet qd essent hereditaria nec q̄ in hereditate remanserint: ⁊ sic nil concludunt ad aditionem in qua requiritur qd quis se immisceat bonis in hereditate repertis. Item posset quis obijcere qd quando agitur de probando vnum: ex pluribꝰ ⁊ diuersis actibus resultat: lꝫ testes sint singulares in actibus: qꝛ vnus deponit de vno aliter de altero hoc non nocet q̄n id de
a quo q̄rit̄ probet̄[a] s̄m Inno. in. c. qualiter. de accu. ⁊ glo. in. l. ob carmen. §. fi. de test. sed hic agitur de probanda aditione here-
2 ditatis† que ex pluribus actibus resultat ⁊ taꝫ ex dictis q̄ ex factis q̄ ex nō factis: vt plene no. Bar. in. l. gerit. de acqui. here. ⁊ hic quilibet testis deponit de diuersis actibus ⁊ vēditionibꝰ: ergo ⁊c. Sed rn̄detur qd ad hoc vt resultet tūc probatio requiritur q̄ q̄libet illorum actuū de quo vnus tantū testis deponit esset sufficiens ad illud inducendum vel probandū si esset probatum per duos testes: tunc est verum q̄ singularitas testiū nō nocet. vnde in casu nostro si quilibet dictorū testiū diceret illud qd dicit secunda testis. s. Catherina: vꝫ qd qn̄ ille vendidit dixit se vendere vt heres vel qꝛ heres: lꝫ non essent cōtestes qꝛ deponerent de diuersis venditionibus ⁊ de diuersis assertionibꝰ fateor qd probarent: qꝛ illa verba simul ⁊ in vno acto prolata sufficerent ad inducendā aditionem si probarent p duos testes s̄m Bar. in. d. l. gerit. in. ij. col. ver. circa tertiū ⁊c. Sꝫ hic vnus tantum testis deponit de illis verbis prolatis in vna venditione: alij nihil dicunt de hoc lꝫ dicant de venditionibus diuersarum rerum quarum nulla sufficeret ad probandum aditionē etiam si per plures testes concordarent in idem eo qꝛ deficiunt in p̄bādo qd ille res essent hereditarie vel in hereditate reperte: vt. s. dictū est. Igitur ex oībus simul iunctis non resultat perfe-
3 cta p̄batio. ar. l. spadonē. §. qui multa iura. ff. de excu. tu. † Itē circa illud de tēpore mortis posset q̄s obijcere qd ille nō habebat necesse probare mortem contingentē magis vno tempore q̄ altero dūmodo probaret q̄ ante actus gestos per Petrum illa de cuius hereditate agitur esset mortua: tunc fatendū esset q̄ dicti testes non probarent certum ⁊ determinatum tēpus cū
4 inter se discordent† ⁊ illa dictio vel circa p̄lata a teste nihil im-
b portat[b] s̄m no. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. test. iunctis his q̄ no. in. l. matrem tuā. C. de proba. ff. de ope. no. nun. non solū. §. sed vt probari. Sed qꝛ vt dixi sufficit isti probare q̄ illa esset mortua tempore quo ille Petrus gessit dictos actus: ⁊ in hoc omnes testes videntur concordare qd erat mortua: licet discordent in quātitate temporis: qꝛ vnus dicit iam sunt. xvij. anni: alius iam sunt. xvj. vel circa: nō videtur hoc nocere qꝛ tempus predictum non est de substantia probationis. iuxta no. in. l. testium. C. de testi. ⁊. l. ob carmen. §. fi. ff. eo. ☞ Breuiter hoc dici posset si tamen de morte sufficienter deponerent. sed non sic est qꝛ solum narratiue loquuntur dicendo qd talis vendidit talē vestem matris sue defuncte ⁊c. ⁊ sic enunciando p̄pter aliud nō principaliter propter se. vnde nil videtur operari dicta verba. ar. l. ex his. C. de testa. mi. ⁊. l. non nudis. ⁊. l. non epistolis. cū ibi no. C. de proba. qꝛ non deponit per sensum suū qd illa esset tunc mortua ⁊ verba sua possunt intelligi dum dicit defuncte scilꝫ prout ille Petrus vel alij asserebant quo casu certū est q̄ non sufficeret: ergo nec nūc. ar. de p̄ba. c. in presentia. Preterea non fuit de morte articulatum ⁊ testes vt dicitur iurarunt dicere veritatē sup articulis tantū: ergo ⁊c. l. si duo. §. idem iulianus. cū ibi no. de iureiuran. Concludo ergo: vt. s. conclusū est p dn̄m Mellū. ☞ Et ita dico ⁊ ꝯsulo ego Paul. de ca. vtriusq̄ iuris doctor ⁊ ad fidē me subscripsi ⁊ sigillaui. Laus deo.

☞ Consilium. cxiiij.

1 ☞ Ex hoc cōsilio elicitur q̄ de appellatione interposita ad dominum non potest cognoscere eius vicarius absq̄ cōmissione vel nisi ita sit consuetum.
2 Et per habitationem domus cōmunis nec astando testatori inducitur aditio: sed per non aditionē heredis instituti admittitur institutus particulariter.
3 Et mater describendo in inuentario bona obuenta eius pupille videtur adire hereditatem delatam.
4 Et testator instituendo aliquem ⁊ eius heredes: filiam vero in re certa: nō videtur preposuisse heredes extraneos instituti filie sue: sed illo defuncto absq̄ filijs filia admittitur.
5 Et substitutio facta institutis in re certa pupillariter de instituto vniuersaliter: ipso decedente viua pupilla spem substitu. pupillaris non trāsmittit ad suos heredes: sed pupilla defuncta mater succedit: nec hꝫ locū hoc casu q̄ qn̄ spes pupillaris substitutiōis est coniuncta cum iure accrescendi trāsmittatur. ⁊. 6.
6 Verbum succedat est cōmune.

In christi nomine amen.

1 ☞ † Procedendo breuiter ⁊ cōclusiue sup quolibet dictorū q̄sitorū sup p̄mo vr̄ dicēdū qd lꝫ appellatio fuerit interposita

fuerit interposita ad ipsum dominum potuerit fieri prosecu-
tio corā generali vicario eius. per. l. precipimus. C. de appel.
vbi imposita appellatione ad imperatorē potest fieri prosecu
tio coram primatibus de quibus ibi qui loco vicariorū erūt: nec
debet expectari presentia imperatoris q̄ aliis occupatus cōmo
de interesse nō pōt: ita videt̄ hic. ⁊ sic specialis cōmissio nō vi-
debat̄ requiri. In ꝯ̃riū facit de tēpo. app. aut. sed lis. in fi. vbi
qn̄ appellat̄ ad principē nō currunt fatalia quousq̄ ipse prin
ceps faciat eam introduci a proceribus ſm morē dirimi: ⁊ sic
videt̄ requiri specialis cōmissio ⁊ anteq̄ non potest fieri prose-
cutio. ⁊ hec est ratio quare fatalia non currunt: q̄ non valenti
agere ⁊c. l. j. in fi. C. de annali excep. qđ non esset si sine speciali
cōmissione possent prosequi. ¶ Breuiter super hoc nō insisto
q̄ est questio magis facti q̄ iuris: oportet em̄ videre cōmissio
nem factam dicto vicario: an ad hoc extendat̄ vel nō vel an de
talibus consueuerit cognoscere sciente ⁊ patiēte domino q̄ vi-
dent̄ eū ad hoc proposuisse. ff. qđ cum eo. l. fi. de exerci. l. j. §. ma
gistrum. vel an partes ꝓrogauerint iurisditionē vicarii in hoc.
C. de iurisdi. om. iud. l. j. Cessantibus autem istis videtur q̄ in
dubio generales vicariatus al's locum tenentia se ad hoc nō ex
tendant scilicet vt de causis appellationum interpositarū ad
ipsum tantum dominū possint se intromittere sine speciali cō-
missione. per. c. studuisti. de offi. deleg. ⁊ de accu. ad petitionē.
per que tenet Abb. in. c. ij. de offi. vica. libr. vj. q̄ generalis vi-
carius episcopi virtute dicti vicariatus ⁊ generalis mandati
dūtaxat non possit cognoscere de causis appellationum inter-
positarum a delegato episcopi ad ipsum episcopū: quasi talia
tanq̄ specialiter reseruata censeant̄. de offi. deleg. qđ translatū.
cum ibi no. sunt enim meri imperii cause appellationū ideo in
generali demandatione non veniunt. ff. de offi. eius cui māda.
2 est iur. l. j. in princi. iuncta aut. ad hoc. C. de iudi. ¶ † Sup scđo
quesito clarum est q̄ ex sola presentia tempore testamēti nō in-
ducitur aditio pro tunc: q̄ nec fieri pōt cum testator adhuc vi-
uat: nec etiam inducitur ex postfacto per illam solam p̄sentiā
que non pōt ex postfacto inducere illud qđ a prin. nō induxit.
ar. l. serui ⁊ filii. circa princi. ff. de fur. ⁊ de regu. iu. qđ ab initio.
Paucitas aūt dierum q̄bus superuixit Barnabeus heres in
stitutus testatori nihil facit ad factū q̄ potuisset vno momen
to adire: cū in nuda voluntate ꝯsistat. l. si auia. C. de iure deli.
Nec ex eo q̄ habitauerit domū cōmunem inducitur similiter
a aditio[a]. l. duo fratres. de acqui. here. ⁊ pridie super hoc ꝯsului.
Per alia vero nō video probatam aditionē dicti Barnabei.
Ex quo sequit̄ qđ hereditas Frācisci in qua Barnabeus erat
institutus vniuersaliter per non aditionē eius accreuit filie di
cti Francisci ⁊ dicte bartholomee q̄ fuerat instituta in re certa
⁊ supererat tēpore mortis Barnabei. ſm ea q̄ no. i. l. quotiēs.
3 C. de here. insti. † Et si mater dicte Bartholomee tunc īfantis
acceptauit tutelā eius ⁊ bona dicti Frācisci in īuentario tanq̄
illius censetur cā adiuisse qđ potuit. C. de iure delib. si infanti.
iuncta. d. l. si auia. ⁊ sic ꝑtinet ad heredes dicte bartholomee. q̄
autē sint eius heredes. j. patebit. Et posito q̄ hoc non fecisset
accreuit sibi ignorāti ⁊ inuito si acceptauerat suā institutionē
factā de re certa. ff. de acq. here. si q̄s heres. C. de īpu. ⁊ aliis sub
4 stitu. l. testō. † Nec ob. predictis q̄ Fran. instituit vniuersaliter
barnabeū ⁊ eius heredes ꝑ qđ vltimū verbū videt̄ q̄ barnabeo
decedēte nō adita hereditate nō accreuerit dicte Bartho. in-
stitute in re certa: sed fuerit locus institutioni facte de heredibꝰ
Barnabei q̄ lʒ facta fuerit copulatiue intelligit̄ tn̄ ordine suc-
cessiuo scilʒ si locus nō fuerit īstitutioni de barnabeo. l. gallus.
§. j. cū ibi no. ff. de lib. ⁊ posth. Sicq̄ tn̄ heredes barnabei sint
ipsa dn̄a Margareta ⁊ bartholomea vt infra dicā videtur q̄
ad quālibet earū fuerit deuoluta ꝓ dimidia ex dicta institutio
ne facta de heredibus Barnabei q̄ loco substitutionis vulga-
ris habet̄: non aūt ad solā Bartholomeā ꝑ ius accre. q̄ substi-
tutio vulgaris qualis ista reputat̄ p̄fert̄ iuri accre. l. ij. §. si duo.
ff. de secū. tab. C. de fideicō. aut. hoc amplius. Nā r̄ndet̄ q̄ q̄tum
ad hoc sine dubio institutio facta de heredibꝰ Barnabei dʒ re
stringi ad filios ipsiꝰ barnabei q̄ interdū appellatione heredis
nūcupant̄. l. ex facto. §. si. cū ibi not. ff. ad treb. nō aūt dʒ ītelligi
de extraneis heredibꝰ eius al's cēseret̄ absurdū q̄ plus censere
tur testator dilexisse extraneos heredes barnabei q̄ ꝓprias fi-
lias quas vniuersaliter nō instituit si tales extraneos heredes
cēseret̄ īstituisse vel substituisse qđ nō est dicendū. ar. C. de fidei
com. l. cū acutissimi. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. l. cū auus. ⁊ ar. eiꝰ qđ no.
Bar. in. l. gallus. §. nūc de leg. v̄. etiā. ff. de lib. ⁊ posth. sʒ filios
barnabei bn̄ cēset̄ plus dilexisse q̄ filias ꝓprias. nec est incōue-
niēs q̄ quā charitatē habuit ad Barnabeū vt ipsū p̄tulerit ꝓ
ꝓpriis filiabꝰ in vniuersali institutione eandē ordinata affectiōe
censet̄ habuisse ad filios Barnabei q̄ cēsent̄ eadē ꝑsona cū eo.
l. fi. C. de ipu. ⁊ aliis sub. ex quo instituit heredes Barnabei: vt

sic illud v̄bū heredes restringat̄ ad filios in q̄bus non est tanta
absurditas vt censeat̄ eos p̄dilexisse filiabꝰ ꝓpriis sicut esset in
extraneis heredibꝰ eius. ar. eorū q̄ no. Bart. in. d. l. cū acutissi-
mi. Ex q̄bus infero q̄ cū Barnabeus decesserit sine filiis ⁊ sic
cū extraneis heredibꝰ nō fuit locus īstitutioni facte de heredibꝰ
eiꝰ: ⁊ ꝑ ꝯsequens remanet ꝯclusio: de q̄. s. scʒ qđ tota hereditas
Frācisci ꝑ mortē Barnabei ꝯtingētē hereditate nō adita fuit
deuoluta ad dictā bartholomeā filiā dicti Frācisci īstitutā in
re certa ꝑ ius accre. si talis īstitutio in re certa ꝑ ipsā Bartho-
lomeam vel per eius matrē suā tutricē fuit agnita vt dictū est.
¶ Sup tertio q̄sito dicendum est q̄ de iure cōi hereditas dicti
barnabei fuit ab ītestato deuoluta pariter ad Margaretā eiꝰ
sororē vtrinq̄ ꝯiunctā ⁊ ad bartholomeā filiā fratris vtrinq̄
ꝯiuncti q̄ lʒ sit in tertio gradu admittit̄ cū sorore defuncti q̄ est
in scđo. C. de legi. heredi. aut. cessante. ⁊ hoc si aliud statutū nō
ob. Nec ob. qđ dicte Margarete fuit factum legatum per Fran
ciscum ⁊ fuit dotata ⁊c. q̄ hoc posset operari quo ad heredita
tem dicti Barnabei de qua presentialiter agimus.
¶ Super quarto dico q̄ dicta dn̄a Letitia videt̄ adiuisse here
ditatē Barnabei q̄ Bartholomea filia sua īfante ponendo in
inuētario bona q̄ fuerūt dicti Barnabei ex quo erat eiꝰ tutrix
⁊ poterat ꝓ ea adire. l. si īfanti. C. de iu. deli. ⁊ aditio cōsistit in
nuda volūtate ⁊ cēset̄ facta cū q̄s disponit de rebꝰ hereditariis
tanq̄ de propriis. l. si auia. eo. ti. ⁊. l. gerit. de acqui. here.
5 ¶ † Sup quinto in quo vertit̄ maior dubitatio: videt̄ dicēdū
q̄ hereditas dicte Bartholomee fuerit delata virtute substitu
tionis pupillaris ad solā Margaretā eius amitā tali rōne. Cō
stat enim q̄ lʒ Frāciscus substituerit filiabꝰ suis dictū Barna
beū in re certa: vʒ. ī residuo dotis si decesserint in pupillari eta-
te: tn̄ dicta substitutio cēset̄ fuisse pupillaris ⁊ trahit̄ ad vniuer
sa bona. casus est in. l. coheredes. §. si. de vulg. ⁊ pupil. ſm vnā
lec. sicut insti. in re certa. l. j. §. si ex fundo. ff. de here. insti. Itē cō
stat qđ qn̄ substitutio pupillaris est coniuncta cum iure accre.
spes ipsius substitutionis videt̄ ad heredē trāsmitti. l. q̄ patri.
ff. de acq. here. sed regulariter secus. l. sed si plures. e. ti. sed hec
erat cōiuncta q̄ Bartholomea fuit instituta in re certa: vnde
ipsa repudiante viuo Barnabeo: igit̄ Barnabeus spem dicte
substitutionis ad heredes suos non trāsmisit: vt. d. l. qui patri.
Heredes autem eius erāt dicta Margareta ⁊ Bartholomea:
vt. s. dixi. vnde cum Bartholomea sibiipsi non possit succede-
re totū videt̄ per ius accre. vel nō decrescendi ꝑtinere ad Mar
garetam. ar. ff. de leg. j. plane. §. si duobus. Et sic etiam si non
fuisset facta mentio de heredibus Barnabei videt̄ dicta Mar
gareta ex iure transmisso succedere p. d. l. qui patri. Itē posito
q̄ predicta cessarent saltem ex propria persona ⁊ tanq̄ substitu
ta videt̄ admittenda inquātū fuerunt substituti heredes: licet
enim ipsa sit extranea tn̄ heredum appellatione videt̄ contine
ri. l. sciendū. ff. de v̄b. sig. C. de leg. l. in annalibus. Cōtrariū tn̄
videt̄ verius scilʒ q̄ hereditas dicte Bartholomee ꝑtineat ad
Letitiā matrē eius ab inte. ⁊ qđ nō fuerit locus dicte substitu-
tioni pupillari postq̄ Barnabeus substitutꝰ decessit viuente di
cta pupilla: ⁊ sic expirauit substitutio. l. q̄ habebat. ff. de vulg. ⁊
pupil. ⁊. l. sʒ si plures. in p̄n. de suis ⁊ legi. l. si ex pluribus. Nec
ob. l. q̄ patri. de acqui. here. q̄ illud ꝓcederet si dictus Barna
beus adiuisset hereditatē Frācisci quo casu fuisset obligatꝰ ad
acceptandū pupillarē. l. quidam elogio. C. de iure delibe. ⁊ in
hoc cōsistit ratio illius. l. qui patri. Sed hic presupponitur q̄
non adiuit: ⁊ sic cessat ratio illius. l. Itē loquit̄ illa. l. qn̄ est con
iuncta cum iure accrescendi sup vniuersali institutione: sed hic
nō ita est q̄ dicta Bartholomea fuit instituta in re certa: vn̄ si
repudiasset non diceret̄ proprie accrescere sed apud grauatum
remanere sicut quodlibet particulare legatū. C. de cad. tol. §. ꝓ
scđo. cū si. cui legato talis institutio cōparat̄ p̄terq̄ ad remouē
dū nullitatē testamēti: vt. l. quotiēs. C. de here. insti. ⁊ no. in. l.
si q̄s in p̄ore. ff. ad treb. cessat ergo rō illiꝰ. l. q̄ p̄ri. q̄ ꝯsistit in na
tura iuris accrescēdi q̄ accrescit īuito ne q̄s decidat ꝓ ꝑte testa
tus ⁊ ꝓ ꝑte ītestatꝰ: qđ hic locū nō habebat de īstitutiōe bartho
lomee facta ī re certa: nā si repudiasset nō cogebat̄ barnabeus
inuitus acceptare: q̄ nō poterat seq̄ illud incōueniēs. Ex q̄bꝰ
infero q̄ dictꝰ barnabeus spem dicte substōnis nō trāsmisit ad
suos heredes virtute. d. l. q̄ p̄ri. q̄ cessant hic rōnes illius. l. nec
dicti heredes possent venire ex iure trāsmisso: sʒ ⁊ posito q̄ pos
sent non tn̄ ex capite substōnis sed iuris accrescendi: vt ibi no.
¶ Nunc est videndū an dicta Margareta possit venire ex sua
ꝓpria ꝑsona ⁊ ex substitutiōe facta de heredibꝰ barnabei. Ad
qđ r̄ndeo q̄ nō: nam vt. s. dixi inquātū testator instituit Bar-
nabeū ⁊ eius heredes: illud verbū heredes necessario restringit̄
ad filios Barnabei quos eadē charitate qua p̄ri p̄dilexit filia-
bus ꝓpriis dicti testatoris. nō aūt extēdit̄ ad extraneos here-
des Barnabei ne eos plus q̄ proprias filias quas nō instituit

a ¶ Aditio. Adde. d. Pet. phi. cor. in cōsi. cliij. inci. ī hac. ī littera. A. B. ⁊. C. in. iiij. pte. vbi loquit̄ de filio. de quo etiā Bal. in cōsi. ccvij. in. j. parte.

vniuersaliter dilexisse videatur per iura que .s. alleg. Et si ita
est qd restringat eius significatus in ipsa institutione debet eo
dem modo restringi in substitutione quoniã illos cẽset vocasse
ad substitutionẽ & ad hereditatẽ filiarũ suarũ quas vocauit ad
suã. l. q liberis. §. hec verba. de vulg. & pupil. & q2 vna particu
la ex altera declarat. l. q filiabus. & l. si seruus. §. fi. de lega. j. &
ne fiat diuisio volũtatis. l. eũ q. §. pe. de his qbus vt indignis.
Et ista iterpretatio iustior est ꝙ auferre matri luctuosam here
ditatẽ filie. l. fi. C. de iusti. & substi. sub ↄditione fa. al's seqretur
qd qcunqȝ & ꝙtũcunqȝ extraneus fuisset institutus barnabeo
pferret matri qd nõ est psumendũ testatorẽ voluisse q ad tales
nõ censet habuisse affectionem. ¶ Ulterius posito qd pdicta
cessarent & ꝙ dicta Margareta admitteret virtute substitutio
nis nõ est verũ ꝙ dicta substitutio sit pupillaris & qd trahat ad
omnia bona impuberis lȝ facta fuerit in re certa. Nã illud pro
cederet si facta fuisset per verba directa & ciuilia: puta sit heres
vel instituo. & ita itelligit. d. l. coheredi. §. fi. secus si p vba cõ
munia vel nõ ciuilia: q2 talia adiecta rei singulari nõ importãt
vniuersalẽ institutionẽ. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad treb. ita de
terminat bar. in. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. in. j. q. princi. in
quarta tractat cõpendiosa facta p verba directa. questio est pe.
in ver. qd si testator substituit aliquẽ cõpẽdiose directe in certa
portiõe &c. Sed hic nõ fuit vsus verbis directis & ciuilibus: sȝ
magis cõi scilȝ succedet: vt ptȝ ex tenore substitutiõis. iuncto
6 eo qd no. Bar. in. d. l. centurio. añ fi. vbi dicit † dictũ vbũ succe
a dat esse cõe nõ directũ.[a] facit. c. si pater. de testa. lib. vj. ¶ Ex
quibus seqtur ꝙ residuum tantum dotis admitteret: posito ꝙ
tanꝙ substituta posset venire vel iure trãsmisso vel ex ppria sub
stitutione facta de heredib9 barnabei: quorũ tñ neutrũ verũ est:
vt. s. dixi. ¶ Et sic cõcludit hereditatẽ dicte bartholomee per
tinere ad eius matrẽ ab ĩte. tanꝙ defecta pupillari substi. In q
hereditate reperiet mater hereditatẽ totã Frãcisci patris bar
tholomee. Itẽ dimidiã hereditatis barnabei. Sed in heredi
tatib9 Frãcisci & barnabei repiet hereditatem ser Ioãnis primi
testatoris p portionib9 ↄtingentib9 qd facile est dignoscere iõ
omitto. ¶ Et ex his etiã apparet an snĩa dicti iudicis appel.
fuerit iniusta vel nõ. qd est vltimũ quesitũ. ¶ An aũt sit nulla
ex eo qd nõ seruauit tẽpus statuti: hoc stat in facto scilȝ an dñs
terre vel eius vicarius sit subiectus statutis dicte terre sup quo
plenius vellem informari. Laus deo.

a ¶ Nõ directũ. Uide bal. i ↄsil. cccclxiiij. in. v. parte. & oino. d. Pe. phi. cor. in cõsil. xciiij. inci. dñs. in subscriptione. in pn. & in littera. E. i. j. parte. & in cõsi. cx. inci lȝ. in lr̃a B. & G. in. iiij. parte.

¶ Consilium. cxv.

referri: cū ibi loquatur qn̄ subfuit impedimentum qd̄ h3 excusare a pena in quo terminus anni nullo modo cōgruit: eo q2 non dicitur ibi ꝙ impedimentū h3 allegare: sed solum dicitur ꝙ si extat excusat. sed prin. §. bene cōgruit: q2 ibi dicit ꝙ debet petere tuto. confestim. i. statim cum primum potest: sed ne qs crederet ꝙ eoipso ꝙ potuit ⁊ non fecit sit in perfecta mora: subdit postea in ver. ita tñ. ꝙ non permittat annum trāsire: q2 tūc bn̄ esset in mora. Negligentia ergo precedens l3 sit culpabilis: q2 mater sedulum officium impendere debet ⁊ nullo tempore esse negligens: non tñ adeo ꝙ constituat eam in mora nisi annus transiuerit. Et si aliter diceretur sequeret ꝙ negligentia vnius vel duorum dierum post lapsum quinquaginta dierum redderet eam indignam: licet superessent adhuc mēses octo de anno nec sibi prodesset moram purgare etiā si in tertio mense peteret aut assumeret tutelam sicut non posset eam purgare post annū tenendo aliā opi. ꝙ detur annus: q2 tantū deberet operari mora vnius diei solius si infra illum diem potuisset cōmode ⁊ nō fecisset tenēdo opi. Bar. ꝙ tuz mora totius anni ⁊ eius elapsus tenendo aliam opi. istud esset extra omnem discretionē ⁊ rationem naturalē: ꝙ pro taz modica negligentia ita inhumaniter puniretur. Et multe dubitationes ⁊ altercationes orirentur in videndo ⁊ ostendendo an cōmode potuit vel nō. vnde nō fuisset vtilis prouisio legis ponere rem ⁊ priuationē istam in causa ita incerta ⁊ dubia scilicet si potuit cōmode ⁊ non fecit nulluz tēpus ad hoc prefigēdo. Prefata ergo opi. Bart. tanꝙ nimis rigida ⁊ inhumana ⁊ inducens altercationes ⁊ dubitationes vel dubietates nō est amplectāda: sed altera potius quā tenet Bal. ⁊ Ang. cū sit magis ꝯgrua textibus ⁊ equitati: ⁊ nihil est ꝙ ei repugnet nisi illud verbum confestim ad qd̄ pōt cōmode ⁊ apte respōderi fm̄ qd̄. s̄. dixi. vt illud limitet per ver. si ita tñ. ⁊ non aūt econuerso prout Bar. videtur intelligere dum dicit ꝙ illud qd̄ dicit insti. eo. §. fi. ꝙ mater d3 petere infra annū debet intelligi fm̄. §. cōfestim. sc3 dūmodo confestim ⁊ cum primum pōt: nā si esset in mora statim cū potuit ⁊ non fecit ⁊ non posset mora purgari. Ad quid superfluo diceret lex ꝙ infra annū nō video: aut si dicat ꝙ illa sit quedam monitio: non aūt ꝙ constituat in mora habeo intentum. Posset quis dicere sustinendo Bar. ꝙ sit in mora statim cū potuit ⁊ nō fecit ⁊ ꝙ statim incurrat penā: ⁊ ita intelligatur principiū illius. §. confestim. Uerūtamen possit morā purgare ⁊ euitare penā infra eundē annuz: postea non: ⁊ ita intelligat ver. ita tñ. ⁊ ita reperio Bal. dixisse in quodā cōsilio. Et fm̄ hoc si infra tempus quo potuit mora purgari fuisset impedita purgare tale impedimentū nō faceret eam penā euitare nec morā habere pro purgata p. l. notabilem. C. de fideiuss. l. sancimus. l3 si aň morā cōtractum fuisset impedimentū impediret eā scilicet morā contrahi. Et ita loquitur versi. nisi forte. in eo. §. ¶ Breuiter posito ꝙ iste itellectus posset dari: attñ adhuc dico ꝙ si infra tēpus quo poterat mora purgari superuenisset impedimentū ꝑpter mortē pupil. prout fuit in casu nostro: q2 mortua ante lapsum anni tale impedimētum facit moram haberi pro purgata ⁊ ꝙ nihil sit imputandū matri. vt est casus in. d. §. cōfestim. in fi. referendo ipsum ad. v̄. proxime precedentem. ita tñ ⁊c. Nā si illū ver. ita tñ. volumus intelligere modo ꝑdicto videl3 ꝙ annus de quo ibi det ad purgandum moram de qua locutus fuit in prin. sequit statiz limitatio in fi. dum dicit. si enim mortalitate ⁊c. ꝙ si infra dictū annum ⁊ tempus quo poterat purgare fuerit preuenta mortalitate filij nil ei sit imputanduz nec noceat mora preterita. Et hoc ne priuetur luctuosa hereditate ⁊c. C. de insti. ⁊ substi. l. fi. licet tale impedimentuz mortis al's superueniens infra tēpus quo posset mora purgari non faciat eam haberi pro purgata. vt in d. l. sancimus. Sed hic secus ratione predicta: ⁊ in alio impedimento ꝙ mortis pupil. etiaz in casu nostro esset forte secus: al's mora contracta nullius esset effect⁹. Sed de impedimento mortis cauetur ibi expresse ꝙ excuset. Unum aliud est qd̄ facit pro Bar. ⁊ cōtra dictam opi. s. l. ij. ver. ꝙ si cū pregnās. ff. ad tertu. vbi punit mater pregnans si nō petit curatorem dari bonis: ⁊ sic patet ꝙ nō h3 integrū annum sed certe pōt retorqueri cōtra Bar. q2 ibi nō dicit ꝙ statim ⁊ cū primū pōt: ⁊ sic totuz tēpus quo est pregnans videt habere: ⁊ ideo nō h3 annum: q2 nō pōt p annū integrū esse pregnans. Uel subtilius posito ꝙ illa que remansit pregnās teneat statim cū primuz pōt petere cura. bonis ⁊ ꝙ al's statim esset in mora istud esset ideo q2 si aliud diceretur posset datio cura. de qua ibi loquitur esse inutilis vt si differret vsq3 ad diē partus. naz partu nato desineret talis curator: q2 locus esset tutoris dationi. l. cura. de tuto. ⁊ cur. da. ab his. Sed non sic est in iam nato. Nam posito ꝙ mater differret vsq3 ad petēdū tutorē vel tutelā assumere: nō tñ esset datio ⁊ assumptio inutilis: q2 durare debet vsq3 ad pubertatem: ⁊ ideo nō dicitur in mora statim cum potest petere aut assumere: ⁊ nō facit posito ꝙ in pregnante non petente cura. bonis statim cum pōt dici possit ꝙ sit in mora ratione ꝑdicta: q2 si aliud diceret posset differre vsq3 ad diē partus ad faciēdū dari: ⁊ tūc datio redderet statim inutilis nato partu. ¶ Alia ergo rō reformat pactum in illo. §. ꝙ si cum pregnans. l3 Bal. non videns solutionem miret ꝙ ad petendum tuto. iaz nato detur integer annus: sed ad petendum cura. bonis partu nondum nato non dat integer annus: vt ipse no. ⁊ nō soluit nec rōnem diuersitatis assignat in. d. l. matres. C. ad tertul. Sed rō est illa quaz dixi. Recolligēdo ergo ⁊ concludēdo dico ꝙ tres sunt casus principa. Nam interdū mater est negligens toto ⁊ integro anno. Et clarū est fm̄ omnes ꝙ priuat hereditate[a]. l. ij. §. si mater. ad tertu. Interdū toto āno ⁊ integro fuit impedita petere per se vel aliū ⁊ tūc non priuat. e. l. §. sed si forte absens. ⁊ in. §. cōfestim. ver. nisi forte. ⁊ no. in. l. matres. C. ad tertu. in glo. ⁊ per Bart. in. l. ij. q petāt tuto. in q̄one ibi disputata que incipit. pupil. in sol. q. ibi. qd̄ itelligo nisi excusent ⁊c. Et hoc puto verū vt dixi etiā si infra dictum annū dictū impedimentū nō allegauit: l3 bar. in. §. cōfestim. dicat ꝯriū ꝙ debebat allegare infra dictū annuz ⁊ ꝙ post non audit. Ego puto ꝙ si infra annum vellet allegare non posset: q2 esset sollicita de hereditate viuentis ⁊ sufficit ꝙ alleget ⁊ probet cū de hereditate aget: q2 sit mortuus impubes vt dixi. s̄. Interdū in aliqua parte anni fuit negligens in aliqua nō: sed impedita: tūc aut in vltia parte anni fuit negligēs sed in prima vel in scd̄a impedita: ⁊ tūc dicēdū est idē qd̄ in primo casu q2 vltima mora nocet ⁊ vltima pars anni est illa q̄ iterpellat. Aut ecōtra in prima ⁊ scd̄a parte anni fuit negligens in vltima vero impedita: ⁊ tunc siquidē impedimentuz causat ex negligentia ꝑterita q2 tantū se arctauit q2 postea cōmode non potuit ⁊ tunc adhuc idē q2 esset sibi imputanduz cur se actauit tantū vt impedimentū incideret. l. ij. §. si qs tñ. ff. si qs cautio. At illud impedimētū nō prouenit ex negligētia ꝑterita q2 nō tantū se arctauit qn superesset tantuz tēpus qd̄ sufficeret si aliud impedimentum cessaret. Et iste est casus noster: q2 posito ꝙ in casu nostro fuisset negligens per. viij. menses saltim in vltimis quattuor nō fuit negligēs imo impedita ⁊ preuenta mortalitate filie in quo casu dico ꝙ mater excusat a pena siue dicamus ꝙ annus dat sibi ad petendū tutorē ꝑut est rei veritas: q2 nō pōt dici morosa ratione negligētie ꝑterite ex quo vltima parte āni fuit impedita. p ea que no. Inno. Arcbi. ⁊ Joā. an. in locis. s̄. allega. Siue dicamus ꝙ statim cum potuit ⁊ non fecit fuit in mora fm̄ opi. Bart. ⁊ ꝙ annus detur ad eam purgandam fm̄ qd̄ Bal. videtur sentire in quodam consilio volendo sustinere Bart. quia postꝙ in casu nostro fuit impedita purgare propter mortem filie habetur pro purgata. vt. d. §. confestim. in fi. vbi casus. licet forte secus si ꝓpter aliud impedimētū vt ibi. licet in alio casu secus etiam cum per mortez: vt. d. l. sancimus. C. de fideius. Ex qbus cōcluditur in casu nostro pro matre vt non sit priuata portione statutaria. pro qua etiam faciunt que allegantur in puncto quia non videtur commode potuisse propter pestem: quia licet resideret curia in ciuitate nō reperiebantur homines quos posset procuratores constituere: aut petere tutores dari: ⁊ nō dicit posse ⁊c. l. ne proculo. de ver. signi. facit qd̄ no. in. l. ij. C. de resti. mili. in glo. ⁊ per Cy. Laus deo.

[a] ¶ Hereditate. Adde domi. Pet. phil. cor. i cōsil. xl. incipiē. circa. per totuz. in. iij. parte.

¶ Consilium. cxlviij.

1 ¶ Ex hoc consilio habes ꝙ si in conuentione facta inter aliquas partes reperiatur scriptum ꝙ Bindus teneatur reddere rationem de omnibus gestis per eum de quibuscunq3 negotijs Guidonis non tenetur de his que Guido habet cōmunia cum alijs socijs. ⁊. 2. ⁊. 3.

2 Mens ⁊ intentio contrahentium multis modis colligitur: ⁊ inter alia ex prefatione ⁊ ex causa loquendi seu ratione.

3 Libellus obscurus qn̄ possit per heredem declarari.



In christi nomine amen.

1 ¶ Uiso ⁊ examinato pācto suprascripto cum omnibus contentis in eo: punctus questionis consistit in videndo intellectum verborum compositionis ⁊ concordie facte inter dictas partes die. vj. mensis Augusti de qua supra in primo folio huius quinterni inquātū dicit in fine qd̄ dictus Bindus teneatur reddere dicto Guidoni rationem de gestis per euz de quibuscunq3 negotijs dicti Guidonis: q2 cū duplex fuerit gestio facta per dictum Bindum in ciuitate Uenetiarū vna de negotijs cōib⁹ Guidonis ⁊ Nicolai fratris sui ab āno M. ccccvj. vsq3 ad. ccccxj. altera de negotijs solius Guidonis seu q̄ cantabat in solū Guidonē q̄ icepit. in. M. ccccxiij. de qua gestione debeāt intelligi vba dicte ꝯcordie in fine: an de pria facta cōmuni noīe: an de scd̄a facta noīe Guidonis tantū: cuz de solo Guidone vel de negotijs solum Guidonis fiat ibi mētio.

¶ Potestas nāq3 dictorum rationeriorū a virtute dicte con-

cordie dependet cum fuerint assumpti pro executione ipsius. vnde illius tantum gestionis computa debent reuidere cuius rationem prefatus Bindus tenetur reddere ⁊ nõ alterius. Cũ ⁊ executor deputatus super sententia non debeat se extendere vltra vim sententie: al's diceretur moduz excedere ⁊ posset appellari. C. quorum appella. non reci. l. ab executore. secundo responso. Notandum est aũt ꝙ verba dubia conuentionis dĳudicantur restringuntur ⁊ ampliantur ƀm mentem contrahentium[a] qñ potest de ipsa constare etiã per extrinsecas coniecturas potius ꝙ̃ ƀm corticem verborum. ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus. cum ibi not. de verbo. signi. l. nepos proculo. cõmunia predio. l. si in venditiõe. in fi. ⁊ ibi no. in glo. no. causam verborũ ⁊c. C. que res pig. obli. pos. l. fi.
2 † Mens autem ⁊ intentio ꝯbentiũ plurib⁹ medĳs colligitur. Et inter alia ex prefatiõe. ff. de heredi. insti. l. fi. ad carbo. l. j. §. idẽ ait. Et ex causa loquendi seu ratione. extra de verbo. signi. c. intelligẽtia. ⁊ no. in. d. l. in venditione. in fi. in. d. gl. de leg. ĳ. cũ pater. §. dulcissimis. de leg. iĳ. l. nomen debitoris. §. fi. ⁊ ibi p Dy. Sed in dicta cõpositione vel ꝯcordia premittitur prefatio per modũ cause: videlicet ꝙ cũ ita sit ꝙ Bindus gesserit negotia Guidonis de manellis ⁊c. ⁊ non dicit taz sua propria ꝙ̃ etiã cõmunia ipsius ⁊ Nicolai fratris sed simpliciter Guidonis. vñ dico ꝙ illa verba partes videntur fuisse locute seu etiam notarius referẽs verba partium. l. optimam. cum ibi no. C. de contrahen. stipu. de negotĳs proprĳs ipsius Guidonis nõ autem de cõibus: eo qr pria dicũtur Guidonis simpliciter: ⁊ sic in potiori significatu: sed cõia dicũtur Guidonis ƀm qd ⁊ sic in significatu posteriori: ergo ⁊c. ff. de leg. iĳ. l. hoc legatũ. de auro ⁊ argen. leg. l. quintus. si ager vecti. l. j. §. qui in perpetuũ. Item ex eo quia gestio de proprĳs fuit posterior ⁊ recentior: vnde potius ad illã censetur babuisse respectum. arg. C. ne de statu defunc. si mater. in fi. ff. de ali. lega. l. mela. §. sed ⁊ si. Item qr maior est ratio presumendi ꝙ de illa tantum senserit ꝙ̃ de prima: qr hec secunda erat accensa in libris eorum. Sed prima erat ⁊ est vt proponiẗ in libris vtriusq̃ꝫ cancellata ⁊ etiã per litteras de q̃bus in puncto apparet ꝙ babeant eaz pro finita ⁊ absoluta: vnde non est credendum ꝙ ad ipsam habuerint respectuz postꝙ̃ verba possunt restringi ad secundam gestionem ⁊ in ea est maior ratio ꝙ̃ in prima. per no. in. d. l. semper in stipulatiõibus. ff. de reg. iur. Et qr non proponebatur ꝙ in calculatiõe ⁊ cancellatione prime interuenisset aliq̃s error. vnde non est credendum ꝙ̃ ab illa cancellatione ⁊ assumatione voluerint sine causa recedere cum nulla causa allegaretur. C. de erro. calcu. l. vnica. Postꝙ̃ igitur ita est ꝙ prefatio ⁊ causa assignata in dicta concordia propter quã deuenerunt ad eam loquaẗ ⁊ debet intelligi soluz de secunda gestione facta nomine proprio dicti Guidonis ⁊ non de prima facta noĩe cõi sui ⁊ fratris: sequitur ꝙ verba generalia posita in fi. dicte compositionis dum dicunt qd teneaẗ reddere rõnem de quibuscũq̃ꝫ negotĳs ⁊c. debent restringi ƀm precedẽtia scilicet de proprĳs negotĳs ipsius Guidonis: adeo ꝙ non cõmunis per. l. quotiens. C. fami. bercis. in fi. qr talia sunt subiecta ⁊c. l. nam qd. §. fin. de penu lega. de fun. instru. l. iĳ. in princ. facit. l. legatorũ. §. q plures. de leg. ĳ. ⁊. l. ita cũ. §. lucius. lo scdo. eo. titu. ꝙ̃ꝙ etiã ipsa causa compositiõis predicte licet videatnr generalis in quãtum dicit de quibuscũq̃ꝫ negotĳs ⁊c. tamen ex eo ꝙ statim subĳciẗ ipsius Guidonis ⁊c. satis restringi videtur vt ĩtelligatur de negotĳs Guidonis solius nõ autẽ cõmunibus. argu. c. cum in illis. in fi. cum sua glo. fi. de preben. lib. vj. ⁊. d. l. boc legatũ. s. allegate. Et sic generalitas dicti verbi quibuscunq̃ꝫ restringitur hic tam per precedentia ꝙ̃ per sequentia. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. j. cum simi. Sed cõtra predicta posset opponi de. l. si quis seruos. cũ concordan. ff. de leg. iĳ. vbi legãdo quis seruos suos censetur legasse etiã cões quatenus partem habet in eis non solũ illos qui ipsius solius sunt. So. ibi dispositio testatoris facta super seruis suis nõ tendebat in preiudiciuz alicuius si intelligeretur modo predicto. qr qd cõmune est meum est ꝙ̃tum ad dispositionem partis mee de qua possum disponere sine preiudicio cuiuscunq̃ꝫ legando donando vel vendendo partem meam. Sed in casu nostro dispositio ista. i. concordia si bene inspiciatur nõ fiebat de parte negotiorum tangentiuz Guidonẽ: sed fiebat super facto Bindi expediẽdo sup negotĳs Guidonis. i. sup reddenda ratione per Bindum de neg. Guidonis. Unde ꝙ intelligatur non solum de proprĳs sed etiã de cõibus inter Guidonẽ ⁊ fratrẽ: hoc tendit in p̃iudiciuz Bindi ⁊ eius vexationẽ qr interest sua sup illis cõibus non vexari: vnde debet restringi ad propria tantũ sicut qñ dispositio tenderet in preiudicium socĳ: qr tunc nõ intelligeret de cõibus sed de proprĳs: vt in. d. c. cũ in illis. in fi. ⁊ l. sabinus. ff. cõi diuidũ. ⁊ qd plene no. in. l. serui electione. §. j. ff. de leg. j. p doc.
3 † ⁊ qd etiã in similib⁹ diciẗ de libello obscuro

b dato per aliquẽ: qr põt declarari[b] per heredẽ nisi cum declaratio tendit in preiudicium alterius in. l. si q̃s a filio. §. si plures. cum ibi no. ff. de leg. j. l. idem pompo. scribit. §. pe. de rei ven. l. inter stipulantem. §. j. de verb. obli. Debet ergo assumi ille sensus de quo sensit promissor scilꝫ dictus Bindus: vt dicit gl. cuz tex. in. d. l. nepos proculo. ff. de verbo. signi. Preterea per hãc compositionẽ ⁊ cõcordiam non censeẗ Bindus renuntiasse alicui iuri suo vel exceptioni sibi cõpetenti sed solum se obligasse ad illud ad qd de iure tenebaẗ. Sed super prima administratione quesita erat sibi excep. p cassationem computi factam in libris vtriusq̃ꝫ partis ⁊ postea per litteras approbatã: quã excep. posset opponere coram iudice ordinario vel delegato: aut arbitris generaliter assumptis si super dicta administratione conueniret ⁊ posset agentẽ a limine iudicĳ repellere. arg. c. j. de lit. contesta. lib. vj. ergo ⁊ coram dictis rationerĳs generaliter assumptis qr debent intelligi assumpti super litibus non finitis nõ aũt super finitis. ar. C. de sacrosan. eccle. sancimus. in fi. de transa. l. causas vel lites. Ex predictis patet non obstare qd dicunt doct. in. l. si de certa. C. de transa. videlꝫ ꝙ licet qd esset de certa re ⁊ super ea fiat transac. põt tamen in ea fieri liberatio generalis ab oĩbus debitis ex quacũq̃ꝫ causa: qr istud est verum quando cõstat ꝙ partes ita voluerunt. ⁊ dicitur constare quando verba non possunt restringi salua ratione recti sermonis: ⁊ ita patet ex notatis ibi per Bar. Sed quãdo nõ constat vt est quando verba possunt restringi ad illã causaz de qua agebatur restringenda sunt vt ibi. ⁊ no. in. l. si ex maiore. p Pe. ⁊ Cy. C. de excep. ad qd etiam. l. si cum dies. §. plenuz. ff. de arbi. Sed in casu nostro possunt optime restringi ad negotia solius Guidonis de quibus supra facta fuerat mẽtio. Preterea super cõmunibus non apparet ꝙ Guido haberet mandatum a fratre vel heredibus fratris sui agendi vel aliquid faciendi ⁊ sic non poterat Guido aliquid facere de parte tangente fratrẽ suum vel eius beredem. ff. de iud. si petitor. Non ergo est presumendum sensisse Binduz de alĳs cõmunibus respectu petitionis tantum: ⁊ sic iterum a socio eius vel eius heredibus posset vexari. ar. ff. de excep. ne in plures. Ex quibus omnibus obmissis multis generalib⁹ que possent adduci: qr res clara mihi videtur attenta maxime dicta cancellatione librorum dicti cõputi ⁊ litteris hincinde missis: ⁊ attento qd super illo veteri cõputo nulla facta fuerat questio vel dubitatio tam de iure ꝙ̃ de equitate videtur mibi dictum Bindũ fouere iustitiã dictosq̃ꝫ rationerios nõ posse se ĩpedire de illa veteri rõne facta cõi nomine ⁊ cancellata: sed solũ sup noua ⁊ vltima. Laus deo.

Consilium. cxlix.

1 Hoc cõsilium ostendit ꝙ si legetur vsusfructus fundi alicui mulieri ⁊ deinde proprietas filĳs ex secundo viro nascituris: subiungendo: post mortem vero ipsius relinquo Berte ⁊ ipsa non extante eius filĳs: si extant filĳ ex secundo viro excluditur Berta. ⁊. 2.

2 Nomine filiorum quando veniat nepos.

In christi nomine amen.

1 † Clarum est ꝙ viuente domina Catherina domina Lucia vel eius filĳs nullum ius poterant pretendere super dicto podere ⁊ terreno cum illud fuerit eis legatum post mortem domine Catherine ⁊ sic erat legatũ conditionale ea viuente. l. quibus diebus. §. q̃dã titio. ⁊. l. j. ⁊. l. heres meus. de conditio. ⁊ demonstratio. ⁊ ante conditionis euentum legatarius nullum ius habet. l. legata sub conditione. ⁊. l. qui heredi. §. fi. eo. titu. Sed dicendum est ꝙ ea viuente proprietas fuerit filiorum dicte Catherine vel suorum heredũ ad quos trãsmiserunt. In vsufru. vero concurrebant dicta domina Catherina ⁊ eius filĳ vel eorum beredes: quia quando fundus relinquitur vni ⁊ vsusfru. eiusdem relinquitur alteri proprietas est illius solius cui relictus est fundus. Sed in vsufru. concurrunt ambo. ff. de vsufruc. leg. l. si alĳ. de vsufru. accrescen. l. iĳ. §. non solum. cum similibus. Sed bic vsusfr. relictus fuit domine Catherine: ⁊ si haberet filios ex alio marito legatum fuit eis dictũ podere qd tantum valet ꝙ̃tum verbum fundus. iuxta not. per Barto. in. l. j. de rebus dubĳs. ⁊. l. si ita. in fi. de auro ⁊ argen. lega. Nec ob. dubitatio suprascripti vltimi consultoris: scilicet ꝙ ex ipsa domina Catherina ⁊ Toscano non extiterunt filĳ: ⁊ sic videtur ꝙ conditio sub qua fuit sibi relictus vsusfruc. non extiterit: ⁊ per consequens ꝙ nec ad ipsam vsusfru. pertinuerit. l. iubemus. §. fi. C. ad trebel. quia dico ꝙ illa verba si ex ipsa domina Catherina ⁊ Toscano extaret filius ⁊c. non determinat precedẽtia: sed sequẽtia: videlicet nihil aliud eidem legatũ ⁊c. Fuit enim intentio testatoris relinquere dñe Catherine vsumfrucẗ. pure. Et si haberet filios siquidem ex dicto Toscano nihil aliud eidem legauit. Sed si ex alio tunc legabat illis filĳs dictum

a Cõtrahentium. Adde idẽ p Bal. in cõsil. ccccxvĳ. i. v. parte.

Additio.
b Quia põt declarari. Et qñ possit declarari libellus obscurus vel gñalis. Uide Philip. corne. in ꝯsi. xxvj. ĩcipi. ĩ hac cõsultatione. in v. col. v̇. ex bis etiaz ptꝫ. in. iĳ. vol. N. F.

dictum podere. Nec pōt dari alius sanus intellectus si bene inspiciatur. Mortua vero domina Catherina dictū podere legauit dn̄e Lucie vel filijs eius qd̄ est intelligendum ordine successiuo: scilicet domine Lucie si tunc extaret: z si nō extaret: tūc filijs eius si extarent. l. cū pater. §. pe. ff. de lega. z de trebellia. l. heredes mei. §. peto. de libe. z postbu. gallus. §. j. cum ibi no. Dicit nunc q̄ nouiter dn̄a Catherina mortua est remanēte nepote eius ex filio: z etiā existente quodā nepote ex filia domine Lucie p̄dicte inter quos nepotes vertit̄ questio de dicto podere: q2 nepos dn̄e Catherine dicit ad se ptinere pleno iure ex trāsmissione facta ad eū per patrē in cuius psonā cesserat dies legati facti filijs dn̄e Catherine ex alio viro. E cōuerso nepos ex filia dn̄e Lucie dicit ad se pertinere: q2 post mortem dn̄e Catherine predictū podere fuit legatū filijs dn̄e Lucie si non extaret dn̄a Lucia. Et ipsa non extat z domina Catherina est mortua: z sic extitit cōditio z appel. filiorū cōp̄rehēdit̄ nepos[a]: hoc casu cū agit̄ de relicto eis s̄m Bar. in. l. liberorū. ff. de ver. signi. in articulo illo qn̄ verbum filiorū profertur a testatore vel saltim dicit se debere concurrere cū nepote ex filio domine Catherine: q2 quādo eadem res separatim relinquitur duob⁹ faciūt sibi partes per concursum. insti. de leg. §. si eadē. si non appareat q̄ a primo voluerit adimere aut q̄ vterq3 habeat solidū. ff. de lega. j. si pluribus. Queritur ergo quid iuris. Et notandū q̄ si esset verum id qd̄ dicit primus consultor in vltima margine sui cōsilij: videlicet q̄ filijs domine Lucie fuit legatum sub cōditione: si domina Catherina non haberet filios ex alio viro q̄ Toscano res esset clara q̄ nepos dicte dn̄e Lucie nō admittere: q2 domina Catherina bene habuit filios ex alio viro. sed illud nō videt̄ verū: q2 filijs domine Lucie legatū fuit simpliciter post mortem domine Catherine: nec alia cōditio fuit apposita per testatorem: nec etiam inest illa si decesserit sine liberis. p l. cum auus. ff. de cōdi. z demon. z. l. cū acutissimi. C. de fideicō. q2 ille loquūtur cū alicui descendenti facta est substitutio post mortem super eo qd̄ eidem descendenti fuerat relictū. Sed hic nō fuit relicta ꝓprietas illi dn̄e Catherine sed filijs eius: ergo non potest dici q̄ eidem dn̄e facta fuerit substitutio in dicta ꝓprietate si bene inspiciatur. Et sic sumus extra casum illarū legum z dictam cōditionem non expressam a testatore non debemus subintelligere. l. j. post prin. ff. de condi. z demon. Breuiter iste notarius per imperitiā ita cōfuse z inepte locutus est q̄ vt dicit tex. in aut. de testa. imperfectis. post principium. sua scriptura potius diuinantibus q̄ interpretantibus aliquid significat. vn̄ ne per eius imperitiā mens testatoris offendat̄[b]. C. de testa. l. ambiguitates. debemus assumere illam partē que verisimilior est z magis cōuenit rōni: q2 per ɔsequens z menti testatoris magis dicit̄ cōuenire: vt patet ex dicta aut. de testa. imperfec. Cum igit̄ in precedenti parte duo fecisset legata: vnū de vsufruc. ipsi domine Catherine quousq3 viueret: aliud de ꝓprietate filijs domine Catherine ex alio viro. dico q̄ clausula postea subiecta post mortem vero ipsius zc. debet referri ad primū casum videlicet si dn̄a Catherina nō haberet filios ex alio viro quo casu proprietas nō erat alicui relicta sed solus vsufr. erat relictus dn̄e Catherine quousq3 viueret. vnde voluit dicto casu post eius mortē ꝓprietatē alteri nō relictā relinquere dn̄e Lucie vel eius filijs. †Nam iste est modus cōis loquēdi testatorum ex imperitia notariorū inuentus q̄ qn̄ vni volunt relinquere vsufruc. alteri proprietatem vtplurimum relictum ꝓprietatis concipiunt post mortē vsufructuarij z sic faciūt ipsum cōditionale contra mentē testatoris. vnde cū relinquūt vxores dominā z vsufructuariā zc. dicunt z post mortem eius instituit talem heredem qd̄ est imperite factum. ff. de vsufru. lega. l. qui fructus prediorū. z qd̄ no. Bal. in. l. id qd̄. de epis. z cle. Istum morem sequutus hic notarius cum primo scripsisset legatum vsumfru. domine Catherine quousq3 viueret. Subdidit postea. Et post mortem eius legauit dictū podere alijs non legatum domine Lucie vel filijs eius. Et sic legatū factū domine Lucie vel eius filijs de dicto podere censet̄ factum solū eo casu quo ex alio viro non habuit filios: prout dixit primus consultor: non tn̄ q̄ testator hoc dixerit prout ipse innuit: nō p. l. acutissimi: sed propter ineptitudinē vitādā: q2 ad s̄cdm casū quo si haberet filios ex alio viro eis reliquit proprietatem non pōt congrue referri clausula illa post mortem vero eius zc. q2 cū dicat eius in singulari non pōt intelligi nisi de domina Catherina: sed dn̄e Catherine non reliquerat proprietatem sed solum vsumfructū: proprietatē vero filijs eius ex alio viro. Sed non est aliq̄ bona ratio quare in proprietate voluerit filijs domine Catherine dare concurrentē magis post mortē dn̄e Catherine q̄ in eius vita. vnde si voluisset hoc facere sicut legauit proprietatem filijs dn̄e Catherine etiam ipsa viuente ita z legasset dn̄e Lucie z filijs eius q2 nil derogabat domine Catherine in eius vsufructu: q2 igitur legatum factum dn̄e Lucie z eius filijs contulit post mortem domine Chaterine solū censetur se retulisse ad primum casū quo proprietatē nulli reliquerat: nō ad s̄cdm quo proprietatē reliquerat: q2 nō est credendū q̄ proprietatē quā primo reliquerat filijs domine Catherine ex alio viro voluerit postea alij relinquere z sic recedere a primo vel in totum vel pro parte z maxime solum post mortem dn̄e Catherine vt dixi cum nulla subsit bona rō quare etiā non in vita si hoc facere voluisset. Et q2 iste est congruentior intellectus debet assumi vt sic illa clausula post mortem: ergo zc. non ad proxima sed ad remota referatur. l. si idem cum eodem. in fi. cū ibi no. ff. de iurisdi. om. iudi. Ex quibus sequitur q̄ cum extiterit secūdus casus nō h3 locum legatum factum dn̄e Lucie vel eius filijs: z sic insolidum pertinet ad nepotem ex filio domine Catherine: non obstan. rationibus tactis per alios. Et ita dico z cōsulo ego Pau. de cast. vtriusq3 iuris doctor: z ad fidē me subscripsi z sigillaui. Laus deo.

a Nepos. Vide. d. Pet. phi. cor. in ɔsi. xcvij. inci. prio. in lr̄a P. z. Q. j. parte. z Bal. in cō sil. cccij. in. iij. parte.

b Offendat. Adde idē per eundē Pau. in ɔsi. cxxi. nu. iij. parte.

Consilium. cl.

1 Hoc in consilio cōtinetur de duobus statutis Parme ex quibus colligitur q̄ si per statutū permittitur appellari a laudo cum termino prefixo a statuto q̄ multomagis cū terminus est prefixus a partibus: q2 terminus legis durior est q̄ hominis: q2 primo l3 purgare moram: secundo non. z. 2. z. 3.

2 Prouisio hominis prouisionem legalem cessare facit.

3 Lex debet esse rationabilis z vnūquodq3 verbum legis debet esse cū ministerio aliquid operandi.



In christi nomine amen.

1 †Viso statuto ciuitatis Parme sub rubrica de arbitris z arbitratoribus infra q̄tum tempus zc. z alio sub rubrica de arbitris arbitratoribus z cōibus amicis zc. queritur si factum fuit compromissum cum certo termino prefixo a partibus z latum fuerit laudum vtrū ab illo possit appellari virtute dictorū statutorū permittentiū appellare: attento q̄ dicta statuta videntur loqui qn̄ cōpromissum non h3 terminum prefixum a partibus. Et breuiter res ista satis clara est scientibus ingredi per ostiū in ouile: sed ingredientib⁹ aliunde videtur dubia z obscura: iccirco non expedit vti multis verbis nec totum corpus iuri superfluo ad hoc inducere. Sed substantialiter z decisiue loquendo dico diligenter aduertendū q̄ dictum statutum primū continet tres partes prout cōtinet rubrica. Prima pars declarat infra q̄tum tempus debeat laudari quando compromissum non habet certum terminum vsq3 ibi. z q̄ latis ipsis arbitris zc. Et ista prima pars est conditionalis seu conditionaliter loquitur: scilicet si compromissum non continet certum terminum: quequidē cōditio bene conuenit huic prime parti: quia si haberet terminum prefixū a partibus non fuisset necessaria prouisio dicti statuti assignātis terminū quadraginta dierum: quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legalem[c]. l. fi. C. de pac. conuen. z ibi no. ff. de precario. l. z habet. §. cum quis. l. cum ex filio. §. filio. de vulga. z pupilla. Secunda pars statuti in versic. z q̄ latis. declarat vtrum a laudis latis possit appellari. Et ista pars non est conditionalis nec cōditionaliter loquitur sed simpliciter: z ideo siue compromissum habeat certum terminum prefixum a partibus siue non locum sibi vendicat: quia nō posset dari ratio diuersitatis: quare magis concederet̄ appellatio eo casu quo non habet terminū prefixum a partibus: sed a statuto q̄ eo casu quo habet. ff. de iniust. testamē. l. iij. post prin. ibi. nec ratio diuersitatis zc.

2 †Et lex debet esse rationabilis. argumentum. c. erit autem lex. iiij. distinctio. Et nullum verbum superfluum z sine rationabili causa debet esse positum in ea. l. j. ff. qd̄ metus causa. de iureiuran. l. j. §. j. qui incipit. non frustra zc. Ex quo infero q̄ conditio illa si non habet certū terminū zc. apposita in prima parte non intelligitur repetita in secunda: quia nō subest eadē ratio repetendi: nec ita conuenit secūde sicut conuenit prime: per ea que not. in. l. si idem cum eodem. in fine. ff. de iurisdic. omnium iudicū. per glo. z doctores. Quod etiam patet ex theorica quā ponit Barto. in. l. pretor. §. erit que differentia. ff. vi bonorum raptorum. vbi dicit q̄ ea que pertinent ad facti narrationem dicta in vno capitulo legis non intelliguntur repetita in alio contento in diuersa oratione. Sed illa conditio seu verba illa si non habuerit certum terminum zc. pertinet ad facti narrationem. Et capitula ista scilicet primum z s̄cdm cōtinentur super diuersis orationibus: ergo zc. Nec obstat qd̄ dicitur in secundo capitulo. z q̄ latis ipsis arbitrijs zc. ex quo verbo ipsis videtur prima facie se referre ad illa de quibus dixerat in prima parte: vt sunt illa que feruntur ex compromissis non habentibus terminum prefixum a partibus zc. quia dico q̄ refertur ad substantiam non ad qualitatē: idest ad lauda de quibus

c Legalē. Adde Bal. in cōsi. cccxx. in. j. pte.

supra dixerat q debeant ferri non ad qualitatem: scilicet que feruntur ex compromissis de quibus dixerat supra: sed ex quibuscunq; compromissis siue habeat terminum prefixu a partibus siue non. Hoc probatur per tex. et glo. et per ea que ibi notat Bar. ff. de leg. j. l. si cui serui omnes. §. j. que bene et optime faciunt ad propositum: et ad tollendu id qd facit dubitare scribentes sup isto negotio. ¶ Preterea maior est ratio concedendi appellationem quando terminus no fuit prefixus a lege vel statuto: sed a partibus q quando a statuto. qd patet: q terminus prefixus a lege vel statuto fortior est et efficacior q pfixus a partibus. hinc est q post primum non licet purgare moram tanq precisum et peremptorium: vt notat Innocen. in. c. qui in tua. q matri. accusare possunt. Non sic post prefixu ab homine. de exceptioni. pastoralis. et no. Bal. C. de iudicijs. autent. iubemus. Si ergo conceditur appellari quando prefigit a statuto qd est plus fortius credendum est voluisse concedere etiam eo casu quo a partibus qd est minus. C. de sacrosan. eccle. aut. multomagis. ¶ Preterea terminus iste statutarius surrogat loco termini conuentionalis: q statutum supplet defectu partium sicut et alibi. ff. de conditio. ob causam. l. si pecuniam. §. j. qd ergo est in vno debet esse in altero. argumentu legis prime §. hec actio. si quis testa. liber esse iussus fue. ¶ Ex quibus breuiter sine aliqua alia superflua prosecutione cocludo q a tali lauda potuit appellari ex forma dicti statuti in secunda parte. de iure etiã comuni videtur q appellari potuerit propter tertiam partem statuti que vult in versi. et postq &c. qd lauda habeant executionem sicut sententie diffinitiue postq transiuerint in rem iudicatam: et sic paruit actionem et exceptionem. l. statuas. ff. de acquirendo rerum dominio. ergo &c. per ea q notat Bar. in. l. j. C. de arbitris. et per. l. cum antea. eo. titu. ¶ Et ita dico et consulo ego Pau. de cast. vtriusq; iuris doctor: et ad fidem me subscripsi et sigillaui. Laus deo.

¶ Consilium. clj.

1 ☞ Ex hoc consilio elicitur qualiter probetur fraternitas inter aliquos.

Et non concludunt testes qui dicunt q pro fratribus reputabantur et tractabantur. et. 2.

2 Confessio geminata quid operetur.



In christi nomine amen.

1 ¶ † Viso puncto in facto Fracisci et Filimberti fratru de colurno de Parma contra. S. vxor. olim. A. de colurno super hereditate dicti. A. de qua vertitur qd inter dictos fratres ex pte vna: et pfatã vxo. ex altera. visis etiã allegationibus factis in fauore dictoru fratru et dictã vxo. et oibus ponderatis ac etiã visis attestatioibus receptis pro dictis fratribus: videretur prima facie dicendum dictos fratres agetes debere succumbere pluribus rationib9 quibus singulariter respondebo: q contrariam partem intendo tenere.

¶ Et primo videnf debere succubere ex eo q articulauerut in primo articulo de vera fraternitate Francisci et Francheti des in eo dicunt q dicti Franciscus et Fra chetus fueru fratres &c. verbum enim fuerunt significat verã substantiam. vt not. C. de sente. que pro eo. l. f. in glo. pe. Et tñ testes no deponut de vera fraternitate: sed solu q pro fratribus habebanf reputabantur et tenebanf &c. in quibus actibus vera fraternitas no cosistit lz in eis cosistat quasi possessio fraternitatis. C. de pba. l. no nudis. et. l. no epistolis. Igif nihil videf valere eorum depositio. p ea que no. in Spec. de teste. §. j. ver. sed pone egi. facit. l. si quis libertatẽ. ff. de peti. here. C. q legi. psonã. l. mometanee. Sz ad hoc rñdetur q non obstat: q pcederet si dutaxat de vera fraternitate articulasset et non de quasi possessione: q tuc deponeret extra articulu. Sed hic no ita est q etiã de quasi possessioe articularunt dum dixeru q se pro talibus tractaueru et reputauerunt &c. et sic non deposueru extra articulu. Preterea etiã si dutaxat de vera fraternitate articulassent valeret eoru depositio facta sup qsi possessione ex qua resultat psumptio proprietatis: et hoc expresse decidit Bal. in. d. l. non nudis. in fi.

¶ Scdo videf dictas depositiones no valere: q omnes testes sunt in suis dictis singulares cu glibet eorum loquaf de diuersa tractatione vocatione vel reputatione seu de diuersis actib9 ex quibus illa resultat. ergo &c. extra de proba. c. lz causam. Sz ad hoc rñdef p no. p glo. ff. de testi. l. ob carme. §. fi. et not. de accusa. c. qualiter et qñ. q hic non agif principaliter de probado illos actus de quibus testes deponunt: sed de probado effectu qui resultat ex actibus illis scilicet quasi possessionez fraternitatis in qua pbanda cocurrunt omnes lz per diuersa media: et hoc non habet nocere fm glo. et Inno. in locis palleg. ¶ Tertio videf dictas attestationes no sufficere q debent necessario concludere[a]. l. non hoc. C. vnde cognati. de proba. l. neq; natales. et. l. ad probatione seruitutis. Sed actus de quibus isti testes deponunt couenniunt etiã non fratribus sed penitus extraneis q tñ se fraterna dilectioe diligat. ff. de here. insti. l. nemo. §. qui frater non est. Sed ad hoc respondef q testes debent concludere necessario vt dictu est vel etiã psumptiue presumptione a iure approbata. ff. que in frau. credi. l. omnes. §. luci9. C. de dolo. l. doluz. cu ibi no. et expresse per Bar. in. l. j. ff. si cer. pe. Sed ex eo q tales se habuerint pro fratribus et ita se nominauerint et appellauerint et ita ab alijs notis et vicinis fuerint nominati tenti et reputati sicut deponunt isti testes resultat psumptio iuris q tales fuerint nisi contrarium probetur: vt. d. l. non nudis et. l. no epistolis. et ibi expresse per Cy. et Bar. C. de pba. et sic non ob. d. l. nemo. §. qui frater. q loquitur quando de contrario apparebat scilicet q non erant fratres: hic secus.

¶ Quarto videf dictas attestationes no sufficere: q no deponunt q ipsi Franciscus et Franchetus se tractauerunt p fratribus excepto vno videlz scdo in ordie lz de alijs notis et vicinis bene hoc dicant q eos p talibus tractauerunt: sed solum deponunt q ipsi se vocabat et appellabant fratres adinuice qd non videf sufficere. Sed ad hoc rñdeo q imo sufficit: q ad pbadu q aliquis fuerit in quasi possessione fraternitatis vel paternitatis seu filiationis[b] aut alterius cosanguinitatis: sufficit alteru b de duobus pbare scilz vel q se p talibus tenebat et reputabant et ab alijs notis et vicinis tenebanf et reputabanf: qd totum cosistit in verbis: vt expresse no. Cy. in. d. l. non nudis. C. de pba. in. ij. q. ibi dum dicit. q semper habuit me pro fratre &c. et bart. ibi dum dicit sufficere q ita fuit habitus et reputatus a patre et matre: cum agitur de filiatione probanda et a vicinis et cognoscentibus eum. Vel etiam q sine verbis fuerit aliquis tractatus vt talis. et hoc est qd voluit bar. i. l. j. §. iul. ff. de libe. agno. aliqui habent. l. qd senatus. et. l. i. §. j. ff. de questio. Et istud tractare cadit potius inter patrẽ et filiu q inter fratres: eo q tunc tractat quis aliquem vt filium qñ tenet eum in domo et dat sibi alimenta et alia facit que parentes erga filios facere consueuerunt. l. quidam cum filium. de verbo. obli. Et econtra tunc tractat quis aliquez vt patrem qñ sibi prestat obsequia: patri debita. ff. et. C. de obsequi. et hoc sufficit absq; aliqua alia expressione vel vocali verbali: q facto datur volutas intelligi. C. de condi. insti. l. reprehendeda. ff. de legi. l. de quibus. Sed in fratribus hec non cadunt: q non tenetur alter alteri ad predicta. Et ideo quasi possessio fraternitatis potius probatur per verba scilicet q pro talibus se habebant tenebant et reputabant: et ita ab alijs tenebantur et reputabantur q per facta: vt patet ex no. per Cy. in. d. l. non epistolis. et etiã per Bart. Nec video q aliqui possint se vt fratres tractare nisi per actus mere verbales. No curo ergo q testes no dicant illos se tractauisse vt fratres postq dicunt q se p talibus habebat et reputabat: et q ab alijs pro talibus tenebanf et reputabanf cum quodlibet istoru per se sufficiat. vt patet ex not. per Bar. in locis preallegatis.

¶ Quinto obijcitur contra depositiones testium q no reddut sufficientem causam sui dicti: sed hoc truffatorium videf cum eorum depositio incipiat ab his que sensu visus et auditus perceperunt dicendo q viderunt et audierunt eos adinuicem et ab alijs vocari teneri et reputari pro fratribus: vnde no erat alia ratio ab eis requirenda cum non possent aliam reddere q illaz quem expresserunt scilz quia ita viderunt et audierunt &c. et sic nulla esset redditio rationis: vt no. glo. in. l. fi. ff. de offi. pcura. cesa. vnde si aliquis deponit q vidit titium interficere sempronium non est alia ratio ab eo querenda: sed quando non incipit ab eo qd percipit sensu: puta q titius interfecit talez: tunc queritur ab eo de rõne quomodo scit: q posset hoc scire per auditum: et tunc non sufficeret: vel per visum et tunc sufficeret: et ita reddunt doctores in ista materia vt nouerunt intelligentes.

¶ Sexto posset obijci dictis attestationibus: quia non dicunt an verba per que se tenebant et reputabant &c. fuerint emissa principaliter propter se: an propter aliud: ergo &c. per ea q no. Cy. in. l. non nudis. preallega. et Bart. in. d. §. iul. Sed ad hoc respondeo q procederet si deponerent de vnica tantu cofessione fraternitatis: tunc eniz est veru q si fuit emissa principaliter propter se constituit in quasi pos. secus si pter aliud. Sed hic de iterata confessione videntur deposuisse dum dicunt q p ta- 2 libus se habebant &c. † et iterata cofessio etiam si propter aliud tantu operaf qtum vnica emissio principaliter propter se. C. de agri. et censi. l. cum scimus. lib. x. et ibi expresse per Bar. Preterea dicendo q pro talibus se habebant censenf dixisse de illa confessione que ad hoc sufficit: al's non esset verum q pro talibus se habuissent.

¶ Septimo posset obijci q variant in tẽpore mortis: ergo &c. l. qui falsa. ff. de testi. Sed ad hoc respondef q questio no vertitur de presenti de morte illorum vel de tempore mortis: sed de fraternitate

a ¶ Concludere. Adde eudez Pau. s. in cosi. xxx. nu. iiij.

b ¶ Seu filiationis. Vide. d. Alexã. de imo. in csil. xxv. i pe. col. in. iiij. pte. et in consi. lj. in. ij. col. in. j. parte. et in cosil. lxxiiij. p totu. i. ij. parte. a

fraternitate ⁊ quasi possess. eius in qua probanda nō variant:
ergo ⁊c. per no. in. d. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. per gl. facit qđ
no. glo. in. l. si vnus. C. de testa. ⁊ per Inno. de here. fraternita-
tis. Concludo probatam esse quasi possessionem fraternitatis
inter illos: ⁊ istud sufficere ad intentionem agentium fundan-
dam. per no. p Cy. in. d. l. non epistolis. in. ij. q. vbi decidit hāc
q. ⁊ Bar. ibidem. iuncto eo qđ no. glo. in. l. j. in vlti. gl. C. quo-
rum bonorū. ⁊. ff. de pba. l. qdaȝ. Ad instrumēta vero inducta p
illā dominā ꝯ illas attestatiōes: respōsuȝ est sufficiēter p aduo
catum agentiū: iō nō curo al's respondere. Laus deo.

Consilium.clij.

1 Ex hoc consilio elicitur materia. §. quādiu. ff. de acquirē.
heredi. ⁊ diuersarum substitutionum materia. ⁊. 2.
2 Substitutio compendiosa facta per verbū cōe ꝯtinet vulgarē.

In christi nomine amen.

1 † Presens dubium videtur formari ⁊ decidi per
Bar. ff. de acqui. here. l. quādiu. la. ij. Naȝ tex. ibi in
ver. his aūt. ponit casuȝ qñ prima ⁊ scđa substitutio fuit vulga
ris tantum: quo casu subducta prima de medio p mortem sub-
stituti viuente testatore vel deliberante instituto: scđa substitu-
tio subingredit locum eius: ⁊ deficiente postea institutione sub
stitutus secūdus admittitur ac si fuisset directo ⁊ imediate sub
stitutus ipsi primo instituto lȝ non fuerit sed ipsi primo substi-
tuto qđ etiā probatur in. l. coheredi. in prin. ff. de vulg. ⁊ pupil.
⁊. l. si titius coheredi. Sed interdū cōtingit ꝙ taȝ prima substi
tutio ꝙ̄ secunda sunt pupillares: ⁊ tunc loquit. l. qui habebat.
eo. ti. que vult ꝙ si prima substitutio locū non habuit: q2 deces-
sit primus substitutus anteꝙ̄ institutus si quidem defecit con-
ditio sub qua facta fuit scđa substitutio: vt q2 primus substitu-
tus decessit pubes factus non possit secundus substitutus ad-
mitti ad hereditatem primi instituti ex pupillari: secus si exti-
tisset conditio sub qua facta fuit scđa substitutio vt innuit a cō
trario sensu. qđ etiā tenet ibi Bar. ⁊ ita cōsuluit in consilio qđ
incipit. quidam noie. ⁊ fuit articulus qōnis disputatus p Pe
truȝ de cornietis antiquū aduocatū bono. prout refert Io. an.
in addi. spe. ti. de testa. §. in primis. in addi. q̄ incipit. huic que-
stioni ⁊c. Et isti non sunt casus nostri: sed pro maiori lucidatio
ne tacti: q2 conferunt satis ad veritatem indagandam in p̄sen
ti articulo. Bar. aūt in. d. l. quādiu. tāgit alios duos casus ma
gis propitios ad casum nostruȝ scilȝ qñ substitutio prima fuis-
set pupillaris: secunda vero facta primo substituto fuisset com
pendiosa vel fideicōmissaria: vt q2 instituit filium pupillarē: ⁊
si decesserit in pupillari etate substituit titiuȝ: ⁊ qñcunqȝ deces-
serit titius sine liberis substituit semproniuȝ: si titius decesserit
anteꝙ̄ institutus an sempronius scđo substitutus admittat ex
pupillari postea ad succedēduȝ filio decedenti in pupillari at-
tento ꝙ non videt fuisse sibi pupillariter substitutus: sed solū
compendiose ipsi titio: que compendiosa non poterat contine
re pupillarem quo ad titiū: vel q2 extraneus vel q2 maior. xiiij.
annorum. Et determinat hoc non obstante ipsum scđm substi-
tutum admittendum ad hereditatē primi substituti p illū tex.
respondendo quibusdam que faciunt in ꝯriū. Aduertenduȝ tñ
q2 non ponit ꝙ titius primus substitutus decesserit cū liberis
vel sine: sed simpliciter ꝙ decessit ante institutū ⁊ sic indistincte
videt intelligenda sua determinatio vt locū habeat etiā si de-
cessit cum liberis qđ faceret ad nostrum casum. Tamen etiam
q2 iste nō est casus noster: q2 hic pria substitutio nō proponitur
fuisse pupillaris sed cōpēdiosa: nec agitur de hereditate pupil
li: scȝ ipsius Mascarelli instituti: sed de bonis primi testatoris.
Et videbat ꝯrium: cū enim secūdus substitutus sit substitutus
primo substituto ⁊ nō instituto inuicem primi substituti prepa
ratiuus non videt admittendus. l. fi. C. qui admit. ad bo. pos. ⁊
l. quādiu. allegata. ver. q2 ītra alienā. ⁊ ver. ergo expectamus.
Item q2 deficiente primo substituto a quo fideicōmissum erat
datum secundo ante restitutioneȝ fideicom. videtur deficere fi-
deicommissum sicut quando heres ante aditam hereditatem
decedit: nam fideicommissum expirat. l. ille a quo. §. si de testa
mento. in fi. ad trebel. ⁊ no. in. l. eam quā. C. de fideicom. Item
etiam contrarium facit qđ not. Ioan. and. in addi. vbi. s. vbi
dicit ꝙ quando prima substitutio est inutilis etiaȝ secunda de
ficit. Sed non obstantibus predictis tene determinationē bar.
in. d. l. quādiu. in fi. ꝙ substitutus substituto videtur primo in
stituto substitutus in fideicōmissarijs substitutis. Si ergo in-
stituto substituo titium ⁊ si decesserit sine liberis: ⁊ titio seium
similiter si decesserit sine liberis iste substitutiones sunt fideicō.
cum post aditam hereditatē paganus directo nō possit substi-
tuere. l. in testamēto. C. de testa. mili. ibi. altero cui postea ꝙ̄ ⁊c.
iūcta. l. filium quē. tam here. ibi. verbis precarijs ⁊c. etiā seius
videtur substitutus instituto: ita ꝙ titio primo instituto mor-
tuo anteꝙ̄ ad eum hereditas perueniat fideicōmissum in perso
nam sei qui fuit substitutus titio primo substituto ⁊ non insti-
tuto nihilominus locum tenet. Ita etiam consultum fuit hoc
anno. M. ccccxxxix. die. xvij. Aprilis. in Vicentia in cā Tho
masij de bonis: qui erat primus substitutus: qui fuit decapita-
tus illis diebus propter sodomitium: ⁊ primo testatori substi-
tuti dicto Thomasio succedere volebant. Secundū casum
tangit in fine quando vtraqȝ substitutio fuit fideicōmissaria q
videtur esse casus noster: quia hic licet fuerit compendiosa: tñ
quia filius decessit maior ⁊ post aditam hereditatem solam fi-
deicōmissariam continebat in personam filij similiter in perso
nam substitutorum primorum: quia erant extranei ⁊ maiores.
determinat autem Bar. ꝙ moriente primo substituto ante in
stitutum remanet fideicom. relictum primo substituto cū onere
fideicōmissi iniuncti primo substituto de restituendo secundo
substituto. C. de cadu. tollen. §. pro secundo. Et sic admittitur
secundus substitutus ad petendum fideicommissum ab heredi
bus instituti ac si ab ipso instituto fuisset directo ⁊ imediate fi-
deicōmissum relictum: licet non fuerit: sed a primo substituto:
quia postꝙ̄ hereditas ad primum substitutū non peruenit non
tenetur ipse: sed heres primus vel eius heredes apud quos re-
peritur. ff. de leg. j. l. fideicom. de lega. ij. imperator. cum ibi no.
de leg. iij. l. si legatarius. Ex quibus sequitur ꝙ in casu no-
stro non obstat huic Marco quominus possit admitti ad petē
dum hanc hereditatem post mortem Mascarelli instituti sine
filijs masculis scilicet ꝙ ipse Marcus nō fuit substitutus Ma-
scarello: sȝ dūtaxat domino Mascarello ⁊ Bartholomeo pri-
mis substitutis ⁊ ꝙ ad illos non peruenit hereditas: ⁊ per cō-
sequens qđ debeat Marcus esse exclusus. arg. d. l. fideicō. ⁊. l.
fil. fa. §. apud marcellum. versi. sed vix est. q2 potest responderi
per predicta scilicet ꝙ remansit fideicom. penes heredem cum
onere secundi fideicom.

Sed videndum est nunc vtruȝ excludatur Marcus ex eo ꝙ
Bartholomeus decessit cum filio masculo: ⁊ si non extitit con
ditio sub qua facta fuit secunda substitutio scilicet si ambo sub
stituti primi decesserint sine filijs. Et videtur ꝙ sic: q2 fideicō.
primum remansit penes institutum cum onere: ergo ⁊ cum illa
conditione que etiam reputatur onus. vt patet in. d. §. pro se-
cundo. Sed certe istud non obstat: q2 illa cōditio nō erat onus
primorum substitutorum sed potius vltimi substituti cum con
ditio semper fauore grauati censeatur apposita: vt dicit Bar.
in. l. illis libertis. ff. de condi. ⁊ demon. Sed penes institutum
remanet cū onere iniuncto primo substituto cuius conditio de
ficit: non cum onere iniuncto secundo substituto qui petit se ad
mitti. vnde in pposito onus iniunctum his primis substitutis
fuit onus restituendi Marco: ⁊ istud onus bene remāsit apud
institutum: sed conditio illa si ambo decesserint sine liberis: nō
fuit onus illorū: sed releuamen ⁊ onus Marci. vnde illud non
potest dici ex isto capite remansisse penes institutum. Sed con
ditio apposita fideicōmissario primo vt fuit illa si Mascarel
lus decederet sine filijs masculis bene erat onus primoruȝ sub
stitutorum: vnde cum illo bene remansit. ⁊ si decessisset Masca
rellus cum masculis sine dubio Marcus esset exclusus sicut ⁊
primi substituti si viuerent. per. d. §. pro scđo. Item adhuc ex
alio capite videtur Marcū excludi: q2 si dicti primi substituti
in eorum fideicom. habuissent substitutuȝ vulgarem cum onere
secundi fideicom. vel penes coniunctum remansisset etiam cum
eadem conditione cum qua fuerat ab eis relictum. l. cuȝ pater.
§. ab instituto. ff. de leg. ij. si non fuisset ab eis expresse facta repe
titio: al's secus. l. si cui serui. §. j. ff. de leg. i. ita ergo debet esse si
remansit penes heredem: q2 non erat substitutus vulgaris vel
coniunctus: q2 dicte persone iudicantur ad paria: vt. d. §. p se
cundo. satis patet. Sed ad hoc respondetur dupliciter. Primo
q2 istud procederet in conditione que nō coheret personis illo
rum primorum substitutoruȝ: sed ista coheret: ergo ⁊c. ar. ff. de
condi. ⁊ demon. l. legatuȝ. C. de cadu. tollen. §. pro scđo. ⁊ arg.
de duo. reis. l. si id qđ ergo. Vel aliter ⁊ melius ⁊ subtili[9] dicta
oppositio procederet si substitutio facta cum Marco illis pri-
mis substitutis fuisset mere fideicom. facta per verba mere. ob
liqua. Sed hic fuit etiam vulgaris que potuit illis fieri in eorū
fideicō. sicut directo heredi. l. vt heredibus. ff. de leg. ij. Et hoc
gatur: licet quantum ad paruitatem summe de iure cõmuni
sit secus.C.de appel.l.⁊ in maioribus. sed istud statutum vo
luit in boc derogare illi.l. sed si feratur vna sñia super pluribꝰ
causis simul ꝙ fieri non posset nisi quando simul essent agitate
vt bic fuit: tunc cessat ratio predicta: quia licet nulla illarũ ex
cedat tres libras: ex quo tamen inter omnes vel plures simul
iuncte excedunt ⁊ sententia fertur super omnibus simul si dene
garetur appellatio sequeretur vel sequi posset magna lesio qd
esset contra mentem statuti: ideo cessat statuti dispositio.l.adi
gere.§. quãuis. de iurepatrona.l.milites agrum.de iure mili
3 tari.† Preterea statutum dicit super causa trium librarum qd
est intelligendum: idest in qua petuntur tres libre ⁊ non vltra:
⁊ sic debet intelligi de causa: idest de iudicio vel instantia per
ea que habentur.ff.solut.matri.l.j.in glo.super verbo causa.in
fi.sed hic licet plures fuerint accusationes: tamen super omni
bus fuit vna ꝓsecutio ⁊ vnum iudiciũ: ⁊ sic ille omẽs accusatio
nes habẽtur pro vna vt sic fiat accumulatio de omnibus sum
mis acsi vnica tantum accusatio fuisset porrecta pro omni

b ¶ Pro rata. Uide Bal.ĩ cõsi. lxxix.ĩ.ij. pte. vbi ponit nũꝗꝫ ꝑ pluribus delictis quorũ quodlibet per se confiscationem inducit vnica cõfiscatio fieri possit.

Additio.
c ¶ Talis fictio attendi. Et an ⁊ qñ statutũ habeat locũ in casu ficto.vide plenissime per Pilip. cor. in cõsi. lxix. inci.plura seriose.in.iij.volumine. P.F.

bus istis damnis propter simulationē prosecutionis factā eo tempore super oībus. ar. eorū que habentur per glo in. l. j. C. vnde vi. vbi dicit ꝙ plura delicta cōmissa eodē tempore habētur pro vno. sed constat ꝙ si oīa ista damna fuissent cumulata in vna ⁊ eadē accusatione diceret̃ ista fuisse sedecim librar: qr tantū continebat inter oēs: ergo ⁊ nunc quasi vnica tantuz
4 censeatur fuisse ex quo vnica fuit prosecutio sup oibus. † Preterea poterat astringi accusator ad cumulandū in eadē accusatione: qr postq̄ erant dāna vniformia ⁊ vno ⁊ eodē statuto puniebant̃ poterāt simul in eadē accusatione cumulari. arg. l. heredes. §. de pluribus. ff. famil. hercis. l. verū. §. si plures. pro socio. de act. empti. l. non est nouū. ⁊ per Barto. in. l. libellorū. §. sed si aliud. ff. de accusa. ⁊ qd ibi not. in. l. edita. C. de edendo. ⁊ si hoc poterat fieri per accusatorē poterat etiā ad hoc astringi per accusatos ne in plura iudicia distringerentur. arg. l. nec in plures. ff. de exerci. ⁊. l. iij. §. in hac. iudica. sol. ⁊ qd not. in. l. in cōmodato. §. penulti. ff. cōmo. per Guil. de cu. ⁊ per Bar. in. l. scire debemus. de verb. obli. Igitur posito ꝙ hoc factū nō fuerit: ex quo tamen fieri potuit ⁊ debuit habetur pro facto. ar. l. si finita. §. elegāter. ff. de dam. infec. de euictio. l. ij. Preterea cumulatio de pluribus separatis debet fieri quando ex hoc resultat permissio alicuius actus. ff. de pac. l. si plures. Secus quādo resultat ex hoc prohibitio. l. si idē. ff. de iurisdi. om. iudi. ibi non: sed hic si fiat sequitur permissio appellatiōis: ergo ⁊c. Cōcludo ergo dictū titium appelare potuisse.

¶ Et ita dico ⁊ cōsulo ego Pau. de cast. vtriusq̄ iuris doctor ⁊ ad fidem me subscripsi ⁊ sigillaui. Laus deo.

¶ Consilium. clxv.

¶ Breue est ideo non summatur.



In christi nomine amē.

¶ Super primo dubio dicendū est ꝙ tam ex forma dicti statuti q̄ de iure communi dicta mater fuit exclusa a successione dicte filie ꝑpter dictum iuramentum. per. c. q̄uis. de pac. lib. vj.

¶ Ad scdm respondetur ꝙ exclusa matre predicta cū habeat̃ ꝓ mortua: ⁊ sic exiuerit de medio fuit hereditas delata auo materno ⁊ auie materne sicut si ipsa mater tēpore mortis filie vere mortua fuisset. per aut. defuncto. C. ad tertul. iuncta. l. j. §. fi. ff. de contratabu. ⁊. l. ij. §. si sint. ff. ad tertul. qr iuramentuz matris illis non nocuit sed potius profuit: qr remouit eis obstaculum: scz ipam matrē q̄ preferebat̃ eis: vt ptz ex his que not. per Bar. in. l. qui superstitis. ff. de acqui. here. ⁊ per Bal. in. l. pactum. C. de colla. ⁊ de pac. l. j. qui dicūt pactū ⁊ iuramentū filie cū renūtia. non nocere nepotibus ex ea quominus ex eorū propria persona venire possint ad successionē. Nā iuramentū est personale[a] ex parte iurantis: vt not. Inno. in. c. veritatis. de iureiuran. ⁊ soli iuranti nocet nō alteri. C. de proba. aut. ꝙ locū. in fi. de pac. c. ij. lib. vj. ⁊ not. Bart. in. l. titia seia. §. imperator. ff. de leg. ij. ver. quero mater vel pater. ⁊ de leg. iij. cum quis. §. titia. ⁊ Bal. C. de inoffi. donatio. l. ij. in. v. col. ver. quero nungd iuramentū ⁊c. Dico aūt fuisse delatā dicto auo ⁊ auie materne hereditatē predictaz equaliter per dictam aut. defuncto. ibi. si pares sunt pariter admittuntur ⁊c.

a ¶ Personale Adde do. Bar. sozi. in ꝯsi. cxv. i v. ꝑterea nō. circa me. in. j. pte.

¶ Super tertio vero quesito dicendū est ꝙ si dictus auus maternus decessit sciens hereditatem sibi delatā si eā non adiuit transiuit ius deliberandi ad suos heredes pro sua dimidia si decessit infra annū. per. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberā. secus si ignorans vel post annum vt ibi patet: tunc enim tanq̄ defecta ex persona auie. C. de cadu. tollē. §. in nouissimo. accresceret sua portio coheredi sue. s. auie materne. ꝑ. l. si ex plurib⁹. ff. de suis ⁊ legi. ⁊. C. qn̄ non pet. partes. l. vnica. cum simi.

¶ Et ita dico ⁊ cōsulo ego Paulus de cast. vtriusq̄ iuris doctor ⁊ ad fidem me subscripsi ⁊ sigillaui. Laus deo.

¶ Consilium. clxvj.

1 ☞ Hoc consilium continet ꝙ non valenti agere non currit prescriptio.
2 Et ꝙ femine non competit ius exigendi passagia nec creandi notarios nec notariatum exercendi.



In christi nomine amen.

1 ¶ † Nulli dubiū est ꝙ si potest doceri casum istū saltem bis al's obuenisse. s. ꝙ fuerit instituta femina et quod petierit se admitti ad tale ius ⁊ nō fuerit admissa ꝙ nec iste sunt admittende non ex eo ꝙ contra istas sit prescriptuz: qr prescriptio currit contra negligentes prosequi ius suum: et sic anteq̄ ius habeat quis contra ipsum non potest currere prescriptio: quia non valenti agere ⁊c. l. j. in fi. C. de anna. exceptio. sed istis non potuit incipere ius competere nisi post mortem patris ⁊ aditam eius hereditatem. Nam ipso viuo per prius competebat sibi. C. de verbo. signi. l. fi. Et ideo extunc: scz post mortem patris ⁊ aditam hereditatē si non prosequerentur ius suuz infra tempus debitū prescriberetur contra eas: sed istud nō accidit: ⁊ ideo ex capite prescriptionis non repellerent̃: sed ex capite cōsuetudinis sic: si vt dixi casus iste bis al's euenit: ⁊ ita obseruatū fuit ⁊ legitimū tempus cucurrit: que quidē cōsuetudo facit ius generale quo ad oēs: lz ex actibus quorūdam tm̄ fuerit introducta. iuxta. l. de quib⁹. ff. de legi. cū sua materia. Uerum qr forte nō facili posset hoc probari videndū est quid iuris in casu isto si non probetur. Nā ⁊ si alie perdiderint ius suum per non vsum istud tamen istis nō pōt imputari: qr non potuerunt vti: ⁊ istud priuilegiū si cōpetet feminis non competeret eis vt vniuersis: qr collegiū vel corpus nō faciūt sed cōpeteret vt singulis: ⁊ sic negligentia predictarū feminarū non pōt dici negligentia presentiū eo modo quo cōtingit in corpore vel vniuersitate q̄ censetur eadē hodie que fuit iam sunt centum anni lz persone sint mutate. ff. de iudi. l. proponebat̃. ⁊ sic in illis negligentia preteritarū esset negligentia presentiuz: qr representant idē corpus fictum. l. mortuo. ff. de fideiusso. qd in casu no-
2 stro non est: ideo postpositis vijs predictis † videdū est an de iure cōmuni possint iste mulieres succedere i hac cōmoditate exigendi passagia sicut succedūt in alijs bonis allodialibus testatoris. iuxta not. C. famil. hercis. si familie. ⁊ breuiter considerādum est hic ꝙ tale ius colligendi passagia nō nisi ex cōcessione principis potest haberi. ff. de publi. l. vectigalia. cū sit de regalibus que non cōpetunt nisi principi: vt in vsibus feudorū q̄ sint regalia. in verbo vectigalia. ⁊ ṽbo telonea. Que quidē cōcessio pōt esse vel expressa ⁊ de ista non docetur in casu nostro que si appareret inspiciendus esset eius tenor ⁊ ƀm illū iudicandū. extra de priui. c. porro. ff. de verbo. oblig. si quis stipulatus stichum. post prin. Item potest esse tacita que resultat ex vsu tanti temporis cuius initij seu contrarij memoria non existit: talis nanq̄ vsus habet vim constituti seu priuilegij vel concessionis principis. ff. de aqua quot. ⁊ estiua. l. hoc iure. §. ductus aque. ⁊ prodest etiā in vectigalibus. ff. de polli. l. penul. in fi. et in. c. super quibusdā. §. preterea. extra de verb. signi. Concessio vero tacicta nō debet plus operari q̄ expssa. ff. loca. qui ad certum. ⁊ not. glo. in. l. item qr. ff. de pac. que incipit. vt perpetuo. in fi. Uidendū est ergo si reperiret̃ expressa cōcessio imperialis facta quibusdam nobilibus ⁊ eorū descendentibus de tali iure vtrum hoc intelligeretur de masculis tm̄ ⁊ nō de alijs. Et breuiter puto dicendum ꝙ sic: qr quādo de casu non reperitur ius bene expressum debemus procedere de similibus ad similia. ff. de legi. l. non possunt. ⁊ sequi illud cui magis assimilatur. arg. l. eum qui. §. fi. ff. cōmo. sed nos videmus in simili in cōcessiōe feu. que dicitur beneficiū sicut cōcessio hui⁹ iuris: vt in vsi. feu. si de feudo fuerit controuersia. est beneficiū qd consuetudine est approbatū ꝙ non transeat ad feminas etiam expressa dispositione feudatarij: vt in vsibus feu. qui feu. dare pos. §. hoc autez notandum. ⁊ de succes. feu. c. j. in prin. nisi fuisset per concedentem dictum cōtrarium. eo. c. §. filiam vero. Igitur idem est dicendum in casu nostro. s. vt intentio masculorū sit fundata saltim iure consuetudinario nisi dicte femine probent contrariuz qd facere non potuerunt nisi ex tenore cōcessionis expresse. Uidetur etiam ꝙ debeant inspici concessiones de simili iure facte alijs personis si que reperiātur: ⁊ sic ex eis apparet ꝙ solis masculis sint facte: vel ꝙ soli masculi fuerint vsi simili modo debeat de ista iudicari. per ea q̄ plene not. Inno. in. c. dilecto. de offi. archi. vbi dicit laudabiles cōsuetudines extēdi de loco ad locū: de persona ad ꝑsonā: ⁊ laudabile est ꝙ mulieres se de talibus non intromittant: qr contra verecundiā sexus esset teloneum exercere: ⁊ potius virile officiū est q̄ muliebre. arg. l. femine. ff. de edendo. ⁊ quia non possunt principi impendere illa obsequia propter que tales concessiones fieri solent. iuxta not. ff. de legibus. l. de quibus. per glo. Item hic isti nobiles simul cuz isto iure creant notarios vt inde asserunt: ⁊ sic credendū ꝙ habuerint expressam concessionē licet eam perdiderunt. Sed hoc non potest cōpetere mulierib⁹: si enim nō possunt exercere officium notariatus: qr est publicū. ff. de regu. iur. l. ij. iuncta. l. nō aliter. ff. de adoptio. multominus possunt eos creare: quia prohibitio potētior debet esse in causa q̄ in causato sicut ⁊ permissio. C. de legibus. l. digna vox. ideo concludo prefatas mulieres non esse admittendas: quia talis est censenda concessio huius iuris qualis est concessio creandi notarios quam simul cum illa fuerunt adepti. argumen. l. nam hoc iure. ff. de vulgari ⁊ pupil. Laus deo.

Casus talis est.

¶ De quodam consanguineo qui volebat ex forma statuti retractare venditionē bonorū patrimonialium factam a consanguineo ꝙ cum vēditor dixerit ea plus valere ⁊ ꝙ illud tempus donabat tenebat̃ soluere ꝑtiū partis donate nec debebat succūbere: licet

bere: licet non obtulerit a principio dūmodo offerat lite pendente. l. si rem. §. fi. de pigno. actio. et etiā si non obtulit poterat ferri pro eo sententia sub conditione si soluit. per not. per Barto. in aut. hoc amplius. C. de fidei. et per. l. iiij. §. illud. de fideicom. liber.

¶ Subscripsi me cōsilio Flo. et Joan. de imo. q si erat verū id qd presupponebatur q tunc probasset de antiquiori possessiōe debebat obtinere in possessione retinenda: sed testes et eorū dicta non fuerunt missa.

¶ Consilium. clxvij.

1 Hoc cōsilium continet q legatum factū vxori de alimentis honorificis in domo testatoris debetur causa distinctionis de qua hic.

2 Et legatū eidem factū pinguius si in domo stare nō poterit cū filijs si culpa filiorū vel vxorū filiorū vel alia iusta causa habitare non possit legatū debetur: et ille vel illi cuius vel quorum causa est q habitare non possit in domo tenetur et tenentur coheredibus ad omne damnū et interesse.



In christi nomine amē.

1 ¶ † Considerandūa est hic q ista sunt duo legata
a scz vnū de alimentis honorificis non expressa certa quantitate: et istud censetur factū fuisse sub conditione affirmatiua si in domo sua ea cū filijs testatoris morabitur: vt colligitur dum mandauit ipsam alimentari in domo testatoris qd mandatū censetur factum fuisse contemplatione filiorum: qr facilius et cum minori sumptu prestare possunt in domo q extra domū. iuxta not. per Bart. in. l. gaio. §. imperator. in fi. ff. de alimen. lega. Et sic extra domū cessante iusta cā tale legatū prestare non tenetur: lz secus esset si verba illa in domo etc. non fuissent apposita in hoc legato. vt habetur eo. titu. de adimen. lega. l. iiij. §. fi. fm vnā lec. et ibi per Bar. Sic ergo dictū legatū ex natura rei seu modo legandi tacitam conditionem habet. ff. de condi. et demon. l. j. de verbo. oblig. l. interdum. et si aliud legatū q hoc factū non fuisset: tunc si non staret in domo esset distinguendū: aut hoc contingeret culpa vel facto filiorū sine aliqua culpa dicte domine: et nihilominus deberentur alimenta. ff. de annu. leg. l. meuia. in prin. de lega. ij. l. titia cū testamentū. §. si ea. de cōdi. et demon. l. iure ciui. Aut interueniente culpa mulieris vel staret per ipsaz mulierem: qr nollet nulla subsistente iusta vel rationabili causa: et tunc non deberentur. vt. d. l. meuia. in fi. prin. de cōdi. et demon. l. qui heredi. in fi. C. de his qui sub modo. ibi. vz etc. Aut staret per casum fortuitū vel per ipsam mulierem subsistente tn̄ iusta causa et tunc idem qd in primo: qr deberētur. C. de leg. l. j. ff. de annu. leg. l. annua. in prin. ff. de adimen. lega. l. gaio. §. imperator. et ibi per Bar. et no. in Specu. qui filij sint legi. §. j. ver. sed pone petebat. ¶ † Sed hic est aliud et scdm legatū: scz de vsu cuiusdam domus et vsufru. quarūdam rerū et de certa quātitate annua satis pinguius q primum: tamen surrogatū loco primi et sub cōtraria cōditione: scz in casu in quo non possit stare et habitare cum filijs suis seu cum eis pacifice: de quo presentialiter queritur quando debeatur. ad qd iura. s. allegata non tendunt nec in illa allegationibꝰ. s. factis: qr illa loquunt de ipso lega. alimentorū facto sub conditione si habitauerit vel morabitur etc. que est conditio affirmatiua. Hic vero est aliud in qd primū fuit translatum et sub contraria cōditione. s. negatiua. Dico autem in hoc q si stabit per filios quominus mater cum eis in domo moretur: et nulla culpa matris interueniat sine dubio debebitur hoc scdm pinguius quodāmodo loco pene: nō autem primū qd in hoc scdm fuit translatum propter ipsorū indeuotionem coherendam. ff. de penu lega. l. j. ad. l. falcidiam. l. j. §. item si ita. et tunc dico q dicti filij quorum facto vel culpa hoc euenisset tenentur coheredibus ad oīe interesse vel dānuz qd ex hoc patiunt. ff. de verbo. oblig. l. ij. §. item sed si in facto. ver. sed famil. herci. de cōdi. ob causam. l. dedi. §. fi. in fi. famil. hercis. l. heredes. §. si in certo. si vero hoc accideret culpa mulieris prestantis causam filijs: vel staret per eam: qr nollet cum filijs morari in domo nulla subsistente rationabili causa: et tunc nec primū lega. debetur per iura. s. allega. nec scdm qr non diceretur impleta conditio sub qua factū fuit. Sed quid si legatum esset simpliciter factum. s. si non habitauerit cum filijs: an si per eam stet qr nolit debebitur legatū. Uidetur q sic qr oratio ista sine conditio negatiua. s. si nō habitauerit intelligitur qr non possit: et etiā qr. l. iij. nolit. sed qn̄ dictū fuit si non potuerit habitare etc. nō extēditur ad aliū casum si noluerit in legatis. l. pater seuerinā. scdm. s. si nō poterit stare vel habitare seu pacifice stare cū filijs etc. qr nō diceret nō posse sed nolle. ff. de regu. iur. l. qui potest facere vt possit etc. sub qua condi. s. si noluerit factū non fuit hoc legatū: sed sub illa si non poterit etc. si vero staret per mulierem tamen haberet iustā et rationabilē causam nolendi non preuenientem culpa filiorū: puta si haberent vxores rixosas cū quibus ipsa socrus conuersari non posset vt sepe cōtingit vel similes causas: vt staret per casum fortuitum quia filij moriantur: nā sine dubio ista conditio negatiua: si nō habitauerit: vel et si nō potuerit habitare. videt impleta morte filiorū. l. cum tale. in princi. et. §. j. l. pater seuerinam. §. socru. de condi. et demon. et tunc est maius dubium. nam si vellet habere primū tantū legatum alimentorū fm estimationē boni viri clarū est q deberetur: vt. s. dixi per. d. l. gaio. §. imperator. de alimen. lega. cū ibi not. et in specu. qui filij sint legi. ver. sz pone. sed si petat scdm legatū pinguius est dubiū an debeantur. et videtur dicendū q non: qr heredes vel filij per quos non stat: non sunt in aliqua culpa vel defectu: et sic videt q nō debeat grauari ipsorū cōditio in prestādo grauius et pinguius legatū. ar. d. l. titia cū testamēto. §. si ea. in verbo culpatus. ff. de leg. ij. et. ff. de diuer. et tempo. pscrip. l. si seruus. in fi. Qr istud legatū maius censet quodāmodo relictū in penam si per filios staret quominus habitaret mater cū eis. arg. d. l. j. de penu lega. sed hic nō stat per eos: ergo pena nō cōmittit ne innocētia puniatur. arg. ff. de in infamibus. l. genero. de postulā. l. j. §. in initio. ibi. quasi minus deliquerit etc. C. de penis. l. sancimus. de his que pene no. l. j. In cōtrariū q tale legatū debeatur: facit qr satis potest dici impleta conditio sub qua factū fuit: quia satis dicitur nō posse habitare cū filijs si cōmode nō potest et cum pace mentis sue: licet cum incōmodo suo et cum rixa posset. ff. de verb. signi. l. nepos proculo. et hunc casuz videtur testator prospexisse. Nec videntur posse conqueri filij postq testator hoc voluit: qr quicquid habent de lucro habent. vt not. in similibus in. l. si quis a filio. §. si plures. ff. de leg. j. Nec obstat. l. j. de penu lega. qr ibi verba fuerunt relata ad heredem dicendo si penu non dederit de. xx. merito loco pene censetur adiecisse. x. hic secus. et p hoc qr illud qn̄ prestentur alimenta in domo censetur adiectū in fauorem filiorū: vt. s. dixi. et not. in. d. l. gaio. §. imperator. de alimē. lega. vnde non videtur q testator fecerit scdm legatū in penam filiorū nolentium prestare in domo: qr possunt eorum fauori renūtiare nec debent ex hoc puniri: sed potius censet ipm fecisse fauore: dūtaxat mulieris. et per consequens videtur debere intelligi factum in duobus casibus. s. si nō poterit stare in domo cum filijs facto et culpa filior: item et sine culpa sed casu fortuito: aut propter aliā causam iustam ex persona ipsius mulieris prouenientem: non autem ex eius mera voluntate: qr tūc nō diceretur non posse sed nolle: et idem si habent causam sed non iustam. per. l. qui potest facere. de regu. iur. tunc enim potius se ipsam excluderet q per aliam excluderetur. l. veteres. in fi. ff. de itinere actuqz priuato. et bene facit. ff. locati. l. habitatores. in fi. Et ista pars videtur mihi verior: q prefata mulier admittatur ad petendum prefatuz legatum. secundū pinguius si non potest stare cum filijs propter aliquam iustam et rationabilem causam etiam si nulla culpa filiorū interueniat: que autem causa sit iusta vel nō puto esse in disceptatiōe et cognitione iudicis. iuxta ea que habentur in simi. in. l. si cum dotem. §. eo autē tempre. ff. solut. matrimo. in tex. et per Barto. in. l. dotem. eo. titu. Sed an iusto casu prefati filij dicte dn̄e tenebunt fratribus et coheredibus eor ad damnū et interesse in qd incurrūt ppter hoc. videtur q non postq non sunt in culpa aliqua qd puto verum nisi possent de facili facere illam cām cessare et nō facerēt. ar. ff. de dam. infec. l. fluminū. §. quāq. de noxa. l. ij. ¶ Quid eñ si cā erat: qr nō poterat viuere in pace cū vxoribus filior. Certe possunt filij hāc cām cessare recedēdo de domo cū eorū vxoribus et dimittendo sibi domū liberā et facere hoc tenent ad requisitionē fratrū habētiū partē in eadē domo si aliā domū cōmodā repire possunt. arg. ff. locati. l. si qs domū. in fi. prin. iuncta. d. l. heredes. §. si incerto. ff. fami. hercis. et dicto casu sufficit q prestetur alimenta condigna fm conditionē personarum et quantitatez bonor. l. si cū dotē. §. finaūt in seuissimo. ff. solut. mat. et eo modo quo si staret cū filijs nec videt deueniēdū ad scdm: sed in contrariū facit: qr scdm legatū fuit factū in casu in quo stare et habitare nō poterit cū filijs: nō aūt in casu in quo non posset stare et habitare domū testatoris: sed iō de domo sua fecit mētionē: qr credidit filios ibi debere habitare. p qd videt q lz filij recederēt de domo et eā sibi dimitterēt: nō ppterea facerēt cessare causam nō habitādi: qr vbicunqz habitēt filij dz habitare cuz eis vt sit locus primo legato: et si non. pōt ex iusta cā sit locus scdo. et hoc puto verius. sed si alio modo possent facere causam cessare locum haberet qd. s. dixi. Laus deo.

a ¶ Cōsiderandū. Ad cuiꝰ cō filij materiā vide q̄ habent per do. Bar. soz. in cōsi. lxviij. inci. Joan. magistri francisci. et in cōsi. lxix. inci. viso elegantissimo. p totū. in. j. pte. et qd p Bal. in cōsil. cxxxvij. in. v. parte. vbi ponit etiā nūqd heres possit sibi assignare certā ptē domus ad habitandū. et qd per do. Maria. sozi. in cōsi. x. v. circa quartā qstionē. cū pluribus seq. et in cōsi. xj. v. circa secūdā qstionē. cū se. i. j. pte.

¶ Consilium. clxviij.

1 Hoc consilium continet q si in iudicio deducta sit falsitas cōmissa vno die et pbata altera alterius diei ille debet succumbere qui deduxit.

2 Et non valet dictum testis referentis se ad id qđ al's dixit nisi specificet in redditione vere cause etiam se referre.
3 Et testes recepti in ciuili non faciunt fidem in criminali sicut acta in summariis non parant preiudicium in ciuili.
4 Et infamia nec vilitas notarij faciunt corruere instrumentū anteꝙ ab officio deponatur cum a partibus fuit rogatus nisi ipso iure veniret priuandus.
5 Et vnus testis contradicens instrumento non facit vacillare fidem instrumenti.
6 Et quilibet admittitur ad dicendum de innocentia accusati.
7 Et cōtumacia notarij accusati de falso non nocet volenti defendere instrumentum verum.

IN christi nomine amen.

1 ¶ † Super primo dubio dicendum est ꝙ cū diuersitas temporis quo dicitur maleficiū cōmissum faciat diuersificari maleficium quando in se est reiterabile. iuxta plene not. per Bart. in. l. denūtiasse. §. quid tamen. ff. de adulte. per. l. testium. C. de testi. ⁊ argu. de condi. indebi. si non sortē. §. liber. ⁊ qđ not. in. l. pantonius. §. rei. ff. de acqui. here. et expresse in. c. cū ioānes. de fide instru. de re iudi. abbate. lib. vj. ⁊ per Bar. in. q. disputata. per eā que incipit. per italiam cōmuniter sunt statuta ⁊c. Et in casu nostro maleficiū super quo inquiritur erat reiterabile: q̄r potuit confici falsum instrumentū de augmento dotis die scđa Augusti. Itē aliud die. xxij. eiusdē. Et in ista inquisitione fuit deducta falsitas cōmissa die secunda Augusti. deinde fuit productū instrumentum confectū die xxij. eiusdem ⁊ nullum aliud cōfectū die scđa. Dicendū est ꝙ si etiam esset probata falsitas istius instrumenti producti qđ tamen negatur: nihilominus nō pōt sequi cōdemnatoria sententia sed absolutoria: eo q̄r falsitas in inquisitione deducta. s. facta die secunda non fuit probata: ⁊ falsitas probata nō fuit deducta. Arg. ad primū. C. de edē. l. qui accusare. Et ad scđm. ff. cōmuni diui. vt fun. C. de fideicom. liber. l. fi. ⁊ qđ no. Inno. in c. j. de litis cōte. qui dicit ꝙ si cā in libel. deducta non probet̄: licet alia fuerit probata: vt q̄r petij rē ex causa depositi ⁊ probaui de cōmodato non cōdemnabitur reus: lʒ appareat debitor sed absoluetur. facit. l. habebat. ff. de instito. si pars here. pe. l. non possumus. ⁊ qđ not. in addi. spe. titu. de acti. seu peti. §. sequitur videre. multo ergo minus debet sequi cōdēnatio si non est probata falsitas istius instrumenti producti ꝯfecti die. xxij. quia possibile inest ꝙ die scđo fuit cōmissa ⁊ in die. xxij. nō fuit cōmissa: ergo ⁊c. ar. l. non hoc. C. vn̄ cognati. de ꝓba. l. ad ꝓbationem. ¶ Sup secūdo v̄o quesito Bar. in. l. eos. ff. de fal. ver. quero pro declaratiōe ⁊c. tenet ꝙ sit in arbitrio iudicis admittere talem depositionē vel eā repellere. Sed Bald. C. de testi. l. iurisiurādi. post prin. ⁊ eo. tit. in. l. fi. circa fi. tenet expresse ꝙ
2 talis testificatio vel depositio nihil valet: † q̄r testis debet testificari specifice non autem confuse per relationem ad aliā suā depositionem: si tamē se referret ad suam propriā scripturam quā ipse testis fecisset pro memoria ipsius testis videtur valere per. l. iubemus. §. sed ne aliqua. C. de testa. tamen Bar. in. l. j. ff. si cer. peta. in vlti. seu penul. col. ibi dū dicit. quedā est autoritas priuata ⁊c. exemplificat ⁊ declarat illā. l. quando in testificando specificaret contenta in sua scriptura: ⁊ postea in redditione cause qualiter satis se referret ad illam: sed in casu nostro nec se refert ad propriam scripturam notarij: licet de ꝓpria testificatione. Itē non specificant cōtenta in priori testificatione: ⁊ sic videtur testificatio non valere s̄m Bald. in. l. preallega. maxime in hac causa criminali vbi agitur de maiori preiudicio: ⁊ sic cautius est agendum. ff. ad carbo. l. j. §. sed ⁊ si quis.
3 de elec. c. vbi periculum. lib. vj. † Illud autem constat testificationes factas in causa ciuili tanꝙ minus plenā fidem non facere in criminali tanꝙ magis plena ad finē cōdemnatiōis s̄m Bar. qui ita not. in. l. ij. ff. vi bono. rapto. per glo. que est in. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. iul. de vi. facit quod in simi. dicim⁹ quādo vtraqʒ causa est ciuilis: tamē vna plenaria altera summaria: q̄r acta facta in summaria ⁊ etiā sententia non faciunt preiudicium in plenaria. l. si qs a liberis. §. si vel parens. de libe. agno. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. penul. ⁊ qđ plene per Bar. in. l. q rome. §. duo fratres. ff. de v̄b. obli. in dist. in. iij. col.
4 ¶ † Super tertio quesito respondeo ꝙ vilitas persone notarij etiam cum infamia iuris non habet vitiare instrumentum[a] de quo fuit ab vtraqʒ parte rogatus ex quo nōdum erat depositus ab officio: etiam si post contractam infamiam vel vilitatem fuit rogatus s̄m Barto. qui ita determinat. ff. ad. l. iul. repetun. l. eandem. quinimmo etiam si cōmisisset falsitatem in officio tabellionatus propter quam veniret priuandus officio si tamen adhuc non est priuatus nec de falsitate condemnatus potest instrumenta conficere s̄m Innocen. in. c. fraternitatis. de hereti. ⁊ specu. in titu. de instrumen. edi. §. restat. versi. quid si tabellio. et Barto. in quodam consilio qđ incipit. ser Joannes. ⁊ Bald. in. l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. eccle. sʒ idē Bald. in. l. cunctos populos. de summa trinita. allegat contra Bart. glo. que est in. l. ij. §. miles. ff. de infami. Sed illa glo. nō ob. q̄r fateor quando infamia iuris est sufficiens causa ad priuandum notarium officio notariatus. ⁊ ita debet intelligi illa glo. sed anteꝙ sit priuatus notarius etiam post instrumenta conficere que sumunt efficaciam ab officio sibi collato ⁊ nōdū adēpto. ⁊ ita intelliguntur autoritates. s̄. allegate. ⁊ idem videtur idem Bald. declarare in. l. et militibus. C. de testamen. mili. Item idem Bald. distinguere videtur in dicta. l. cunctos populos. an crimen vel infamia sit notoria vel non. ⁊ allegat glo. in aut. de tabellio. §. penulti. pro qua distinctione facit. c. ad probandum. de re iudica. sed certe ista distinctio procederet quando commisisset tale crimen ex quo ipso iure priuatus esset officio notariatus per sententiam legis: quia talis sententia non faceret instrumenta que postea faceret esse nulla nisi crimen ex quo fuit priuatus esset notorium: sed quando priuatus est per sententiam hominis tunc talis distinctio non adhibetur: immo indistincte non valerent instrumenta postea confecta. Ita intelligit et declarat Bald. illam glo. que est in dicto §. penulti. in aut. de tabellio. in. l. ij. C. de senten. Sil'iter si est tale crimen ex quo nec per sententiam legis nec per sententiam hominis est priuatus officio: vt in casu nostro predicta distinctio locum nō habet: quia indistincte valet postꝙ in officio toleratur: negari tamen non potest q̄n aliqualiter fides attenuetur quando deliquit in officio faciendo instrumentum falsum: licet adhuc ab officio non sit depositus. C. de suscep. et archa. l. si aliquid. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. j. cum sua gl. secus si alio modo deliquisset. vt dictis iuribus not. Si ergo nō vitiantur instrumenta post confecta nihilomin⁹ confecta prius seu de quibus fuit primo rogatus ꝙ crimen esset contractum seu infamia: vt not. in specu. de instrumen. edi. §. restat. versi. restat. versi. quid si contractum sit. nec eorum fides attenuatur etiam si postea publicata fuerint: quia publicatio trahitur retro ad tempus rogitus cum habeat necessariam consequentiā ad illud. l. iij. §. minorem. ff. de minori. ⁊ in. §. j. ⁊ quod not. in l. damni. §. sabini. ff. de dam. infec. Inhibitio autem seu preceptum correctionis ꝙ non conficeret vel publicaret instrumenta ⁊c. non habet afficere vel vitiare instrumenta: quia non tollit officium. C. commi. vel episto. per totum. sed afficit personam illius vt de contemptu p̄cepti possit puniri. per ea q̄ plene in si. habent̄. C. de cōdi. ob cām. l. ea lege.
5 ¶ † Super quarto quesito breuiter clarum est ꝙ contradictio vnius ex testibus descriptis in instrumento non vitiat nec va-
b cillare facit[b] fidem eius postꝙ sunt alij testes in sufficienti numero qui non contradicunt: vt plene not. per glo. ⁊ Barto. in l. j. §. fina. ff. quēadmodum testamenta aperian. nec aliquid facit in contrarium eius fuga: quia illa aggrauat conditionem ipsius fugiētis seu cōtumacis. ff. ad sille. l. lege iul. l. nō autem aliorū. ad quas pertinent instrumēta. arg. l. si ideo. ff. de euict. ⁊. l. qui repudiantis. §. fi. cū alijs si. ff. de inoffi. testa.
6 ¶ † Super quinto dicēdū est ꝙ probationes facte super innocentia probanda per quēcunqʒ prosunt inquisito vel accusato etiam absenti ⁊ ignoranti ad absolutionem: quia etiam si nullus faceret: iudex tamen ex suo officio querere debet pro innocentia et ea reperta inquisitum absoluere. ff. de penis. l. si nō defendantur. Fortius ergo debet admitti quilibet ad probādū innocentiam prout in simi. iurisconsul. arguit. ff. de bono. possessio. l. seruus. Nō dico ꝙ admittat̄ nomine inquisiti etiā cū mandato: q̄r sic posset inq̄sito nocere: ergo ⁊c. l. penul. §. ad crimē. ff. de publi. iudi. Sʒ admittitur noīe suo: q̄r cuiuslibet cēsetur interesse rōne hūanitatis ne innocēs puniat̄. l. nō tm̄. ff. de appel. vel noīe reipublice cuius interest similiter. ff. de penis. l. absentē. sicut ei⁹ interest econtra ꝙ nocētes puniant̄. l. si a reo. §. qđ vulgo. ff. de fideiusso. l. ita vulnerat⁹. ad. l. aquil. l. bona fides. ver. latro spolia. ff. depositi. Et neutro casu poterit nocere sed prodesse inquisito prout in simili dicimus in cōiuncta persona agēte ꝓ cōiūcta. l. iij. §. sed si forte. iudicatum solui. ⁊ ꝓ hoc quod not. Bart. in. l. seruum. §. publice. ff. de procurato. et. C. de transactio. l. vbi pactum. ante finem. Maxime autem in casu nostro cum istius Ugolini intersit pecuniariter defendere instrumentum a falso prodesse debent dicte probationes saltem respectu sui interesse. per ea que not. in. l. si suspecta. ff. de inofficio. testamen.
7 ¶ † Sup sexto ⁊ vltimo dicendū videt̄ ꝙ ⁊ si dictus inquisit⁹ veniret cōdēnandus ꝓpter suā contumaciā tanꝙ habitus pro cōfesso ex forma statuti: tn̄ hoc nō deberet nocere dicto Ugolino: sʒ quo ad ipsum dʒ reputari instrumentū ꝓ vero: q̄r magis propter

a ¶ Instrumentum. Uide oīno Bal. ad hoc in cōsi. ccccij. in. v. pte. ⁊ in cōsi. lxiij. in. iij. parte.

b ¶ Facit. Uide tn̄ do. Bar. sozi. in ꝯsi. clxxj. inci. diu. v̄. qb⁹ p̄suppositis. ⁊ in ꝯsi. ccxiij. v̄si. circa aliud dubiū. in ij. parte. ꝙ q̄n testes descripti in instrumēto ꝯdicunt instrumento nedū q̄n oēs: sed etiā q̄n vnus solus ex necessarijs instrumētū non probat.

propter contumaciam suam videretur damnari ꝙ quia fouere
ret malam causam.l.si ideo.ff.de euictio.de inoffi.testa. qui re
pudiantis.§.fi.⁊ qd plene not. Bart.in.l.cuz filius.ff.de ver
bo.obliga.in questione disputata per eum. ⁊ per consequens
sequitur qd Ugolinus habet iustam causam petendi a iudice
inquirente ꝙ si euz condēnat declarat talem condemnationē
Ugolino non nocere.per ea que plene ⁊ ad ꝓpositū not. Bar.
in.l.asinā.ff.de appel.⁊ Inno.in.c.cū super.de re iudi. ergo de
bet exaudiri.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.j.§.j.
¶ Ego Paul.de cast.vtriusqz iuris doctor legens Bononie
dico et consulo idem quod.s.cōsultum est si non est probata si
mulatio contractus prout dicitur in alio consilio super quo ta
men nil dico: qr non vidit attestationes alterius partis.Nam
in dubio presumitur pro instrumento ⁊ ꝓ iuramento.C.de pro
ba.l.cum precibus.s.ꝙ contineant veritatem. ¶ Si vero pro
bata esset simulatio: scz ꝙ esset contractus pignoris non ven
ditionis: tunc iuramentum non videtur aliquid operari. per
glo.ordinariam que est.C.plus valere qd agitur.l.iij.⁊ per id
quod not. Bald.C.de oper.liber.l.j.quasi non habeat iurātis
voluntatem: quia dum dicit predicta oīa vera esse ⁊ fuisse po
test intelligi: scz si apparenter ⁊ non existēter.l.imaginaria. de
reg.iur.l.nuda.ff.de contrahen.emp.⁊ ad fidem me subscripsi
⁊ sigillaui: ante tamen ꝙ admittatur ad probandum de simu
latione videtur necessaria absolutio a iuramento: lz Bald.vi
deatur contradicere quia hoc est securius: ergo ⁊c.c.iuuenis.ex
tra de spon.qr in dubio videtur iurasse ꝙ sint vera apparenter
⁊ existenter: qr ita verba sonāt prima facie.ad qd facit qd in si
mi.not.in.c.venerabilē.de electio.per Innocen. Laus deo.

¶ Consilium.clxix.

1 ☞ Processus nō valet lite nō contesta. lz inferior a principe
mandauerit procedi summarie ⁊c.
2 Hoc consilium continet ꝙ actore non probante reus est absol
uendus: ⁊ talis sententia est diffinitiua.
3 Et volenti probare dñium non sufficit probare de sua vel an
tecessorum possessione: nisi sit tanti temporis ꝙ prescriptio po
tuit habere locum.
4 Nec malafides potest allegari per eū qui se dñm pretendit.
5 Et qui eligit viam incōpetentē: si ex actis vel al's appareat de
competenti non potest obtinere.
6 Nec iuramētum in supplementū probationis debet deferri cū
talis vnus deponit de eo qd non expedit nec cū est cōclusum in
causa nec in causis non parue quantitatis.



In christi nomine amē.

¶ Uiso quodā processu agitato Forliuij sup qua
dam terra ⁊ quadā vinea inter quandā dominam
Joānam viduā vxorē ⁊ heredem quondā Mar
ci seu procuratorem eius agentes ex parte vna: ⁊ quosdā posses
sores dictarꝫ rerū habentes causam in illis rebus a dño Forliue
sio legū doctore seu dictū dñm Forliuesiū veniētem ad causas
predictas defensorio nomine dictorū possessorꝫ ex altera: super
eo qd queritur que sint vel esse debeant partes iudicis in ꝓnū
tiando ⁊ sententiando. Respondeo ꝙ esse debent in absoluēdo
dictū dñm Forliuesiū seu possessores ad quorum defensionem
1 venit a petitis per dictā dñam vel ab obseruatione iudicij pro
pter nullitatē processus qui vltimus probatur: † qr in istis cau
sis nō reperio litem fuisse cōtestatā: ergo processus est nullus.
vt not.in.l.cōsentaneū. in prima glo.C.quomodo ⁊ quādo iu
dex.⁊ in aut.qui semel.eo titu.in glo que incipit.scz citatio. et
in.l.fi.§.illud.de tempo. appel.de his qui ad eccle.confu.l.pre
senti.de sentē.⁊ interlocu.omniū iudi.l.prolatā.cū ibi not.Nec
obstat ꝙ cōmissio fuit facta per dñm gubernatorem seu māda
tum factū fuit potestati qd in dictis causis procederem suma
rie ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij ⁊c. qr hoc facere non
potuit etiam si esset legatus de latere sine speciali cōmissione:
vt not.glo.que ad hoc cōmuniter allegaī in.c.fi.de hereti. lib.
2 vj.quia non potest inferior tollere legem superioris. vt in cle.
ne romani.de electio.† Primum autem ꝙ debeant absolui a
petitis: et sic diffinitiue posito ꝙ processus valeret probatur ex
defectu probationis non facte.C.de eden.qui accusare.de pro
ba.actorum.que sententia lata quia non probatum ꝙ sit diffi
nitiua: ⁊ sic ꝙ postꝙ in rem iudicatam transiuit non possit am
plius probari. probatur in.l.argentarius.§.cum autem.ff. de
eden.de re iudica.l.impatores.et expresse per glo.in dicta aut.
qui semel. que incipit.scilicet citatio.in fine.sentētia lata quia
non probatum est diffinitiua. Quod aute hic deficiant in pro
bando patet: quia ista domina egit rei vendicatione: et sic de
buit probare dominium directum vel vtile.l.in rem.in princi.
ff.de rei vendica.etiam si quis agat contra illum qui habuit ab
eo causam puta cōmodatarium vel depositarium: et imputet
sibi cur elegit rei vendica. non autem actionem cōmodati vel
depositi in quibus non requirebatur probatio dominij: vt pa
tent ista ex his que habentur et notantur in.l.ita vt si fur.ff.cō
3 moda.in glo.† Constat autem ꝙ ad probandum dominiū nō
sufficit agenti probare se vel suum autorem aliquando posse
disse: quia cum possessio sit diuersa a dominio.l.naturaliter.§.
nihil cōmune.ff.de acquirē.pessessione. Et sic potest esse ꝙ pos
sederit tamen non erat: vel est dominus prefata probatio non
concludit per regulam non probat hoc esse ⁊c.l. non hoc.C.vn
de cogna.de probatio.l. ad probationem. et ita dicunt glos. et
doctores in.l.cum res.C.de probatio. Unde et alibi doctores
dicunt ꝙ quando agitur de dominio directe seu quando domi
nium principaliter deducitur in iudicium non sufficit posses
sio preterita ad ipsum probandum nisi sit tanti temporis que
sufficiat ad prescribendum cum alijs requisitis puta lōgi tem
poris cum titulo et bonafide vel longissimi cum sola: et ista bo
4 nafides post.xxx. annos presumatur: † nec posset allegari ma
lafides etiam per illum qui se dominū pretenderet.vide Bar
to.in.l.fina.in fine.C.vnde vi.adde Bald.in.l. indicia.de rei
vendi.in.vj. questione bona fidi.vt not. in.l.penulti.ff.de con
di.institu. per Barto. extra de presumptio.c.illud.per Joan.
and. et not.in dicta.l. cum res.C. de probatio. Sed ista domi
na non probauit nisi possessionem Marci a quo habuit titu
lum pro herede: non autem tanti temporis vel cum talibus ꝙ
ex ea resultet probatio dominij: similiter et de se non probauit
nisi solam possessionem alicuius temporis: ergo debet succum
5 bere per iam dicta.s. et allega. † Imputet ergo sibi dicta do
mina cur egit rei vendica. debebat enim agere petitione here
ditatis in qua suffecisset probare possessionem defuncti: sz cer
te nec illa poterat agere postꝙ ipsa semel possedit bona here
ditaria vt ipsa asserit ꝓm quod not. et sensit glo.in.l.j.ff.de fi
deicommis. heredi. peti. et fuit opinio Azo. in summa. et ibi
etiam per Barto. Debuit ergo agere possessorio: scilicet con
di.ex.l.coloni.C. de agri et censi. vt expresse voluit Innocen.
in.c.sepe.de restitutio. spoliato.vel conditione ex.l. fina.C. de
acquiren. possessio. si poterat probare dominum Forliuesium
nomine dicte domine possedisse: quam ergo viam elegit hec
sibi pateat.l.penulti.§.fina.ff. quod metus causa. Nec potest
obtinere in hoc iudicio ex illo capite qd in alio potuisset: post
ꝙ viā cōpetentē non elegit: etiā si ex productis in hoc iudicio
de altera sibi cōpetēte appareat.ff.si pars heredi.peta.l.nō pos
sumus.et not. Innocen. in.c.j.de libel. obla.et patet ex no. in
preallega.l.ita vt si fur.ff. commo. Ubi poterat agere commo
dati et obtinuisset licet dominiū non probasset: ⁊ tamen si egit
rei vendica. et non probat dominiū non obtinet.facit.l.habe
bat.in princip.cum ibi no.ff.de institu. Sic ergo patet ꝙ nihil
prodest huic agenti ꝙ dominus Forliuesius tenuerit iure fami
liaritatis cum et si precario nomine dicte domine tenuisset nō
potuisset dicta domina etiam agendo contra ipsum de directo
rei vendi. obtinere nō probando dominium ad quod se arctas
set videī sic agendo: multominus agendo cōtra illos in quos
prefatus dominus Forliuesius transtulit: quia sic videtur pos
sessio. interuertisse.d.l.fina.ff.de acqui.posses.ff.eodem.l.iij. §.
prosperans.et si etiam fuisset cōtinuata possessio Marci in di
ctam dominam ex forma statuti Forliuiensis: tamen desijt di
cta domina possidere ex dicta translatione facta in alios per di
ctum dominum Floriuesium.vt.d.c.ꝙ seruus.⁊ sic non potuit
dicta domina prescribere.l. naturaliter.ff. de vsur. Sequitur
ergo id quod dixi: quia durius est euellere a dictis possessoribꝯ
ꝙ a dicto domino Forliuesio qui non possedit. Predictis ve
ro videtur ob.dictum domini Nicolai de matta. quod refert ⁊
tenet Bald.in dicta.l.cum res.C.de probatio.qui tenuit ꝙ suf
ciat agenti rei vendi. probare ꝙ ille a quo titulum habuit diu
possederit intelligendo diu: scilicet arbitrio boni viri seu iudi
cis. Sed illud dictum nō placet: et cōmuniter alij doctores di
cunt contrarium. Nam si illi actori non suffecisset probare suā
possessionem preteritam si ipse egisset. per not. per Bart.in di
cta.l. penulti.ff. de conditio.institu. et per Joan. and. in di
cto.c.illud.de presumptio.similiter non debet prodesse sucesso
ri suo causam habenti ab eo.argu.l.fina.§.j.ff.ad velleia.de re
6 gu.iur.l.in his.§.non debeo.⁊.l.heredem.† Ex his apparet nil
prodesse dicte domine iuramentum sibi delatum in defectum
probationis. Tum quia hic non est dare etiam semiplenā pro
bationem que fit per vnum testem deponentem de eo quod ex
pedit: ⁊ de quo si duo deponerent facerent plenaz probationē.
vt not.in.l.admonendi. Sed hic deponunt de eo qd non expe
dit: idest non sufficit: scilicet sola possessione defuncti de qua si
mille deponerent non probaretur dominium sed sola pessessio
preterita: et sic nil est qd suppleatur. Tum etiam quia tale iu
ramentum non debet nec potest deferri post conclusionem in

causa: vt not. Bar. in. l. admonendi. circa fi. dicens ꝙ ita obseruat consue. Certe etiā iure fulcit̄ cū prefatū iuramētū inde probationē habeat que post conclusionē in causa fieri nō pōt. per ea que not. Inno. in. c. pastoralis. de cau. pos. ⁊ ppȓie. hoc etiā tenet Bal. in. l. generaliter. in fi. prin. C. de iureiurā. dicens ibi esse casum: tamē etiā qꝛ in causis nō parue quantitatis nō de- a bet deferri[a] actori sꝫ potius reo si petat: vt hic fuit. vt no. in. d. l. admonēdi. ⁊ hic nō est parua quātitas. Concludit̄ ergo vt. s̄. dixi. s. dictos conuentos debere absolui seu dictū dn̄m Forliuesiū eos defendentū. ¶ Et ita dico ⁊ cōsulo ego Paulus de castro vtriusqꝫ iuris doctor et ad fidem me subscripsi et sigillaui.

Laus deo.

¶ Consilium. clxx.

☞ Hoc consilium continet ꝙ noui canonici nō cōcurrant cū veteribꝰ canonicis ad distributiones quotidianas nec ad mortuaria ⁊ anniuersaria rationibus de quibus hic.



In christi nomine amē.

¶ Uiso puncto contrascripto ⁊ his q̄ scripta ⁊ cōsulta sunt per ꝫscriptū eximiū doctorē dn̄m Frāciscum super primo quesito facit dubiū prima facie: † qꝛ si isti nouiter recepti in canonicos volunt interesse diuinis ⁊ horis canonicis nō videt̄ iustū ꝙ quotidianis distributionibus fraudētur[b] que dantur pro labore ⁊ operis pretio date censentur. ff. pro socio. l. cū duobus. §. si in coeūda. iūctis his que not. in addi. specu. titu. de preben. super rubrica. Unde videtur ꝙ debeant eis dari de cōi mensa antiquorū canonicorꝫ. de preben. c. pro illorū. in fi. cū ibi not. in glo. ⁊ qđ habet̄ ⁊ nota. in. c. cum. M. ferrarieñ. de consti. vbi dicūt doctores ꝙ recepti vltra numerū debent habere quotidianas distributiōes de superexcrescentibus fructibus ⁊ cōmuni mensa: quinimmo etiā prebende noue vidētur de illis fiende vt ibi patet. Posito ꝙ p hoc aliquid diminuat̄ antiquis: qꝛ sanctiꝰ videt̄ hoc esse q̄ ꝙ nouis victualibus fraudent̄ ⁊ debitis stipendijs pro labore. arg. ff. de ventre in pos. mit. l. j. §. j. ⁊. ij. seu ꝙ retrahantur ab interessendo diuinis ⁊ canonicis horis: ad qđ debent potius beneficijs ⁊ munificentijs inuitari. arg. C. de bonis que libe. l ij. ver. prospiciendū est enim. de dona. ante nup. si constan. in pn. Nec debet dari ei materia pigrius accedendi ad horas canonicas ⁊ ecclesiam honorandi. arg. ff. de acqui. here. l. iul. post pn. Uel aliqd fieri ppter qđ scrupulosa corda moueant̄ vidētes veteres pcipere ⁊ se nō: cū tn̄ pariter laborauerint in diuinis. arg. C. de alluuio. ⁊ pal. l. fi. ff. de mino. ꝙ minor. §. sceuola. ibi laboribꝰ ⁊c. Sꝫ hec oīa tollunt̄ ex pluribꝰ. Primo ex voluntate pape qui voluit predictam bullam taliter debere nouos creari ꝙ nullū fieret preiudicium veteribus: nec in sectione prebendaꝝ nec in sectione distributionum quotidianarum: vt patet in ver. ita tamen ⁊c. qđ etiam fieri debuit de iure. de preben. maioribꝰ. ⁊. c. vacante. de consti. cum. M. ante fi. ibi. prebendas cum integritate percipientibus ⁊c. Al's veteres canonici de adiunctione nouorum haberent tristari ⁊ dolere. Et pro laudibus decātandis dolendo canerent illud Esaie. c. multiplicasti gentem ⁊ non magnificasti letitiam. sed potius tristitiā. ⁊ retraherent̄ ipsi a diuinis: qꝛ durius esset eis perdere de eo qđ recipere consueuerunt q̄ ꝙ de nouis nil recipere cum nō sint adhuc soliti recipere: vnde nil noui videbitur eis fieri sed primis sic: ideo magis est tolerandū ꝙ ipsi nō acquirant q̄ ꝙ illi perdant acquisitum. arg. ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. merito. ⁊. §. si quis a principe. iuncta. l. qui autem. in princi. ff. que in frau. credi. cuꝫ concordan. in ratione sui. facit. c. dilecto. de verb. signifi. Censetur ergo voluisse papa ꝙ fierent noue prebende pro nouis canonicis ⁊ etiam noua mensa cōmunis ex qua haberent quotidianas distributiones: ⁊ taliter ꝙ noui equarētur veteribus ne in eadem ecclesia vel capitulo essent disparis conditionis canonici. arg. in cle. j. de elec. quia nō posset aliquid dari nouis de mēsa cōmuni quin diminueretur veteribus. hoc autē vltimuꝫ expresse fieri prohibuit: ergo ⁊ primum prohibuisse censetur cum idem sit iudiciū de cōnexis. de consti. c. translato. ff. de sepa. l. j. §. preterea. de admini. tuto. ita autem. §. si tutor. ⁊. l. tutor qui tutelam. post prin. ¶ Tolluntur etiam predicta in coutrariū allegata: qꝛ isti noui canonici acceptando canonicatum ⁊ prebendas nouas virtute dicte bulle censentur acceptasse cuꝫ omnibus conditionibus ⁊ qualitatibus inherentibus ex tenore illius: ⁊ sic non possunt conqueri si nil percipiunt de mensa illoꝝ. argu. ff. de acquiren. heredita. si duo. in fine. que bene facit de acquiren. possessio. pomponius. §. cuꝫ quis. de manu. l. gaius. in fi. ¶ Tertio tolluntur predicta: qꝛ predicti noui canonici saltim habent prebendas: vnde patienter possunt expectare ꝙ creatur noua mēsa ex qua habeant distributiones: ⁊ nihilominus debent interesse in horis canonicis: quia non debent habere illas prebendas gratis: et sic possent cogi per subtractionem reddituum prebende. sed in. c. pro illorū. ⁊. c. cum. M. nullas habebat prebendas vt in eis patet. Preterea in illis fuerunt recepti ex mera voluntate veterum: vnde sibi generarent preiudiciū hic ex quadam necessitate: ergo ⁊c. vt in illis not. per docto. Concluditur ergo in hoc primo: vt. s̄. consultum est per dominum Franciscum.

¶ Super secundo vero quesito dicendum est ꝙ mortuaria: id est anniuersaria pro mortuis preteriti temporis que inceperūt deberi. c. ex testamentis iam mortuorum pertinent insolidū ad antiquos canonicos: quia sunt effecta de mensa illorū: nec aliquid habent participare noui canonici: quia hoc nō posset fieri quin veteribus diminueretur qđ prohibituꝫ est per bullam: mortuaria vero noua q̄ decetero obuenient si sunt talia de quibus possint participare sine damno veterum: vt sunt illa que offeruntur cuꝫ mortuis singulariter cuilibet canonico: vt cerei ⁊ candele ⁊ nūmus qui poneretur in manibus singulorum: et de illis non est dubium ꝙ participare possunt noui: nec veteres possunt hoc prohibere cum eis non noceat et illis prosit. ff. de aqua plu. arcen. l. ij. §. idem varus. de euictio. l. in creditore. solut. matri. l. ij. in princip. ⁊ quod ibi not. Solum enim in hoc onerantur soluentes qui habebunt decetero dare pluribus q̄ primo. iuxta not. per Cy. C. de serui. ⁊ aqua. l. nō modus. de decimis. suggestum. de censibus. c. quanto. Si vero sunt talia de quibꝰ non possunt participare noui sine preiudicio veteruꝫ: vt sunt illa que dātur vel relinquūtur in cōmuni capitulo sancte reparate: tunc adhuc est idem dicendum: licet tunc antiqui possent magis conqueri de adiunctione nouorum: quia in hoc illorum conditio efficitur deterior cum diuidi habeant inter plures que prius diuidebantur inter pauciores. de constitu. in c. cum. M. ferrarien. in princip. Nam propter vtilitatem illorum priuatam non debebat omitti vtilitas publica ⁊ honor et decus ecclesie que consistunt in augmento canonicorum. C. cōmunia delega. aut. res que. in fi. ⁊ quod plene not. in. l. j. in fi. ff. solut. matrimo. et ideo potuit per hanc adiectionem nouorum fieri in hoc deterior conditio antiquorum. argu. bonum. ff. de separa. l. j. §. j. ibi. ex cōmissis autem ⁊c. Cum enim vnum tantum sit capitulū ꝙ constat ex veteribus ⁊ nouis non plura. argu. ff. de excusa. tuto. l. iuris peritus. §. cum oriundus. sequitur ꝙ quicquid decetero prefato capitulo relinquatur debebit inter omnes diuidi s̄m antiquam consuetudinem diuidendi. ff. de colle. illici. l. iij. in prin. Et si aliud diceremus sequeretur absurdum ꝙ nunq̄ noui de talibus participarent: nec ars lane cui commissa est gubernatio. Posset circa hoc prouidere licet in alijs redditibus prouidere posset: quia posset facere mensam nouam vel augere veterem de nouis fructibus: sed imponere legem testatoribus in modo relinquendi non. Et papa intelligitur reseruasse ius veteribus ne diminuatur in his in quibus ars lane potest prouidere nouis sine diminutione fiēda veteribus vt in faciendo nouā mensam ex nouis fructibus nouiter acquirendis que postq̄ facta erit equalis prime poterit vniri cum prima ne sint due mense cum non sit vnum capitulum. et hoc de secundo.

❡Uiso quodā saluocōductu cōcesso ꝑ dn̄os antianos cōsilium ⁊ cōe ciuitatis Anchone Berengario mercatori de Barzalona: visaqz petitione porrecta ꝑ ser Jacobum ⁊ Joannem petrū de Anchona ꝓcuratores ⁊ ꝓcuratorio noie Jacobi acotanti mercatores de Barzalona cōtra dictum Berēgariū. Uisisqz rn̄sion̄. dicti Berengarij exceptionibus ⁊ replicationibus factis in causa corā Paulogeorgio de Anchona consule catalanorū ꝑ dn̄m regē Aragonū deputatos in Anchona. Reuocat̄ principaliter in dubiū: vtrū dictus saluusconductus prosit dicto Berengario vt nō teneat̄ respondere dicte petitioni vel corā dicto cōsule sup contentis in dicta petitione. Ad qd dicendū est nō prodesse pluribus rōnibus. Prima quia si bene inspiciatur dictus saluuscōductus fuit cōcessus q̄tū ad officiales cōis Anchone: sicut pz ibi dū dicit. officialibus gentibus ciuibus ⁊ subditis nostris ⁊c. non q̄tum ad ipsum Paulūgeorgium qui habet iurisditionem a rege Aragonū: neqz em̄ verisimile est ꝙ voluerint turbare iurisditionem regis Aragonū. C. de testa. l. cōsulta diualia. ⁊. l. testamenta. quam dict⁹ rex in dicta ciuitate de voluntate dicti cōmunis exercet. vnde cū semel cōsenserit non est credendū ꝙ turbare eam voluerit. arg. ff. de aqua plu. ar. l. in diem. in fi. p̄n. Et si dicatur iste cōsul est ciuis Anchonitanus: igitur cōprehēdit̄ sub dicto saluocōductu dū dicit ciuibus nostris. Rn̄detur ꝙ hoc non facit vt ciuis: sed vt consul: igitur ⁊c. argu. ff. de adop. l. si pater. §. qui duos. Itez si dicat̄ ipse nō est cōsul: q2 fuit constitutus a patre istius regis moderni ad beneplacitum suuz: vt patet ex eius littera qd beneplacitum finitum fuit morte ipsius. ff. loca. l. iiij. ⁊ in. c. si gratiose. de rescrip. lib. vj. ⁊ postea non fuit cōfirmatus per regem mo-
1 dernū: igitur ⁊c. Respondetur ꝙ hoc allegare nō potest dictus Berengarius duplici rōne. † Prima q2 ipsum cōtrariuz cōfessus fuit in prima responsione quā fecit ad dictam petitionem dicendo ꝙ dictus Paulusgeorgius erat suus iudex ⁊ consul catalanoruz. vnde non potest venire cōtra suam confessionem. C. de non nume. pecu. l. generaliter. Secunda quia rex modernus passus fuit ⁊ patitur ꝙ ipse Paulusgeorgius gerat se pro consule: vt pz ex littera sibi directa ꝑ vicariuz regis: vbi appellat eū consulem ⁊ tanq̄ cōsulē reqrit ex parte regis. vnde censet̄ de nouo constitutus cōsul. ff. de exerci. l. j. §. magistrū. ⁊ ibi expresse ꝑ Guil. de cu. facit. l. fi. in fi. ff. qd cum eo.

❡Sed predictis obstant. Primo contra primuz: q2 licet sic cōfessus fuerit: non tamē potuit facere iudicem illum qui nō erat. C. de iurisdi. om. iudi. l. priuatorum.

❡Secūdo cōtra scd̄m q2 littera predicta emanauit a potestate regis de cuius potestate ignoramus an sit talis ꝙ possit istum de nouo cōstituere in cōsulē: non aūt a rege: ⁊ sic non probat regis patientiam: igitur dictus Paulusgeorgius quousqz litteras huius regis ostendit non habetur pro consule. C. de mand. princ. l. vnica. de offici. delega. c. cū in iure. Preterea etiā si a rege talis lr̄a emanasset in qua appellasset ip̄m cōsulem nō videretur ꝑ ipsam de nouo ꝯstitutus. vt in cle. si sumus. de sen. excō.

❡Sed ad primum respōdet̄ ꝙ ⁊ si ꝑ talē cōfessionē non potuisset facere istum consulem si non erat: preiudicat tamen vt ipse non possit hoc allegare ne veniatur ꝯtra suā cōfessionem: vt. d. l. generaliter. Et sic vbi primo incubuisset onus probandi alteri pti ꝙ esset consul: per hanc cōfessionē releuata est ab hoc onere ⁊ incumbit ipsi Berengario probaudi onus ꝙ consul non sit cum ipse Paulusgeorgius ⁊ altera pars contrarium asserat. ff. de pos. l. publia. §. fi. quod erit sibi non solum difficile sed pene impossibile. Potuit enim de nouo constitui a rege moderno ꝑ aliquam litteram ipsi Berengario ignotam quā non interuenisse impossibile quasi est ⁊ probare. l. actor. C. de probat̄. ꝙ autem interuenerit pars altera probare non habet propter dictaz confessionem per quā ab hoc onere releuata est. Preterea dicta confessio non solum videtur inducere ꝓbationem: sed etiā conferre iurisditionem non habeuti si Paulusgeorgius publice se gessit pro consule catalanorum: q2 loco ordinarij se gessit cū talis iurisditio sit ad vniuersitatem causaruz in certo loco. ⁊ sic videt̄ fuisse ordinaria in vita illius regis q̄ euz cōstituit. ff. de offi. prefe. vrbis. l. j. §. cum vrbem. ⁊ qd not. Barto. in. l. ⁊ q2. de iur. om. iud. ⁊ Inno. in. c. cum ab ecclesiaꝝ. de offi. ord. Si ergo post mortem dicti regis habuit se pro cōsule ⁊ talis fuit reputatus ꝑ tali dz haberi quousqz tolerat̄. ff. de offi. p̄to. l. barbarius. Igit̄ potuit iste cōsentire in eū tanq̄ in iudicē posito ꝙ al's nō fuisset sue iurisditiōi supposit⁹. C. de iur. om. iud. l. j. ff. de iudi. l. j. ⁊ ita no. v̄r exp̄sse Spe. in ti. de cōpe. iud. adi. §. j. v̄. qd si priuati. vbi tenet ꝙ sicut priuati possunt prorogare iurisditionē ordinariaz illius qui vere est iudex: ita iudicis qui pro iudice se gessit ⁊ gerit. Constat autem ꝙ cōsensus iste nō solum cēsetur prestari litē cōtestando: sed etiā p̄ter cōtestationem corā ipso iudice expresse consentiendo: vt no. per Cy. ⁊ Guil. de cuneo in. l. est receptū. ff. de iur. om. iud. vbi quasi casus. ⁊ ꝓbat̄ in. c. j. extra de iudi. vel obmittendo opponere exceptionē declaratoriā fori ⁊ aliā tangētē merita cause ꝓponēdo. ff. de iud. l. sed ⁊ si susceperit. in p̄n. de re iud. inter mon. ⁊ no. ꝑ Barto. in. l. si cōuenerit. ff. de iurisdi. om. iud. ⁊. l. q̄dā cōsulebat. de re iud. Iste aūt Berengarius vtrūqz fecit: quia expresse consensit dum illū cōsulem ⁊ iudicem suum esse cōfessus, est ⁊ vlterius obmissa exceptione incōpetentie opposuit exceptionē peremptoriā. s. satisfactiōis. vn̄ ex hoc videt̄ petijsse sup ea ꝓnuntiari censet̄ in eū vt in iudicē consensisse ꝺm Bar. in dictis locis. ⁊ potuit hoc facere ꝺm Spec. in. d. v̄. quid si priuati. Un̄ sequitur ꝙ etiam si re vera non erat consul de nouo creatus valet prorogatio ꝺm Specu.

2 ❡†Ad scd̄m rn̄det̄ in dicta littera vicarius regis predictus p̄cipit seu reqrit ex parte regis: ⁊ sic p̄sumitur de regis voluntate dicta littera emanasse: de qua voluntate credendum est littere dicti vicarij tanq̄ precellentis. xcvij. di. nobilissimus. ⁊ qd not. de priuile. c. cum olim. el. j. Preterea patientia dicti vicarij videtur sufficere qui in dubio censetur habere eandem potestatez quā ipse rex. arg. C. de offi. eius qui vi. al. ge. l. ij.

❡Ad tertium rn̄deo ꝙ cle. si sumus. de sentētia excōicationis. loquitur de dignitatibus ecclesiasticis q̄ sunt perpetue ⁊ conferuntur cū magna examinatione: vt in. c. cū in cunctis. de ele. iō per tales litteras non acqritur ius nō habenti: q2 posset fieri cōtra canonicas sanctiones vt indignis acqrerent̄. sed nos loquimur de quodā iudicatu ⁊ officio tēporali ⁊ ad nutū reuocabili ī quo talis examinatio non reqritur nec de tāto agit̄ preiudicio: vnde sufficit sola scientia ⁊ patiētia ꝺm Guil. de cuneo in. d. l. j. §. magistrum. de exerci. que per tales litteras probatur aperte.

❡Item adhuc posset quis instare ꝙ rex Aragonum non potest iurisditionem exercere in ciuitate Anchone per suum com-

missariū: quia speciale est in casu cle. quāuis. de foro compe. q̄s in alieno territorio exercet iurisditionē ordinariam inter suos subditos z sedet pro tribunali: igitur in contrariū est ius commune: vt ibi no. per doc. z probatur in. l. j. §. fi. ff. ad muni. Sed respondeo verum est ibi esse casum specialem in quo potest hoc fieri etiā inuito illo iudice in cuius territorio iurisditionem exercet: sz si hoc facit illo consentiēte tunc est regulare q̄ potest fieri fm Inno. qui ita no. de offi. leg. c. nouit. Sed communitas an-
3 cbone credendum est q̄ ꝯsentiat in hoc dicto regi: ergo zc. † Sz cōtra q̄ etiā illa cōsentiente non possit quia iurisditio ordinaria coheret territorio. C. vbi z apud quem. l. fi. z sic extra territorium exerceri non potest. vnde tenent quidam: vt Bal. per hāc rationem q̄ etiam de voluntate partiū fieri non possit. z sic de loco ad locum non habeat locum prorogatio iurisditiōis: quia extra suum territorium est priuatus. Sed contrarium communiter tenetur per. l. quero. ff. de sol. per. c. statutū. §. illo. de rescrip. lib. vj. Et ad contrarium rńdetur q̄ ordinaria iurisditio nō coheret territorio eo modo quo qualitas subiecto vel seruitus fundo principaliter fundatur z coheret psone: sed exercitiū restringitur ad locū ne fiat alteri ordinario p̄iudicium z de dec. vt no. Bar. in. l. j. ff. de iurisd. om. iud. circa fi. Si ergo iudex alterius territorij cōsentit nullum fit sibi p̄iudicium vel dedecus: igitur potest q̄s in alterius territorio iurisditionem que apud se ē exercere ipso consentiente cum eam habeat vt dixi: z si pōt pro se: ergo z per alium illo cōsentiente: vt in regula iuris. q̄d q̄s. li. vj. z q̄d plene not. in. l. ij. ff. de admini. rerum ad ciui. perti.

¶ Ex quibus oībus cōcludit iurisditio dicti cōsulis tanq̄ nō pertinens ad cōmune Anchone sed solū iurisditio z officiū officialiū ipsius cōis Anchone. Scd̄o dico dictū saluūconductum nō prodesse dicto Berēgario: quia in eo excipiunt casus in quibus ipse posset cōueniri in Anchona rōne alicuius instrī publi-
4 ci vel autentice scripture. † Sed iste potest cōueniri ibidem z coram dicto consule triplici ratione. ¶ Primo rōne originis: qz oriundus de Catalonia z sic subditus regi aragonū. Unde hac sola ratione attēta etiam si alie cessarent pōt cōueniri sub commissario dicti regis vbicūq̄ ipse cōmissarius exercere pōt iurisdi. ff. ad munici. l. assumptio. in princi. z. §. j. C. de muni. z ori. l. pe. z antepe. z no. in. l. heres absens. ff. de iudi. in glo. que ponit casus in quibus quis sortit forū. Et pricipaliter pro talibus catalanis qui non sortiunt forū Anchone rōne cōtractus vel alia de causa videtur dictus consul ibi creatus: vt pz in littera cōsulatus que est generalis ad omnes catalanos ibi declinātes. Illi enim qui alio modo sortiuntur forum poterant cōueniri corā magistratibus Anchone. vnde non multū erat necessarius consul p̄dictus. ¶ Scd̄o potest ibi conueniri ratione rei de qua agi speratur: qz rei vēdicatio pōt intentari in loco vbi res est. C. vbi in rem actio. l. fi. Sed ex libello z narratis in eo appet q̄ intendit pcur. actoris rei vē. intentare pro rebus existibus in Anchona: ergo zc. ¶ Tertio potest ibi conueniri rōne ꝯtus: vt pz ex tenore instrumenti ibi dū dicit. vbiq̄ zc. ar. de fo. cōpe. cū dilecti. z. j. patebit apertius.

¶ Unde pro maiori declaratione z vt tollant omnia obiecta opponitur contra per ordinem.

¶ Et primo cōtra primū: qz lz sit catalan⁹ origine tū hz domiciliū in rodio: igit ibi tū dz cōueniri. C. de iurisdi. om. iud. l. ij. z nō ad aliū locū trahi. C. de epis. z cle. l. oēs. Sz rńdeo verū est nisi in loco originis inueniat nō tanq̄ viator. e. l. oēs. §. in hac autē. el. ij. z no. i. l. heres absens. ff. de iud. al's frustratori⁹ esset forus ꝗ ꝯhit rōne originis dūtaxat vt pz ad sensum. Item ad idē opponit de statuto cōis Anchone p q̄d forensi cōtra forensem nō reddit ius. sz glo. dz itelligi. s. p magistratus dicti cōis q̄bus potuit legē imponere: nō de magistratibus regis aragonū q nō ligant dicto statuto. l. fi. ff. de iurisdi. o. iud. z sic nil ad p̄positū.

¶ Cōtra scd̄m opponit: qz ex libello non apparet q̄ velit actor intentare rei vendicationē sed actionē psonalem. Respondeo immo vtraq̄ colligitur. nam narrat res z mercantias ibi portatas pertinere ad agentem iure dn̄i virtute instrī. ex quo colligitur q̄ reddita rōne quā petit reddi si apparebit debitor z non resoluat intendit rei vendicationem intentare: sic enim ex verbis cōcipi pōt: igitur zc. de li. z posthu. l. gallus. §. j. sicut igitur in rei vend. sortitur Berēgarius ibi forum: ita z in p̄paratorijs eius. l. ad rē. z. l. ad legatū. ff. de pcu. sed ea que petuntur nūc sic ri sunt preparatoria: igitur zc. ¶ Item ad idem op. quia ex dicto instrumento non transfertur dn̄ium rerum ipsius Berengarij solis verbis ibi cōtentis cum requiratur traditio. C. de pac. l. traditionibus. sed in dicto instrō non cōtinetur traditio vera vel ficta: z si contineretur non sufficeret: quia non continetur verus titu. donationis vel alius fm no. in. l. si rem aliquam. ff. de acqui. pos. per Barto. C. loca. qui rem. per Cyn. Sed respōdeo continetur confessio per quam licet non transferat tū pro-

batur per dn̄m esse illius agentis quousq̄ contrarium pbet. vt no. C. de iur. z fac. igno. l. cum falsa. Non autem potest probare cōtrariū nisi per intitulationē: vt quia suo nomine emit. iuxta no. in. l. si patruus. C. cōia vtri. iudi. Huic autem probationi renuntiasse censetur dictus Berengarius in dicto instrumēto dū asserit nō obstante tali intitulatione res omnes ad dictum Jacobum pertinere cui probationi videt potuisse renuntiari. ff. de pac. l. pactū inter heredem. C. eo. ti. si q̄s in scribendo. cum si.

¶ Itē ad idē opponit: qz dicta cōfessio est generalis z sine cā: ergo zc. l. cū de indebito. in fi. ff. de proba. Sed rńdeo generalitas nō nocet: qz nō parit hic obscuritatē z tn̄ operat in suo genere q̄tū spālis in spē. l. si duo. ff. de admi. tu. Item defect⁹ cause nō nocet: qz illa regrit in cōfessiōe debiti psonalis nō in cōfessione dn̄ij: vt no. Cy. i. d. l. cū falsa. C. de iur. z fac. ig. sicut z in libello: qz si agit psonali opz cāz exprimere: secus si reali. ff. de excep. rei iud. l. z an eadem. §. actiones. z. l. si mater. §. eadem.

5 ¶ † Nūc cōtra tertium opponit: qz illa dictio vbiq̄ posita ī instrumento nil videt facere ad propositū: non eñ fuit intētio Berengarij p illā dictionē se obligare ad soluendum vbiq̄: sed q̄ actiones q̄s cedebat posset cessionarius vbiq̄ exercere. z sic necessario refert ad alios ꝯ quos fiebat cessio nō ꝯtra Berēgariū q ꝯtra seipsum cedere nō poterat: vt no. Bart. in. l. si culpa. ff. de rei ven. Sed ad hoc rńdetur q̄ etiam ad ipm Berengarium refertur illa dictio vbiq̄. q̄d sic pbat. Nam ipse tria facit. Primo enim confitetur q̄ omnes res z que reperient penes se quousq̄ reddiderit rationem z reliqua sunt ipsius Jacobi. Scd̄o super illis rebus cessit actiones. Tertio per stipulationem promittit oīa. s. dicta facere zc. vt pz ex fine instrumenti. Rōne primi nō trāstulit dn̄ium rerū q re vera essent sue: vt no. in. d. l. cum falsa. sed induxit contra se pbationem: vt. s. dixi. Rōne scd̄i similiter nō trāstulit dn̄iū sine possessione: vt no. Dy. in. c. pro possessore. circa fi. de re. iur. z in Spec. de ces. act. §. j. v. item qd si mihi cedis. sed bene transtulit vtilē rei vendicationem tam cōtra alios possessores illarū rerū q̄ cōtra ipm Berengarium. ca sus est in. d. l. si culpa. de rei ven. cōiuncta. l. j. C. de actio. z obli. vbi habet q̄ ex cess. trāsfert vtilis: sed exercitium directa non transtulit contra se: qz ille intentantur noīe cedentis: z sic esset q̄dam repugnātia: vt no. Bart. in. d. l. si culpa. ꝯ alios vero sic. Ratione vero tertij. s. promissionis z stipulationis contente in fine instrumenti dico q̄ dictus Berēgarius censetur se obligasse ad tradendū dictas res fm q̄ ex superioribus cōp̄rehēdit q̄d sic probatur. si enim verba posita in fi. dicti ꝯtus intelligerent simpl'r prout iacēt esset sensus q̄ ipse promitteret eo modo quo ꝯ. confessus est. s. q̄ omnes res sunt ipsius Jacobi: z sic esset concepta stipulatio z tēpus pn̄s z nullū effectū importaret in futurū q̄d est ꝯ naturā stip. z ideo esset inutilis. l. v. §. stipulatio. ff. de ver. ob. Hoc autē dicere non debemus si possumus aliū intellectum dare. l. quotiens. ff. de reb. dub. Debemus ergo dicere vt voluerit importare aliquid in futurum q̄d esse non potest aliud nisi traditio z restō ad quā censetur se obligasse per dictum instrumentū: z hoc esse verum probatur in fi. ff. de euic. l. si ita ge. per quā Barto. determinat in. d. l. v. §. stipulatio. de ver. obli. q̄ qn̄ stipulatio est accessoria ad alium contractū vel actum: lz concepta sit per verba de presenti tamen importat effectum de futuro fm naturā illius cōtractus vel actus super quo facta est. Et ita est in casu nostro: quia est accessoria ad precedentia: scilicet cōfessionem z cessionem. Ex quibus tolluntur omnia q in cōtrarium allegantur: quia virtute dicti instrumenti z obligationis in eo contentis z virtute illius dictionis vbiq̄ pōt dictus Berēgarius conueniri Anchone z sic vendicat sibi locū reseruatio facta in saluocōductu: z per ꝯn̄s sibi nō prodest saluuscon ductus. Cum enim videatur cessisse rei vendicationem etiā cōtra seipsum Berengarium: vt. s. dixi. Et actum fuit q̄ actione cessa posset vti Jacobus vbiq̄ seu vbicūq̄ esset res vel persone contra quas cedebatur: pz q̄ sub illis verbis etiā ipse cōprehēditur. z sic potest ibi cōueniri tam reali vtili ex dicta cessione q̄ personali oriente ex dicta stipulatione ad tradendū que regulatur fm regulam super qua interposita est. Potest etiam conueniri directa asserendo se directum dominū z ad probationē dominij inducere confessionem dicti Berengarij. ¶ Sed opponitur q̄ non sit verum vt videatur cessisse rei vendicationem non habet q regrit extra ma. s. dn̄ium ex parte agentis z possess. vel detentionem ex parte alterius. s. contenti: ergo tēpore quo Berengarius possidet non habet rei vēdicationem cōtra seipm. ff. vti pos. l. j. §. interdictum aūt. C. de ali. iudi. l. vnica. ergo nō potuit eam cedere: igitur iure cesso non potest Jacobus vti cōtra Berengarium pro rebus a Berengario possessis. Sed respondeo verum est q̄ dominus z possessor non habet rei ven. in actu: sed bn̄ hz in habitu ratione dominij: ex quo solo oritur rei vendicatio fm Pet. z Cy. in. d. l. vnica. vnde potest eam cedere: et tunc apud

tunc apud cessionarium erit etiam in actu cum ipse non possi-deat. vt probatur in.d.l.si culpa. Unde tenuit Pet. ꝙ ille qui donat vel legat actiones suas videatur legare rei vendicationē pro rebus ipsius legantis z ab eo possessis cum eam habeat in habitu. Et licet ista determinatio reprobetur per bal.ibidem: non tñ ex eo ꝙ rei ven.non habeat in habitu: sed ex eo ꝙ simpliciter legando actiones suas censet legasse solum illas quas habet in actu z habitu non quas in habitu tñ vt in potiori significatu verba intelligātur.l.j.§.qui in ppetuū.ff.si ager vec.vel emphi.pe. Sed qñ cedens expsse se refert ad res quas ipse possidet z ratio cessat: qz cōstat ꝙ intendit cedere illas quas habet in habitu tantuz: z pz in.d.l.si culpa. ¶ Itē opponitur ꝙ illa dictio vbiqz non sufficiat vt possit vbiqz cōueniri nisi etiā vbiqz soluere promittat.l.si conuenerit.ff.de iurisdi.om.iu.cū ibi no. Sed respondeo ꝙ hic censetur promisisse vbiqz soluere.i.restituere res vbicūqz fuerint inuente ẜm qđ in superioribus dixerat: z qz ita est de natura rei vēdica.vt res possit peti vbi est z ibi sit restituenda.l.fi.C.vbi in rem actio.ff.de iudi.l.quod legatur.§.fin. z stipulatio debet intelligi ẜm naturam ꝯtus vel actionis sup qua interposita est.ff.de vsur.si stipulatus.de leg.j.si legati.pui. nomine. Ex qbus pz rñsum oibus que pro parte dicti Beregarij alleganẜ: z ideo cōcludo ipsum posse cōueniri Anchone corā dicto Paulogeorgio saluūqz cōductū sibi nō opitulari. Est et alia ratio quare nō opitulaẜ: qz cōcediẜ pro rebus suis: sed iste p eius confessionē probanẜ aliene.vnde nō debet iste saluusconductus esse cum preda: qz nec ista censetur fuisse intentio concedentiū.arg.ff.de admi.tu.l.si minoris actū.in fi.si ventris noie mulier.l.j.in prin.C.de vsuca.pro empto.l.fi. Nec ob.ꝙ verbis suis debet intelligi etiam de rebus a se possessis: quia fateor nisi probeẜ ꝙ sint aliene.nam quousqz possidet presumitur dñs: iuxta no.in.l.ob maritor.C.ne vxo.pro ma.z.l.fi.ff.de condi.institu.que presumptio recipit probationez in ꝯrium.l.siue possidetis.C.de proba.z postqꝫ cōstat de proprietate pro vno ille preferẜ alteri possessori.c.cum super.z.c.cū ecclesia.de causa possess.et proprie. Item non ob.ꝙ saluusconductus fuerit concessus pro rebus suis z sociorum: isti vero Jacobus z Berengarius sunt socij virtute instrumentorum: ergo in istis rebus habebit locum: qz ista est sophistica ratio. Nam in his rebus nō sunt socij immo sunt insolidum Jacobi: vt ptz ex cōfessis Berengarij. Item posito ꝙ esset saluusconductus in fauorem socij.vnde nō debet retorqueri contra eum vt possit cōtra socium repetentem suam partem de ipo opponere.ff.ad carbo.l.iij.§.cause.cum si. ideo concludo vt supra. Laus deo.

¶ Consilium.cciiij.

1 ☞ Condēnatus ad euacuādū z disgōberādū domū p sniam arbitri an dicaẜ obligatus ad dominiū trāsferendum.z.2.z.3.
2 Et vtrum talis sñia obliget heredes condēnati.
3 Et lis z qđ de aliqua re est cā sufficiēs ad dñij translationem.



1 In christi nomine amē.

¶ †Presupposito sine preiudicio veritatis ꝙ dicta domus iure dñij ptinuerit ad dictam dominā Agostātiam videẜ prima facie dicendum ꝙ eius heredes ipsam possint a dicto Michaele vendicare: non enim est dare rationem seu causam per quā dicta domina Agostantia dominium dicte domus amiserit: ergo eius heredes ipsam vendicare possunt.ff.de rei vend.l.j.§.per hanc.z de re mi.l.qđ ipsis.z.l.heredem. Nec obstat laudum de quo supra fit mentio: quia illud tribus rationibus obstare non potest. Prima quia compromissum fuit factum cum Michaele tantum: sed arbitri laudauerunt in fauorem heredum dicti Benedicti: ergo laudum nullum.l.nō distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.cum si. nec potest accrescere Michaeli: vt.ff.de ꝟbo.obli.l.si mihi z ti-
2 tio.†Scđa quia dicta domina Agostantia fuit cōdēnata ad factū personale.s.ad euacuādum z ad disgomberandum: ergo eius heredes tali condēnatione non afficiuntur.insti.de stipu.ser.§.sed cū factum.z.ff.de verbo.oblig.l.centesimis.§.j.ẜm vnū intellectum. Tertia ipsa fuit condēnata ad factum momentaneū scilicet ad euacuandum z disgomberandum.ipsa autez euacuauit z disgōberauit z dicto Michaeli vacuam z disgomberatā dimisit et relaxauit: ergo cum libera fuerit a laudo: quia illud impleuit z se ab obligatione exemit.ff.de sol.l.in numerationibus.de statu lib.l.seruus si heredi.z qđ not.in aut.sacramenta puberum.C.si aduer.vend.cum simi.illius laudi respectu heredes repelli non possunt z maxime: quia talia verba nullo modo important trāslationē dñij vel cōditionis vsucapiēdi: sed nudū factū importāt.ff.de ꝟ.ob.l.si rē tradi.cuz ibi no.cum igiẜ restet dñium penes heredes dñe Agostātie restat ꝙ agere pñt iure ex eorū persona siue parte: fundamento.l.ij.§.j.ff.si pars here.pe. ¶ His tñ non obstantibus veritas est in contrariū ꝙ pluribus rationibus ostendiẜ euidenter. Et primo inter dominam Agostantiam z Michaelem fuerat lis z qđ: vt pz ex compromisso z
3 laudo ratificato per partes: †sed lis z qđ est causa sufficiens ad dominiū translationem: saltem cū per viā translationis dirimitur.ff.pro empt.l.litis.cū ibi no. ergo precedebat iter partes predictas cā habilis ad dñij trāslationē: ex quo seqtur ꝙ illa verba ad euacuādum zc.adiecta in laudo importauerūt dominiū trāslationem: z sic cām bonorum non nudū factam.ff.de ꝟ.ob.l.in conuentionalibus.§.j.z ibi plene per glo.z doc.z per hec rñdetur ad ratione vltimo loco factā in ꝯrium. Scđo idem pbaẜ euidentissime: arbitramentuz z transactio equiparantur: vt no.in aut.vt diffe.iud.§.si vero cōtigerit.C.de iud.aut.si vero.de trāsac.l.sub ptextu specierum.z.ff.de arbi.l.si de meis.§.recepisse. cum ibi no. Itē dña Agostantia tenebat z possidebat dicta bona tempore cōpromissi z arbitramenti sicqz cum non remanserit dicta domus penes Michaelem: sed ex vi dicti arbitramēti in euz trāslata sit possessio: pz ꝙ dña Agostātia z eius heredes de euictione teneẜ.casus est no.in.l.si pro fundo.C.de transac.z ibi per doc.quē autem de euictione tenet actio: eundem agentē repellit exceptio.ff.de euic.l.vendicantē.cum ibi no.z de re.iur. l.inuitus.§.cui damus. Nec huic ratiōi obuiari potest ex eo ꝙ l.si pro fundo.loquatur in vera transactione: huiusmodi non est arbitramentū.iuxta no.in.l.ꝙ si ephesi.§.interdum.ff.de eo qđ cer.lo.z ibi per Bart.z in.l.furti.§.q in su.de his qui no.infa.z in.l.si societatem.§.arbitror.pro socio.quia in proposito est vera transactio cum ex eo ꝙ est facta aliquo data per ipsum Michaelem: vt pz ex tenore arbitramenti.vt.ff.de transac.l.j. tum quia in tale arbitramentū partes expresse consenserūt quo casu vera est transactio ẜm Bald.in.d.l.j.ff.de trāsactio. Tertio domina Agostantia fuit dānata ad euacuandum z disgomberandum z euacuatam z disgomberatam dimittendum z relaxandum: ergo non fuit obligata ad factum momentaneum sed successiue vt probatur.z probatur per doc.in.l.cum autē.C. de dona.ante nupẜ.sicqz licet simpliciter euacuauerit non fuit liberata.c.inter capellanum.ff.de arbi.z quod no.per Barto. in.l.si fideiussor.§.meminisse.de leg.j. Ex quo respondetur ad no.in aut.sacramenta.z alia iura.s.in contrarium alleg.robur autem maximum huic rationi tribuunt illa verba in arbitramento adiecta sine aliqua molestia: que verba non soluz excep. immo fortius actionem cōprehendūt.ff.ad treb.l.lucius.§.tres heredes.z per Bar.in.l.amplius.rem ra.ha.quinimo idez importat quod verbū libere.extra de resti.spo.c.pisanis.de offic. or.c.ordinarij.lib.vj.z.ff.de iusti.z iur.ar.l.vim facit.C.cōmunia de suc.aut.oēs peregrini.cum multis que allegari possent ex quo sequitur ꝙ non continent simplex factum verba dicti arbitramenti: sed iuris translationem.ff.de leg.ij.l.meuius.§.fundo.cum ibi no.per Bart.z.ff.de ac.emp.l.ij.§.j. Nec predictis ob.ꝙ fuerit dānata de furto z ꝙ huius heredes non teneantur: quia ex predictis pz oppositum quinimo etiam in facto tenentur.ff.de proba.l.si pactum.z.C.de ꝯhen.z cōmit.stipu.l.veteris.vbi glo.respondet ad iura in cōtrarium alle. Ad aliud autem quod diciẜ ꝙ fuit laudatus in fauorem heredum qui nō venerāt in cōpromisso. Rñdetur ꝙ aut ratificatio facta p partes operatur validitatē etiā illius ptis. Nec ob.ꝙ alteri p alterū qri non pōt.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de ꝟbo.obli.ꝙ illud est verū nisi intersit paciscentis vt ibi. Aut pro pte illa nō tenuit z cū facta sit talis adiudicatio ex causa onerosa cum sit cōdēnatus ad soluendum eidem annuam qꝫtitatem: vt pz ex laudo a paritate rationis accrescit eidem insolidū.ff.de ꝯhen.empt.l.fundus ille.ex quo nō ob.l.si mihi z titio.in ꝯriū alleg.qz loquimur i stipulatione interposita ex cā lucratiua.z ex his pz responsum ad cōtraria z decisionē predictā verā esse. Laus deo.

¶ Consilium.ccv.

1 ☞ Hoc cōsiliū est pcedentis cōfirmatoriū z pcedens fuit do. Nelli: vt hic pz.ideo aliter non summatur.



In christi nomine amen.

¶ Ego Pau.de cast.vtriusqz iuris doc.puto iuris esse prout suprascriptum z allegatum est per eximiū doctorem dominum Nellum z ita dico z consulo.pro quorū cō
1 firmatione addnco † ꝙ illa verba laudi ꝙ vacuet disgomberet z vacuatam z disgomberatam dimittat: intelligūtur scilicet ppetuo non ad momentum.arg.C.de penis.l.seruus.z qđ ibi no. ꝙ enim sine prefinitione temporis mandaẜ ppetuo mandatum intelligiẜ.ff.excu.tu.l.iuris peritus.§.cum oriundus. Unde nō diceretur euacuasse vel disgomberasse z indisgomberatam dimisisse si posset cōtra disgomberationem factaz venire ẜm bar. qui ita no.ff.qbus mo.pig.vel hyp.sol.l.sicut.§.supernacuum. vbi videẜ casum determinare.sicut non videreẜ quis immissus nisi in immissione tuereẜ z defenderetur.ff.ne vis fiat ei.l.j.§.j.z

l. si quis missum. facit. ff. de acqui. pos. l. videt. de here. vel act.
ven. l. ij. §. peruenisse. ⁊ §. illud. de sol. qui sic. pro hoc optime qd
no. Guil. de cuneo Ja. bu. ⁊ Bar. ff. de iureiur. l. sed ⁊ si possesso
ri. in fi. princ. ⁊ quod no. in glo. de offi. deleg. c. querenti. Item
facit: quia video ꝙ verbum assignare cōsonat magis in factum
ꝙ̄ in ius si precedat causa habilis in tanslationem dominij im-
portat dnīj trāslationē ſm Bar. q ita no. in. l. si cōstante. ff. sol.
ma. in antepe. col. sup. v. q. pnc. p. l. dotis fretus. §. si. cū. l. seq. ff.
de iure do. ⁊ reprehendit Guil. qui ɔ̄rium tenuit in. l. si noxali. §.
j. de pecu. Itē in vbo pstare ⁊ in vbo tradere que importāt trās
lationez dnīj cū cā habilis ad hoc pcedit. ff. de ac emp. l. empto.
post prin. Idem ergo debet esse in vbo dimittere: licet de sui na
tura sonent in factū. l. si rez tradi. ⁊. l. stip. nō diuidunt. §. celsus.
de v. ob. de vsuris si stipulatus. facit qd no. in eo. ti. videamus.
§. si actione. ꝙ aūt hic pcesserit cā habilis ad translationem do
minij patet si titulus trāslationis. C. de vsuca. p empto. l. peñ.
Itē facit: q̄ si aliud diceremus sequeret absurdū. s. ꝙ altera ps
remaneret detenta ⁊ in dāno: q̄ soluit quolibet anno certā sum
mam si domus posset sibi auferri qd dicendū nō est. C. de pac. si
quis in conscribēdo. circa mediū. ff. de arbi. l. iij. §. j. de insti. sz si
pupillus. §. sed si alias. de exerci. l. j. §. magistrū. ⁊ ideo me sub
scripsi ⁊ sigillaui. Laus deo.

Additio
a ¶ Habet vim
clausule deroga
torie. Adde do.
Jasonem in. l. si
mihi ⁊ tibi. §. in
legatis. ff. de leg.
j. ⁊ quō itelligat
id qd dici solet
ꝙ iuramentū hz
vim clausule si
nō valet qd ago
vt ago ⁊c. vide
d. sozi. i ɔ̄s. lxvj. i
vij. col. v. sed sa-
tis est. in primo
volu. H. F.

¶ Casus talis est.

¶ Quedā dña in suo testō filiū masculum heredem vniuersalē
instituit: cuidā vero filie femine nupte ⁊ dotate a patre ⁊ etiam
nepotibus ex altera filia pmortua quartam partē oīum bonoꝝ
suorū reliqt ⁊ donauit cū onere ꝙ quintā partē illius quarte de
berent pro aīa ipsius testatricis distribuere inter pauperes ⁊ p
misit ⁊ iurauit testamentū predictū ⁊ dictā vltimam volūtatez
nō reuocare ⁊ aliū testm̄ ⁊ vltimam volūtatem non cōdere ꝙ si
ɔ̄fecerit extūc donauit dictā quartā partē dicte filie ⁊ nepotib⁹:
postea per quattuor annos aliud testamentum fecit in quo eun-
dem filium masculū heredē vniuersalē instituit vt in primo: di-
cte vo filie reliqt. x. libras tm̄ in quibus eā heredē instituit ⁊ vo-
luit ꝙ plus petere nō posset ⁊ idem fecit de dictis nepotib⁹. Et
in fine apposuit hec verba rumpens ⁊ cassans omne aliud testa-
mentū ⁊ vltimā voluntatē manu cuiuscūqz notarij sub qbuscū
qz ⁊ quacūqz forma fuerit conceptū volens hoc in oibus pualere
⁊ irreuocabiliter tenere. Queritur ergo vtrū p hec verba reuo
catū sit primū testm̄ potissime quātū ad legatū ⁊ relictuz dicte
quarte partis presupposito statuto loci ꝙ mulier habens filios
non possit testari nisi de quarta parte: cetere vero tres distribuā
tur inter filios. Et alio statuto quo cauetur ꝙ mulier dotata a
patre non succedat matri extante filio masculo ex ea.

¶ Consilium. ccvi.

1 ☞ Testm̄ habens clausulas derogatorias ad futura testamē
ta nō pōt reuocari nisi specialiter de talibus clausulis fiat men
tio in testamento reuocatorio.
2 Quod iuramentum habet vim clausule derogatorie.
3 Quod testamentū iuratū. s. ꝙ aliud testm̄ nō faciet nō censet re
uocatū per scdm nisi de iuramento fiat mentio in secundo.

In christi nomine amen.

¶ In facto pn̄ti ponam primo cōclusionem q̄ mihi
vera videt de iure: postea ipsam oppugnabo plurib⁹
1 modis ⁊ oppugnationibus respondebo vt sic clarior fiat. † Di
co testamentum predictum ⁊ potissime circa relictuz dicte quar
te partis non esse reuocatū p scdm: ⁊ p dicta vba in eo posita ta
li ratione. Certū ⁊ indubitatū est de iure ꝙ testamentū vel lega-
tum hn̄s clausulā derogatoriā sequētis volūtatis nō reuocat p
ipam sequētē voluntatē seu testm̄ nisi de ipso ⁊ de ipsius quali-
tate fiat spālis mētio in sequēti. ff. de le. iij. l. si qs in pn. testi. de
le. j. si mihi ⁊ tibi. §. in legatis. ⁊ plene per Dy. i rub. ꝙ semel. de
reg. iur. ⁊ in cōsilio suo qd incipit titius habēs tres filios. qd au
tem dixi de eius qualitate itelligit. j. de dicta clausula seu vbis
derogatorijs. sic intelligit glo. q̄ est in. d. §. in legatis. qd aūt di-
xi spāliter. Dy. in. d. c. qd semel. videt sic intelligere. i. singulari
ter ⁊ regratur specifica mētio ⁊ noīatio. vn̄ si talis fuit clausula
ꝙ nō valeat scdz nisi cōtineant talia vba: vel aue maria: videt
sentire Dy. vt in scdo dici debeat nō obstāte alio testō in quo di
ctū sit ꝙ nō valeat scdz nisi talia vba cōtineātur seu aue maria:
ꝙ nimis esset durum: ⁊ per indirectū posset oīno tolli ptās reuo
cādi si testator de dictis verbis nō recordaretur. Preterea ista
esset mentio singularis quā illi tex. nō regrunt: sed specialē: ⁊ iō
Bart. subtilius in. d. l. si qs in pn. testi. dicit sufficere ꝙ vtatur
verbis specialibus dicēdo. Nō obstāte quocūqz alio testō etiaz
si in eo contineantur verba derogatoria absqz eo ꝙ de ipsis ver
bis ⁊ eorum forma fiat specifica mentio. Ista enī est mentio spe
cialis: qm̄ testamētoꝝ q̄dā hn̄t vba derogatoria q̄daz nō: ⁊ ista
cōstituūt species diuersas. vn̄ nō sufficit dicere nō obstante alio
testō: q̄ vteret noīe generis tm̄: sed debet vti noīe speciei. ⁊ ita
etiā tenuit. d. Fede. de senis doctor excellentissimus in consilio
suo. xlvj. habito vt asserit colloquio cū pluribus doc. iuris ciui-
lis. sic ergo cōclusiue generalis mētio non sufficit etiā ſm Dy.
Itē specifica ⁊ singularis regritur ſm bar. ⁊ Fede. sed sufficit
specialis ſm oēs: q̄ tunc dr cū fit mentio de testō alio ⁊ reducun
tur hec verba etiam si cōtineantur in eo vba seu clausula dero-
gatoria cuiuscūqz qualitatis ⁊ sub quacūqz verborū conceptio
2 ne. † Item constat de iure ꝙ iuramentū habet vim clausule de-
a rogatorie[a] ſm Jo. an. q ita tenuit in fine qōnis posite super di-
cta rubri. qd semel placuit. ⁊ idē tz Bal. in. d. l. si qs in pn. ante
fi. per. l. cum pater. §. filijs matrē. ff. de le. ij. sz in dicto scdo testō
nulla facta est mentio de verbis derogatorijs: sed solū de testō:
⁊ sic fuit vsa verbis generalibus. dixerint enī rūpens ⁊ cassans
omne aliud testm̄ ⁊c. sub quacūqz forma seu conceptione: potest
enim esse forma ⁊ conceptio testandi diuersimoda: absqz tn̄ ver-
bis derogatorijs vt pz cuilibet. vnde per dicta verba non cense-
tur facta mentio de derogatorijs. vnde non sufficit sed debebat
dici sub quacūqz forma ⁊ sub quibuscūqz verbis etiam deroga-
torijs. ⁊ ita videt sentire Bar. in. d. l. si quis in prin. testamenti.
in fi. ij. col. ver. quero si testator. dicit sic cessans ⁊c. etiaz si essent
verba derogatoria sub quacunqz forma ⁊ conceptione verbo-
rum ⁊c. Et sic sentit ꝙ non sufficiant vltra verba sub quacunqz
3 forma ⁊c. nisi adiungatur etiā prima. † plus videtur ꝙ cum ver-
ba derogatoria quedā sunt explicita quedā implicita vt illa q̄
includuntur in iuramento ꝙ etiam de hac specie derogatorioꝝ
fienda fuerit mētio puta dicendo non obstāte alio testamēto ⁊c.
etiam si ibi contineatur iuramentum. Laus deo.

¶ Consilium. ccvij.

1 ☞ Quomodo vēditor tenet cauere emptori de euictione ex
natura contractus.
2 An actiones actiue ⁊ passiue transeant in cessionarium.
3 Et an cessionarius teneatur de euictione sicut is qui sibi cessit
actionem ad pretium aduersus emptorem. ⁊. 4. ⁊. 5.
4 Dispositio. l. in omnibus. ff. de iud. vendicat sibi locum quādo
obligatione cōtracta supuenit causa.
5 Et quot modis succurratur emptori.



In christi nomine amē.

1 ¶ Visis omnib⁹ que in puncto narrant † dico nul
li dubiū esse qn vēditor teneat se de euictione obli
gare: ⁊ pōt ad hoc cogi p actio. ex ēpto: lz a princ.
nō fuerit hic actū: qm̄ hoc est de cōsequētibus ⁊ naturalibus cō
tractus emptionis ⁊ vēditionis. tex. sunt multi de hoc. ff. de re-
rum permu. l. j. post pn. de act. empt. l. ex empto. §. si. v. ⁊ ex ēpto
actionē ⁊c. de iureiur. si duo. §. si qs iurauerit. circa prin. de euic.
l. ij. de edil. edi. ꝙ si nolit. §. q̄ assidua. de cōdi. ob cau. l. si. in fi.
⁊ ibi no. i pn. gl. p magna. Dico aūt de obligatiōe simplici. l. si-
ne fideius. l. illud. in pn. l. si dictū. post prin. ff. de euic. nisi in casi
bus ibi notatis p gl. s. l. illud. ¶ Itē nō tenet pmittere duplā: sz
simplā tm̄. i. solum interesse emptoris nisi cum vendit res ptio-
sa vel cū aliud sit de cōsuetudine. l. pantori. de euic. ⁊. d. §. quia
assidua. dz se tn̄ solēniter obligare p stipulationem ⁊ more cōsue
to. s. cū hypotheca bonoꝝ vbiqz cōsueuerūt infra fieri. ar. d. §.
q̄ assidua Sed que sequit in casu nostro ꝙ dicta dña q̄ iura do-
tiū cessit cū sit heres mulieris que dedit in dotez bona estimata
tenetur marito de euictione cauere modo quo. s. cū dicat fuisse
2 vendito talis dotis datio. C. de iure do. l. quotiens. † Sed du-
bium est de cessionario predicto. Nam videtur non posse astrin
gi ad se obligandū. Aut enī dicemus ipsum teneri ratione pre-
ambuli contractus emptionis ⁊ vēditionis ⁊ falsum est: ille cō-
tractus nō fuit celebratus secū neqz cum aliquo cui ipse successe
rit titulo vniuersali: sed cū dña predicta cui successit titulo sin-
gulari cessionaliter p quē trāsiuit in eū solū actio ad ptium seu
qd loco pretij habetur. s. dotē que erat apud cedētē actiue. l. j. C.
de actio. ⁊ oblig. cū si. Non autem illa que erant apud passiue. s.
que tenebatur cauere cum illa a se abdicare non potuerit p ces-
sionem vt faceret ipsum cessionarium teneri vtiliter vel directo.
C. de pac. l. ij. ⁊. l. debitorū. ⁊. l. pacto successorum. de heredi. vel
acti. vend. l. ij. nisi quando fieret imminente iudice vt contingit
in diuisione que fit inter coheredes in qua potest fieri procur. in
3 rem suam ex parte rei. ff. fami. her. l. plane. cum ibi no. † Aut di
cemus ipsum teneri de euictione ⁊ similiter non tenet: quoniam
in dicta sententia de euictione pdicta nulla fit mentio sed soluz
ꝙ de euictione tenet que actio de euictione nō nascitur nisi secu
ta euictione. ff. de euic. l. habere licere. ⁊ sentit glo. eo. ti. l. pater
filie. in fi. glo. C. eo. ti. l. iij. ff. de rerū pmu. l. ij. Sed hec actio ad
cauendū nascitur statim: vt patet in iuribus primo loco allega.
Cū igit sententia ⁊ eius verba sint stricti iuris nec vlteri⁹ exten-
denda sint ꝙ̄ iportēt. ff. de lib. cā. l. diui fratres. de excep. rei iu-
di. si inter

di.si inter me z te.C.si plures vna sen.l.i. z ibi no.per Bar. z
tāgitur per eundē in.l.j.C.qñ ꝓuo.nō est neces.in.iiij.col.ver-
ba que dicte sniē de se importent obligationē cōditionalē nō-
dum natā non debemus dicere ꝙ importent hanc obligationē
purā z de presenti.i.per quā possit de presenti astringi ad aliqd
faciendum cū de natura obligationis de euictione sit vt tenea
tur postꝗ̄ secuta est euictio: sic enim extenderemus sententiam
z eius verba vltra ꝗ̄ importent. Preterea superfluis cautioni
bus non est vtendum.l.nō cogendū.ff.de procur.l.hec stipula-
tio.§.diuus.vt leg.no.caue. Nec debemus obligationes ex ob-
ligationibus facere.ff.de re iudi.l.iiij.§.ait pretor.de cōditio.
ob causam.l.dedi.in prin.z.l.si mulier.z qđ ibi no.z qđ no.per
Bar.in.l.iij.§.nunc de effectu.de lib.leg. Cū igitur dictus Sem
pronius habeat prefatum Gaium obligatū virtute dicte sentē
tie si contingat bona euinci ad quid expedit ꝙ vlterius se obli-
get.nam actio in factū oriens ex dicta sniā non est illius natu-
re cuius est actio ex empto vt detur ad ea que sunt de cōsequen
tibus emptionis cum non sit bonefidei sed stricti iuris: z ideo
non veniunt in ea vt videt nisi ea que specificata sunt.l.qcquid
4 astringende.ff.de verbo.obliga.cum si.† Nec insuper potest peti
cautio ab isto cessionario virtute legis in omnib⁹.ff.de iudi.qz
illa locum habet qñ causa superuenit post obligationem cōtra
ctam: secus si nulla superuenit sm omnes.ff.vt in pos.leg.l.si
is a quo.z.l.fi.C.de spon.que causa hic non superuenit. Ex q-
bus videtur ꝙ cessionario p̄dicto agēti ꝓ executione dicte sen-
tentie: licet posset opponi exceptio que posset opponi ipsi cedē
ti: vz vt non sit sibi soluendum nisi ipse cessionarius caueat: nō
videtur posse opponi: qz ista non obstabat cedenti sed illa nisi
ipsa cedens caueat z sic esset variare formam exceptionis. Ex
quibus oībus satis vrgentibus videt dicēdū dictū cessionariū
cogi nō posse ad cauendum nec virtute actionis nec virtute ex
ceptionis. ¶ His non obstantibus ꝯrium puto verius z equs
ꝙ posset cogi ad cauendum tam per viam exceptionis ꝗ̄ per
viam actionis. Et primo ꝓpter verba dicte sententie: q̄ dicunt
eum teneri eatenus q̄tenus tenet siue teneret ipsa Antonia zc.
fuit ergo intentio iudicis per dicta verba ponere dictū cessiona
rium in oībus z per omnia in locū cedentis tam quo ad incom
moda z onera ꝗ̄ quo ad cōmoda. z fuit hoc iustum.ar.de ma-
numissionibus.l.gaius.in fi. Cū igit cedēs teneret duplici ob-
ligatione q̄tum ad euictionem: scz obligationē cōditionalem
cum euinceres z obligatiōe pura qua tenetur de presenti ad se
obligandum per instrm expresse in dictū casum: dico verba di
cte sententie importare vt cessionarius predictis ambabus ob
ligatiōibus teneretur: z sic relatio fiat ad ambas cū non sit da
re rationem quare magis ad vnam ꝗ̄ ad alterā referatur.ar.ff.
de leg.ij.si ita relictum.in princ.z qđ ibi no.z in.l.eum qui ita.
§.fi.de ver.ob. Et cōfirmatur ꝙ ibi est duplex verbū: scilicet te-
netur z teneret.primū qđ est de presenti qđ potest referri ad ob
ligationem purā qz tenetur se obligare per instrm.scđm qđ cō-
prehendit etiam futurum.l.si debitor.§.verisimile.ff.de cōtra
hen.emp.pōt referri ad obligationē conditionalē qua tenetur
secuta euictione. Nemo ergo dicat ꝙ verba huius sententie nō
importent hanc obligationē: z sic tollit obiectio facta in ꝯriū.
Preterea q vult antecedens vult z consequens.ff.de iur.om.
iudi.l.ij.z ibi plene no.sed consequens obligationis de euictio
ne est ꝙ qui tenet obligatione cōditionali scilz si res euincatur
teneatur etiā pura scilicet ad se de presenti obligandum: vt in
iuribus alleg.in prin.presentis cōsilij. Censet ergo intellexisse
ꝙ iste voluisset vtrūqz cū dicta obligatio pura sit de appendi-
cibus obligationis cōditionalis.z ad fortificationē illius con
ditionalis introducit per legem inesse mediāte ꝯctu. Ita z iu-
dex intelligit voluisse introducere mediante sniā.ff.de acqui.
here.l.si quis heredes.ibi.sunt eniz appendices zc. Cōstat aūt
mentem iudicis inspiciendam in sententijs.l.si ex testō.l.si cuz
agente.in prin.ff.de excep.rei iudi. Preterea absurduz esset di
cere ꝙ cessionarius teneretur de euictione re euicta. z alius scz
cedens teneret se obligare per instrm.non aūt fuit intentio iu-
dicis ꝙ vterqz teneret de euictione: non debent esse duo obliga
ti: vnus vt principalis: alter vt fideius.nisi sit consuetudo vel
actum sit expresse: vt.d.l.illud.in prin.ff.de euic.sed hic si cedēs
teneret virtute preambuli ꝯctus z cessionarius virtute senten-
tie iam duo essent obligati qđ iudex non censetur voluisse: sz po
tius ꝙ solus cessionarius cū eius sniā z verba debeant intelligi
sm subiectā materiā.l.miles.§.x.ff.de re iudi.de vsur.si stipu-
latus.vt lega.no.cauea.l.j.§.si qs sub ꝯditione. vnde videt ꝙ
hoc casu inducat p hanc sniam nouatio peremptiua p quā ob-
ligatio cedentis trāsfundit in cessionariuz z ipse solus teneat.
sic ergo ita esse nō dz.ar.qbus ex cau.in pos.ea.l.ij.§.defendi.
vel si dicam⁹ ꝙ nō sit pemptiua sed accumulatiua ita ꝙ vterqz
teneat de euictione tenebit etiā vterqz ad hoc se obligare cum

5 sit de cōsecutiuis obligationis p̄dicte.† Preterea videt casus
de hac in fi.in.d.l.si duo.§.si quis iurauerit.ff.de iureiurā.vbi
dicit ꝙ si iuro te mihi vendidisse datur mihi vtilis ex empto vt
tradas z de euictione caueas. Et doc.dicunt etiā actionē in fa
ctum ad p̄dicta dari q̄ oritur ex dicto iuramēto: ergo z actio in
factū oriens ex sniā similiter ad hoc dabit: lz in sniā nil de cau
tione ꝯtineat sicut ibi nil in iuramento cōtinebat. Nā equipa-
rant sniā z iuramentū.l.i.z.ij.eo.titu.z actio in factū oriēs ex
eis est eiusdē nature z qualitatis z stricti iuris. Nec ob.si dicat
ibi iuraui te vendidisse: sed hic nō fuit ꝓnūtiatū illum cessiona
rium vendidisse. Sed rñdeo non est vis. Nā ibi ideo venit cau-
tio in actiōe in factū ex iuramēto: qz est de cōsecutiuis eius sup
quo iuratū est: igit in casu nostro venire debet: qz est de cōsecu-
tiuis eius sup quo ꝓnuntiatū est: vt.s.dixi. Et sic concludit ꝙ
per viā agendi pōt cogi p̄fatus cessionarius ad cauendū nuda
cautione sine fideiussoribus. Per viam vero exceptiōis si non
dum pretium percepit z petat potest cogi etiā ad satisdanduz
cū fideiussoribus si lis mota est de euictione z sic iminet euictio
in limine contractus.l.pe.de peri.z cō.rei ven.ꝙ per viā agen-
di consequi nō posset etiam dicto casu: vt sentit glo.in.d.l.il-
lud.de euic.que intelligit.d.l.penul.de peri.z com.rei vēdi.so
lum eo casu quo emptor contra venditorem petentem pretium
excipit de euictione iam mota.vnde si agere vellet vt satisda-
retur non posset: qz satis est securus per retentionē pretij qđ iu-
ridicū z iustissimū puto. ¶ Ex qb⁹ sequit rñsio z ꝯclusio ad id
qđ p̄sentaliter petit scz q̄ sint ptes iudicis in hac cā.nā ex supe-
rioribus satis liqde ptz: iō vlterius me nō extēdo. Laus deo.

¶ Consilium.ccviij.

1 ☞ Stante statuto ꝙ in bonis ꝯtumacis detur tenuta in du-
plum an creditor petens sibi adiudicari bona in dupluz vel in
solutum dari debeat audiri.
2 Qui hz iustā cām recusandi solutionē nō dicit fuisse in mora.
3 Et sententia dat iustam causam litigandi.



N christi nomine amen.

1 ¶ † Uisa quadā petitiōe porrecta p Gaiū ꝯ Sem
proniū in qua petit in effectu dari sibi licentiaz ven
dendi vel insolutū recipiēdi quedā bona dicti Sempronij quo
rum tenutā obtinuit virtute cuiusdā sniē in qua dictus Sem-
pronius fuit condēnatus eidez Gaio in certa quātitate: z hoc
pro dicta q̄titate z expēsis z etiā ꝓ duplo: qritur a me vtruz di
cta petitio inquātū de duplo loquit procedat visis statutis loci
in quo agit z toto ꝓcessu. Ad qđ breuiter rñdeo ꝙ nō. nā statu
tum de exceptionibus ꝯ guarentigiā sup quo videtur fundata
dicta petitio quo ad dictū duplū nō dicit ꝙ bona nō soluentis
ꝓ duplo debeant dari insolutuz: sed dicit ꝙ debeat debitor ex-
bāniri z in duplū dari tenuta. ¶ Constat aūt istā nō esse bonā
ꝯsequentiā: vz tenuta data fuit in duplū: ergo z adiudicatio z
venditio dz fieri pro duplo vt patet. Nam olim fiebat missio ex
primo decreto contra non cōparentem in omnia bona: z tñ ex
scđo decreto non fiebat vēditio vel adiudicatio nisi pro mensu
ra debiti: licet non detur tenuta etiaz ex primo decreto nisi pro
mensura debiti: vt.l.cū ꝓponas.cū aut.ibi posita. Aliud autē
statutum sub rubrica de reuocatiōe tenute loquitur ꝯ cōtuma-
cem in non veniendo. Iste aūt Semproníns nō fuit cōtumax
in nō veniendo imo nec in soluēdo: eo qz semper obtulit se vel-
le soluere dūmodo sibi caueretur de euictione prout cōtinet in
quadā sententia lata in fauorem dicti Gaij contra dictū Sem
2 pronium.† posito aūt ꝙ supra dicto articulo de cautione pro-
nūtiaretur ꝯ dictū Semproniū: vz Gaiū nō teneri ad cauēdū
nō ꝓpterea diceret Sempronium fuisse in mora cuz iustā cau-
sam litigandi z recusandi solutionem habuerit quousqz dicta
cautio p̄staretur seu pronuntiaretur ipsam non esse prestandā.
3 ff.de vsur.l.si qs solutioni.in prin.vbi est casus.† Constat enim
ꝙ sententia dat iustam causaz litigandi.l.qui testamento.ff.de
excu.tuto. Cuz igitur dicta adiudicatio pro duplo fuerit intro
ducta per dicta statuta in penam contumacie vel more: z hic
nulla deprehenditur esse: ergo zc. Nam vbi nullum delictum
nulla debet esse pena.l.sancimus.de pe.cum si. Fieri ergo de-
bet pro summa debita z non vltra.ff.de re iudi.l.a diuo pio.§.
si pignora. Laus deo.

¶ Consilium.ccix.

1 ☞ Que requirant ad hoc ꝙ instrumentū scriptuz manu ter-
tij z subscriptum manu notarij faciat fidem.



N christi nomine amen.

¶ Uiso quodā istrumento continente in se tenorez
testi Pauli Frācisci de florētia facti in frācia: cui⁹
instrumēti z testamenti tenor scriptus est manu cuiusdā cuius
nomen ignoratur: ac etiaz ignoratur an fuerit vel sit tabellio

an fuerit presens tempore conditi testamenti: subscriptū vero est instrumentū predictū manu cuiusdā Nerij vocati ser Joannis mescalli ternacensis diocesis qui asserit se fuisse presentem tempore dicti testamēti: visaqz z cōsiderata eius subscriptione: querit an dictum instr̄m faciat fidez z probet dictum testm̄ attento potissime q dictus ser Joānes subscriptus nō scripsit tenorem testamenti sed alius: nec apparet q ille hoc fecerit de mādato dicti ser Jo. nec etiā cōstat an ista fuerit primeua z originalis scriptura vel alia vnde ista fuerit extracta: nec etiam in dicta subscriptione apparet an dictus ser Jo. fuerit rogat⁹ de dicto testamēto: lz in superioribus manu illius q scripsit testm̄ hoc contineat q infrascriptus notarius fuit rogatus zc. querit qd iuris. Et vr̄ dicēdū dictū instr̄m facere fidē z probare dictū
1 †Primo qr in testõ legauerat victũ et vestitũ et sic alimẽta. ff.de ver.sig.l.verbo victus.et de ali.le.l.si.cũ ergo postea p codicillos illa vba victũ et vestitũ detraxerit et loco ipsorũ posuerit alia scilz qr volebat eam esse vsufructua.vna cũ filio suo:ptz q voluit legatũ ampliare et sic plus relinqre q alimẽta:al's codicillus fuisset superfluus cũ nihil aliud ibi disponãt qd nõ est dicendum nec psumendũ.ff.de leg.j.l.si qñ.in princi.per q dico q lz al's fm cõem opi.institutis filijs vba illa vsufructuaria etc. importent solũ alimenta ex cõiecturata mente defuncti et in fauorem filiorum.iuxta no.in auf.hoc locum.C.si scdo nup.mu.et.l. titia.et.§.fi.de leg.ij.tñ in casu pposito cũ ex tenore testamenti et codicillorũ cõstet de alia voluntate defuncti volẽtis vltra alimenta relinquere dico q etiã si extaret filius defuncti:deberet pfata domina habere dimidiã vsufructus omniũ bonorum et filius alterã dimidiã.ff.de vsufru.accre.l.si quis titio.in prin. filius tñ haberet causalem dicta domina formalẽ:et mortuo filio dimidia eius causalis accrescit dicte dñe et sic est locus iuri accre.de causali ad formalẽ sicut de formali ad formalẽ.eo.tit. l.si mulieri cũ liberis.§.idẽ intelligendũ.in tex.et glo.qd esset verũ etiã si filius hereditatẽ adiuisset:cũ in vsufr.locus sit iuri accre.etiã post acqsitionẽ factã a prin.eo.ti.l.j.§.interdũ.verbum nãqz vsufru.de proprio significatu importat itegrũ vsumfructum cui significatui standum est si alia voluntas non appareat.l.non aliter.ff.de leg.iij.hic aũt non apparet alia imo conformis:vt hic.qr non sine ministerio loco illorũ verborum q importabant alimenta posuit ista. Scdo pbatur qr et si pdicta cessarent tñ ex quo pponit q filius nõ fuit heres et sic succedũt substituti ex vulgari.l.si filius heres.ff.de lib.et posthu.q substituti sunt extranei fm opi.integrum vsumfructum habebit.l. omniũ.ff.de vsufru.et.l.vxori.de vsufru.le.certe etiã si fili9 fuisset heres tñ qr vsusfructus fuit relictus p verba multiplicatiua siue repetitiua scilz donec vidua steterit:et sic censent tot legata quot anni.l.legatũ.ff.de an.leg.fm opi.Bar.in.d.l.titia.§.fi. pro tempore post mortẽ filiorũ cũ sit nouũ legatũ debet habere integrũ vsumfructũ:cũ in prin.cuiusqz anni in quo dies legati cedit inspiciatur ei9 cõditio.de an.leg.l.in singulis.de do.cau. mor.l.senatus.§.fi.qd etiã cõsuluit idẽ Bar.in ɔsi.qd incipit. Nicolaus ser Amati.sed videt probari q testator nõ simpliciter reliquit cũ vsufru.sed adiecit omniũ bonorum suorum:ergo etc. vt no.Bal.in.l.fi.C.de indi.vidui.sed Barto.in.d.l.titia.non videt de hoc curare. Confirmant autẽ predicta:qr vt in verbo asserit filius prefatus mortuus fuit sup plures annos ante mortem testatoris:vnde cũ testator hoc sciuerit et potuerit mutare testamentũ et codicillos et non mutauerit credendũ est eum voluisse decedere cum eisdem:et q verba intelligantur in eo significatu que important.ar.eorũ q no.in.l.athletas.§.dat remissionem.ff.de excu.tu.per gl.C.de inoffi.testa.l.iij.et qd no.in.l. lex cor.circa fin.de vulga.et pup.per Bar.et de testa.mili.l.tractabat. Quod aũt de liberis fecit mentionem testator seu de filijs in plurali sine dubio ad filios ex ipso testatore susceptos refertur non ex alio.ff.de condi.et demõ.l.si vir vxori.vbi casus. Nec ob.q non habebat nisi vnũ ex eo:et sic non videt posse in eo verificari.l.iulius febus.que est.l.fi.ff.ad trebel.qr ipse fecerat mentionẽ etiam de nasciturus:et sic ad illas refert illud plurale.

2 l.qui filiabus.de leg.j.† Sed pdictis obstare videt qd idẽ bal. no.in.d.l.fi.C.de indic.vidui.vbi videt determinare q institutis extraneis mulier non habeat integrũ vsumfructũ sed dimidiam et alterã habeant instituti.et hoc p.l.si alij.ff.de vsufr.le.sz hoc non placet:qr illa.l.loquit qñ vni legauit fundum:alteri legauit vsumfructũ eiusdem fundi:quo casu ideo cõcurrunt in vsufructu:qr fundi appellatio cõsistit ex pprietate et vsufructu et altero deficiente non diceret fundus sed nuda proprietas vel nudus vsufru.ff.de verb.obli.l.q vsumfructũ.vnde relinquendo vni fundũ voluit q habeat etiã fructũ nõ nudam pprietatem sed cũ vnũ instituit heredẽ vniuersaliter et alteri legat vsumfructum bonorũ non constat ex alio q voluerit institutum participare aliquid de vsufructu cũ institutio et hereditas consistãt in iure abstracto a pprietate et vsufructu:qr potest dici hereditas etiam sine aliquo corpore.l.hereditas.ff.de peti.heredi. Non ergo apparet ex significatu institutionis q voluerit institutum participare de vsufructu viuente vsufructuario.et ideo integer vsusfructus pertinet ad legatariũ:proprietas vero ad heredẽ. d.l.omniũ.ff.de vsufru.debet tñ videre ne excedat estimationẽ dodrantis vt ibi habetur. Ultimo põt dubitari de eo qd no. Bar.in.d.l.titia.§.fi.in fi.vbi querit qd si instituti non erant penitus extranei sed erãt attinentes vt collaterales an erit idẽ qd qñ filij sunt instituti.et nõ soluit. Sed Ja.but.in.l.j.si secundo nup.mu.tenet q non sit idem qd in filijs:sed idem qd in penitus extraneis:qr ratio consuetudinis de qua ibi not.fundatur in fauore filiorum.et ita cõiter tenetur et vidi de facto sicqz non obstat q isti instituti erãt attinẽtes et consortes testatoris. Concluditur ergo dictã dominã debere habere integrũ vsumfructũ dũmodo dodrantẽ non excedat et dũmodo stet in domo prout testator disposuit vel nõ stet p eam sed p heredes.ff.de an.lega. l.meuia.puto tñ qd illa ɔditio de stãdo in domo censeat apposita solũ eo casu quo liberi extarent:qr voluit eam habere curã de eis:sed eis non existentibus nõ video ad quem hoc voluisset. vnde nec ipsum puto voluisse:licet notarij male sciuerint voluntatem eius exprimere. Laus deo.

Consilium.ccxix.

1 Substitutus in casu quo institutus et alius decedat sine liberis si vnus tantũ reperiat qui sine liberis decesserit ad substitutionem non admittitur:secus si testator locutus fuerit per alternatiuam seu.

2 Quo tpe debeant vires hereditatis fideicõmissarie inspici qñ agit de bonis eius alienandis p dote data vel restituẽda.et.3.

3 Pater qñ teneat se obligare pro dote quã filius recipit.

In christi nomine amen.

Uisis et consideratis que supra narrãtur nõ multum videt necessariũ discutere de eo q querit:† quo

1 niã dictus Barna.nõ vr posse venire virtute substitutionis facta a Francisco quo solo casu pcedere posset dubitatio.s.formata. Nã dicta substitutio fuit cõcepta in casum mortis pluriũ masculorũ institutorũ:videlicet Nicolai iam nati et posthumi seu posthumorum nasciturorũ:vt pz ex vbis testamẽti.s.narratis. Dicũt enim qd si ɔtingat dictũ Nico.et aliũ seu alios decedere sine liberis etc. Notãdũ qr dicit et aliũ et sic loquit p copulatiuam et non p disiunctam seu:et sic regrit ad hoc vt vendicet sibi locũ substitutio qd sine liberis decedat.Nõ solũ ipse Nicolaus sed etiã alius seu alij nasciturι. Regrit ergo cõcursus duorum morientiũ sine liberis aut pluriũ de significato huius copulatiue posite inter Nicolaũ et aliũ.ff.de ɔdi.insti.l.si heredes plures. Sed in facto proponit q nullus masculus fuit:ergo nec mori potuit:qr viuens morit.ff.de manu.testa.l.qui duos.§.j. Namqz mors priuatio est vite et eam soluit.in auf.de nupt.§.deinceps. Et vbi nõ habitus nec priuatio esse põt.ff.de ver.ob.l. decẽ.facit.l.meuia.ff.de here.insti. Solus ergo Nico.mortuus est sine liberis:igit non extitit ɔditio substitutiõis:q concepta fuit i casu pluriũ filiorum moriẽtiũ sine liberis:et sic iste casus tanq omissus a testatore relinquit dispositioni iuris cõis.l.cõmodissime.ff.de lib.et posth. Ita expsse determinat Joã.an.in.q. quã dicit qñ in terminis nostris fuisse de facto.et ita refert fuisse iudicatũ in addi.Spe.ti.de test.§.i pmis.i fi.in magna addi. q icipit huic qõni.i.q.iiij. Et alleg.q pluralitas de sui significato nõ põt in vno saluari.de leg.ij.l.legato.§.q plures.cõiuncta.l.meuius.§.eũ q.eo.ti.et qd in solutiõe earũ not.facit.ff.de opti.leg.l.j.cũ si. Nõ ergo põt venire dict9 Barna.nisi vt heres Nic.et si ita est res clara p dicta dña qr hz ius potẽtius eo et cessant iura dicẽtia q bona subiecta restõni nõ possunt alienari. C.cõia de le.l.fi. Si vo testator locutus fuisset alternatiue dicẽdo q si ɔtingat Nicolaũ seu aliũ seu alios nasciturus decedere sine liberis etc.cessarẽt pdicta:qr ex morte solius Nicolai purificata fuisset substitutio:vt.d.l.si heredes plures.† Posito au

2 tem q pdicta locum nõ haberẽt:et q dict9 Barna.possit venire ex substitutiõe fideicõmissa.dubitat de eo qd.s.qrit. Nã certum est bona subiecta restitutiõi posse alienari et obligari p dote restituẽda:quã grauat9 recepta sicut p dote danda fm opi.cõem glo.et doc.in auf.res q.et in corpore vñ sumit de resti.et ea q parit.qr tex.est ibi in.§.adierũt etc. Et hoc est verũ si legitia et trebel.nõ sufficiũt:nõ aliter vt ibi. Est ergo dubiũ qr tpe mortis pris Nicolai legitima et trebel.sufficiebãt:hodie vo cũ extat casus restitutiõis nõ sufficiũt eo qr pponit q multa bona fuerunt dissipata per Nico.et alienata q sine dubio in legitimam q

trebel. debet computari. vt. l. marcellus. §. res que. ff. ad treb. z etiam in aliud verum debitū qd a patre filio debebatur. eo. ti. l. pe. vtrum dicta domina recursum habere possit contra alia bona postq legitima z trebel. non reperitur in herede. Et videtur dicendū q nō. Naz si nō essent alienata nō possent: qz sufficerent alia p restitutione dicte dotis: vt. d. auf. igit. nec nunc lz sint alienara: qz censenł nō alienata pter dolū alienantis: qz sciebat se grauatū z etiā ad dotē obligatū. ff. de reg. iur. l. q dolo. z. l. rem. Itē in legitima nō cōputanł fructus[a]. C. de inoffi. testa. l. scimus. §. repletionē. sed in dotem sic. l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad treb. z ibi per Bar. igitur z in dotem computantur. Item alienata computantur in verum debitū. vt. l. pe. eo. tit. fortius in dotem que est quasi debitum: vt no. in. d. §. cū proponeretur. Item fructus computantur in dotē. vt. d. §. sed si sunt consumpti mala fide: eodem modo computātur ac si extarent: vt ibi videtur velle Bar. Item similiter videmus in fi. ar. si filius est pure grauatus vnam tantum quartaz detrabit: qz vna computatur in alteram. Ita hic cum alienata computentur in legitimaz: z legitima computał in dotē: igił z alienata similiter computabunł in dotē: z alia diminutio fieri nō debet ne nimis oneretur fideicōmissarius. ¶ In ɔtrariū qz prouisio dicte auf. partim emanauit in fauorē filiorū. qd patet: qz in extraneis nō habet locū fm Ja. de bel. ibi. licz velit ɔtriū per tex. in nouel. sed prima verior est cū tex. dicte auf. nō loquatur nisi in filio grauato: partim emanauit in fauorem mulieruz q dotem dederunt ne remaneant decepte z perdant dotes: vt ptz in. §. adierunt. z partim in fauorem dotium z propter publicā vtilitatem vt matrimonia contrabanł: vt in. §. quāobrē. vñ cū omnia ista sint cōnexa z inseparabilia nō posset ipse grauatus renuntiare expresse prouisioni illius auf. iuxta no. in. l. si qs in conscribendo. C. de pac. z in magna distin. per Bart. ergo nec videł ipso facto renūtiare alienādo. l. q ad certū. ff. loca. Preterea frustratoria esset prouisio illius auf. mulieribus. quibus voluit prouidere ne suas dotes perderent si nō inspicereł tempus restitutionis dotis sed alteri⁹: an sufficiat legitima vel nō cum prius agere non possit. l. ij. in prin. ff. solu. matri. de pact. l. iurisgen. §. qnimo. ver. vtputa. z qd ibi no. Dicendum est ergo q an sufficiat legitima vel non debet inspici tempus restitutionis z ideo dum dicit ibi ad obligationez zc. inquātum refert ad hunc casum de dote restituenda debet exponi obligationem. i. restitutionē: vt sentit gl. z sic est sensus qd si tēpore quo restituēda est dos legitima z trebel. nō sufficiunt tūc fiat diminutio de residuo: debet enim verbum illud intelligi fm aliud ad qd refertur z fm eius tempus. l. i delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. Et hec pars mihi placet. z dolus grauati de restituēdo nō debet vxori sue nocere: que contemplatione omniū bonorū dedit dotē. l. electio. §. fi. de noxa. iunctis bis q no. in. l. si stipulat⁹. §. j. ff. de fide.

3 † Naz pater teneł se obligare z bona sua p dote quā filius recipit dūmodo ducat psonā honestam. iuxta no. p bart. in. l. si cū dotē. §. trāsgrediamur. ff. solu. matri. p Dy. z Bar. q obligatio videł inherere ei⁹ bonis z hereditati si post eius mortem ducat vxorē. ar. ff. de lib. agno. si qs a liberis. §. item rescriptum. z qd no. Cy. in. l. alimēta. in fi. C. de nego. gest. z habeł p pfecta ex quo est necessario fienda. l. ij. ff. de euic. z de dā. infec. l. si finita. §. eleganter. z sic dicendū videł q mulier pro dote sibi restituēda non solum habet obligatā legitimā z treb. sed etiaz omnia bona: licet nō debeat ius suū exercere nisi sup legitima z treb. eo casu quo sunt apud grauatū: qz non sunt aliena. ar. l. si cuti. ff. de serui. Sed eis alienatis ne cogał psequi possessorem q forte durior est aduersari⁹ videł habere electionē scilicet vel agere sup alijs bonis restitutioni subiectis vel agere ɔ possessorem: qz sicut grauatus nō pōt sibi auferre ius suū: ita nō debet possessor ipsum alterare: qz per directuz posses. tollere cogereł prosequi pos. Nec ob. in contrariuz allegata: qz procederent in dote constituenda vbi ageretur solū de preiudicio grauati: nō in dote restituenda vbi ageretur preiudicium mulieris ne perdat suum. Laus deo.

¶ Consilium. ccxx.

1 ☞ Si depositarius mercium diuersoruz pro conseruatione mercium aliquas sarcinas siue ballas tyranno vel simili dederit cuius debeat esse damnum deperditarum mercium.

2 Si domus destruał ne ignis toti vicinie noceat: an debeat tota vicinia domū repare. Et qd de ambasiatore cōitatis redēpto.



In christi nomine amen.

1 ¶ † Proponił in facto q qdam solitus cōducere mercātias de ciuitace lucana ad ciuitatē parisieñ. cōduxit certas mercantias pluriū ciuiū lucanoruz z bononiensium vsqz ad ciuitatē lugdunēsez de regno Frācie. Et cūqz esset ibi non audens vlterius trāsire pter guerras significauit hoc mercatorib⁹ lucanis existentibus Parisijs q rescripserunt q vlterius nō progredereł: sed mercantias dimitteret apud quēdam burgēsem dicte ciuitatis: z ita factuz extitit. Postea delphinus hoc psentiens misit ad dictū burgensem p dictis mercantijs asserēs mercatores lucanos Parisijs existentes sibi mandatū fecisse. Qui burgēsis denegauit: z aliqs vero permisit describi z sequestrari. Postea delphinus iterū z iterū misit pro dictis mercantijs. Et finaliter dictus burgēsis deuictus instantia quasdā ballas de dictis mercātijs assignauit dicto delphino seu misso p eū vt alias ballas sequestratas dimitterent in pace z pro ipsarū cōseruatione. Nunc querił cuius sit damnū dictarū ballaruz assignatarū dicto delphino: an illius vel illorum tantum cuius sunt: an vero aliquorum eoruz qbus sunt alie balle conseruate: ita q teneanł in aliquo participare. Videł damnū esse illorū tantū quorū erant ille balle deperdite seu delphino assignate. pmo p. l. pig. z. l. q fortuitis. C. de pig. act. vbi habeł q periculū interius rei pertinet ad illuz q est dñs eius. Scdo qz casus fortuitus nocere debet illi tantuz in cuius psona euenit. l. si vno. §. que qdaz. ff. loca. vbi plene no. z factū principis requirit casuz fortuitū. ff. de euic. l. lucius. Tertio qz iniuria facta vni alteri nocere nō debet q fuit in aliqua culpa. ff. de euict. l. si p imprudētiā. in pri. z de suis. l. except. Quarto qz vbi nō est delictū nō debet esse pena. C. de pe. l. sancimus. sz hic nullū est delictū alior: ergo zc. Facit de act. emp. l. fi.

¶ Breuiter his nō obstantibus dico q si pfatus burgensis dedit z cōsignauit prefatas ballas p cōseruatione aliarū vt ppo nitur z cōseruate sunt, pter hoc qd alij quorū balle sunt cōseruate teneł pticipari p rata. ff. ad. l. rhodi. de iactu. l. j. z. l. ij. post prin. ibi. equissimū enim est zc. cū cōcor. ibi ad hoc alle. in

2 gl. Per quos tex. du. ibi Guil. de cu. † q si p reparatione ignis ne totā viciniā incendat domus alicuius fuit destructa dānū

b debet esse cōmune[b] oibus vicinis quib⁹ potuisset nocere ignis si destructa non fuisset. z. ar. ff. queadmo. ser. amit. l. si locus. §. fi. z. C. de omni agro deser. l. qcunqz. in fi. ff. ne qd in loco pub. l. ij. §. viarū. facit qd etiā dicił de ambasiatore alicui⁹ cōmunitatis capto z redēpto vt tota cōitas debeat cōtribuere: qz pro tota cōmunitate damnū passus est. de quo p Cy. C. ad. l. iul. l. si quis ad se fundum. facit. ff. pro socio. l. cū duobus. §. quidam sagaria. contraria ergo loquuntur si pro conseruatione aliaruz date non essent. Laus deo.

¶ Consilium. ccxxi.

1 ☞ Disponēte statuto q cōsors teneał vendere domū habēti murum cōem: an si duo fratres habeāt murum cōmunē possit volens alienare cogi ad vendendum vni eorum fratrum.

2 Itē an sit locus poccupationi vt prius petēti teneał vendere. Ius reuendendi est ius indiuiduum.

In christi nomine amen.

1 ¶ In hoc passu duo sunt pter q vr illum q recipit insolutū non teneri vendere huic petenti. † Primū qz statutū sub rubrica de pbibita alienatione. ante finē. in ver. qlibet insolutū zc. vult qd teneał vendere ɔsorti babenti murū cōem: qd verbū habenti intelligił scilz iure pprietatis. ff. de le. iij. l. q habebat. in pn. pinde ergo est ac si diceret ei q est dominus muri cōis. Sed iste q petit sibi fieri venditionē non solus babebat murū cōem cū eo cuius prius fuit nec solus babet cuz isto a quo petit: sed cū fratre suo: z sic sunt duo cōsortes ex vna parte z vnus ex altera. Neuter autē istorū duorū pōt pprie dici habere murū cōem cū illo: sed iproprie: qz qd cōmune est nō est meū pprie loquēdo: ita dicit gl. in. l. id qd nostrū. ff. de reg. iur. z Bar. in. l. serui electione. §. j. in fi. ff. de lega. j. Constat autē q in statutis verba debent sumi proprie nō improprie. l. iij. §. hec verba. ff. de neg. gest. z no. Bar. in. l. omnes populi. de insti. z iure. Si ergo iste q petit sibi vendi nō pōt pprie dicere murum esse suū: ergo nō videł posse dicere q habebat murū cōmunem.

¶ Scdm est qz z si ista cessarent: istud ius petēdi venditionem videł cōpetere vtriqz istorū: scilz isti petēti z fratri suo q secum babet partē ipse autē solus petijt: z sic nō videł debere obtinere: qz aut vult totā rez sibi vendi z nō videł babere ius boc petēdi: qz sicut ipse nō habet solus vnā dimidiam rōne cuius petit illud ius: sz hz eaz simul cū fratre: ita videł q nō habeat ius petendi venditionē isolidū nisi babuit mādatū a fratre z cōmuni noīe petierit. arg. ff. de acq. heredi. l. duos fratres. in fi. Aut petijt venditionē fieri p parte sua z nō cogił ille hoc facere: qz sic incideret in cōionem inuitus. ff. de cōdi. inde. si nō sortem. §. si centū. z no. p Bart. in. l. cui vsusfructus. ff. de vsufru. lega. z est casus in. l. qd autē. §. fi. cum. l. sequen. ff. de in diem adiec.

¶ Breuiter non obstantibus dico ɔtriuz q venditio est fienda huic petenti z q aduersarius debet sibi condemnari: qz negari nō pōt ipsum babere murū cōmunem cū eo a quo petit: licet non ipse

---

a ¶ Fruct⁹. Ad q de Bal. in cōsi. cccxcj. i. v. parte. z in cōsil. ccxxj. j quarta parte.

Additio. b ¶ Debet esse cōe. Uide in simili casum pulchrum ɔsil. bal. in cōsil. cccclxlij. incip. qdā noie restorius zc. in iij. volu. H. F.

nõ ipse solus habeat:sed simul cuz fratre.ff.de ritu nup.l.illud.
vbi casus.⁊ sic in eo verificantur verba statuti: ergo ⁊ eius di-
spositio.ar.ff.de iudi.l.ij.§.j.ibi.an leg. satisfactum ⁊c. sicut et
cessat dispositio legis vbi cessant eius verba.l. bos accusare.§.
omnibus.de accu. Item qꝛ etiam in dispositione statutaria et
etiã penali qꝺ commune est meum est.ita expresse determinat
Bal.in.l.j.C.qui test.fa.pos. dicens ꝙ ꝓprie dicitur id qꝺ sim
pliciter ſm quid dr. Nec ob.glo.in.l.id qꝺ nostrum.qꝛ procedit
quantum ad dispositionem totius:hic loquimur quantum ad
dispositionem partis.i.iuris qꝺ acquirit sibi ratione sue ꝑtis.
Preterea statutum nõ requirit ꝙ murus sit suus.s.ipsius petẽ-
tis:tũc enim procederent allegata in ꝯrium:sed requirit ꝙ mu
rus sit cõmunis inter petentẽ reum a quo petitur. posito ergo
ꝙ iste qui petijt venditionem sibi fieri non posset proprie dice-
re iste murus est meus ſm qꝺ vult illa glo. potest tamen ꝓprie
dicere ego habeo murũ cõem tecum quantũcunqꝫ modicũ ha-
beam.vt.d.l.illud.de ritu nup. Et verificant̃ in eo verba statu
ti. Preterea hoc statutũ nõ requirit illum ꝓprium significatũ:
sed contentatur de improprio ex quo vult ꝙ teneatur vendere
habenti murũ cõem qui nõ potest proprie dicere iste murus est
meus ſm illam glo.⁊ tñ statutũ vult ꝙ sibi fiat venditio: ⁊ sic
non est curandum ꝙ iste nõ possit proprie dicere iste murus est
meus ex quo potest dicere ego habeo istum murum cõem tecũ:
quia hoc soluz requirit statutũ. Ex qbus patet nõ obstare que
primo loco sunt allegata in ꝯrium. Similiter nõ ob.quod dixi
2 secundo loco.† Nã istud ius reuendendi est ius indiuiduuz: qꝛ
continet rem tradi qꝺ est indiuiduum.ff.de ver.obli.l.stip.non
diuiduntur.⁊ ita expresse determinat Bart.in.d.l.cui vsufru.
ff.de vsufru.leg.sic ergo acquiritur cuilibet istoꝝ fratrum inso-
lidum.l.ij.ff.de verbo.obl.⁊ per consequens locus est preoccu-
pationi.l.si pluribus.in.ff.de leg.j.l.ij. de duobus reis. de do-
na.l.si rem.§.si duo.sed iste preoccupauit petendo:ergo ⁊c. iu-
xta no.in.d.l.si pluribus. ꝑ Bar. Preterea posito ꝙ ista cessa
rent non habet obstare ꝙ iste solus petijt insolidum: quia non
nisi insolidum petere poterat. Nam si petijsset vendi pro parte
non tenebatur ille vendere:vt.d.l.qꝺ autẽ.§.si.⁊ no. Bart.in
d.l.cui vsufru.⁊ posito ꝙ nõ potuisset preoccupare in preiudi-
cium fratris non sequitur qꝺ petere non potuerit:quia facta vẽ
ditione insolidum aut frater eius volet habere partem ⁊ tene-
bitur sibi cedere si ponamus qꝺ in preiudiciũ eius preoccupare
nõ possit:aut nolet ⁊ tunc tota res remanebit apud petentem:
quia hic est casus in quo locũ hꝫ ius accrescendi in dispositioni
bus inter viuos.ff.de ꝯhen.emp.fundus ille.⁊ no.Bar.in.l.re
cõiuncti.de lega.iij.circa fi. Concludit̃ ergo partes iudicis esse
in pronũtiando pro petente si alia nõ obstant ꝙ̃ ea que.s̃.dixi
in prealleg. loco qbus est sufficienter rñsum. Laus deo.

Consilium.ccxxij.

1 ☞ Citatus personaliter nõ põt appellare:⁊ cessionarius cui
fit cessio ex necessitate hꝫ idem priuilegium super re cessa qꝺ ha
bebat cedens.



In christi nomine amen.

Super secundo puncto q est an pendẽte causa ap
pellationis possit peti cõpromissum ante tẽpus da-
tum ad faciendũ deponere testes qꝺ in prima instantia nõ fuit
petitum nihil intendo de presenti scribere:qm al's fui de hoc a
1 quodam interrogatus verbo:⁊ similiter verbo rñdi id qꝺ ꝑtũc
mihi occurrit. † Sup primo vero puncto qui est an dict⁹ Ni
colaus qui fuit citatus personaliter ⁊ nõ cõparuit potuerit ap
pellare. Rñdeo certũ de iure cõmuni ꝙ nõ:qꝛ fuit verus contu-
max.ergo ⁊c.ff.de iudi.l.⁊ post edictũ.§.fi.de appel.l.ex cõsen-
su.§.fi.de in integ.resti.l.diuus.⁊ plene no.eo.ti.l.fi.⁊ qꝺ no.ca
no.de sen.excõ.venerabil.li.vj.de iure vero mnnicipali nil di-
co:quia nil de hoc in puncto proponitur. Super tertio vero
puncto si cessio ista fuisset facta ex causa voluntaria ⁊ vtiliter
apud cedentẽ remansura foret:puta si ex causa emptiõis vel do
nationis tunc in cessionariũ nõ trãsisset priuilegiũ euitandi cõ
promissum:sed qꝛ ꝓmittit̃ facta ex causa necessaria.s.fideiusso-
ri q se obligauerat ad dotẽ ⁊ eã restituerat mulieri:sic sibi neces
sario debebat fieri cessio.ff.de sol.l.cũ is. puto ꝙ in ipm transie
rit dictũ priuilegiũ: ꝑ ea q̃ determinat Bar. in.l.post dotẽ.cir-
ca fi.solu.ma.⁊.l.j.C.de priuil.do.⁊ qꝺ no.Cy.in.l.fi.C.de pro-
cur.⁊ Bar.in.l.facta.§.si heres.ad treb. Nã in effectu ad ipam
mulierẽ videt̃ redire cõmodũ cessionis. Laus deo.

Consilium.ccxxiij.

1 ☞ Quarta portio que debet̃ episcopo de relictis ecclesie ma-
iori non habet locum quando testator grauat heredes de erigẽ
go altari in dicta ecclesia ⁊ subministrandis sumptibus sacer-
doti eidem altari deseruienti ex fructibus possessionũ quas mã
dauerat emi ex quadam summa pecuniarum.



In christi nomine amẽ.

1 Videt̃ mihi dicendum indubitanter dictã ca-
nonicam portionẽ nõ deberi dño epo de disposi-
tione ꝑdicta pluribus rõnib⁹. Prima aut di-
cemus eã deberi de fructibus possessionũ emendarũ: ⁊ falsum
est cum dicti fructus sint deputati ⁊ relicti ad perpetuũ cultum
diuinũ. vt in.c.si.de test.⁊ hoc fatetur ille q cõsuluit in fauorez
dñi epi. Aut dicemus eã deberi de ꝓprietate dictarũ possessio-
num prout dixit dictus cõsultor.⁊ similiter est falsum: qꝛ si bñ
cõsiderent̃ verba testatoris de quibus supra testator dictas pos
sessiones nõ reliquit ecclesie maiori in qua voluit cõstrui dictũ
altare:sed solũ disposuit ⁊ mandauit ꝙ de pecunia redigenda
de quibusdã pannis emerent̃ dicte possessiones quã etiã pecu-
niam nõ legauit dicte ecclesie:sic ergo ꝓprietas dictarũ posses-
sionum apud heredes scriptos:lꝫ fructus deputati sint ad su-
stentationem sacerdotis. Per que pꝫ nõ obstare dictũ dñi Pe-
tri de Perusio qꝺ allegat ꝯsultor:vꝫ in tractatu suo de quarta
epali.§.venio ad septimũ.versi.quid si aliquia instituat here-
dez ⁊c.qꝛ ipse loquitur si bene inspiciat eo casu quo proprietas
fuit relicta ecclesie cũ onere distribuendi ⁊ assignandi fruct⁹ ad
perpetuuz cultũ vnius altaris vel capelle:vel qñ fuit relicta pe
cunia ecclesie ⁊ mandauit ex ea emi possessiones quarũ fructus
deputatos esse voluit ad seruitium capelle:sed hic nec proprie
tas nec pecunia ex qua deberent emi possessiones predicte fuit
relicta ecclesie:ergo ⁊c. Nã epo nõ debet̃ quarta nisi de relictis
factis ꝓprijs ecclesiasticis locis.vt in.c.officij.⁊.c.requisisti.de
test.⁊ in.c.cõquerente.de offi.ordi.secus in factis ꝑsonis etiam
ecclesiasticis:nõ tñ cõtemplatione ecclesie.vt.d.c.requisisti.§.
fi.⁊ qꝺ no.in.c.ij.de sepul. Multominus de his que nullo mõ
relicta sunt:vt in casu proposito. Scꝺo qꝛ si dicta ꝓprietas
censeret̃ fuisse relicta qꝺ nõ est verum non censeret̃ relicta ecclesie
maiori ꝑdicte sed altari cõstruẽdo pro eius dote cũ nõ debeat
erigi altare vel capella:vel si est erecta nõ dꝫ cõsecrari nisi ei as
signet̃ dos cõpetens.de cõse.eccle.vel alta. cũ sicut.de ꝯse.dist.
j.nemo.⁊ in aut.vt nullus fabri.ora.§.j.xvj.q.vlti.pie mentis.
Intelligit̃ ergo testator voluisse relinquere proprietatẽ dictarũ
possessionũ in causam in quã tenebat̃.s.in dotẽ postꝙ̃ manda-
bat altare cõstrui.ff.de dona.inter virũ ⁊ vxo.l.sed si vir lana.⁊
qꝺ ibi no.in.j.glo.cõiunctis iuribus.s̃.dictis. Sed de eo qꝺ re
linquit̃ pro dote altaris seu capelle cõstruẽde aut etiã cõstructe
⁊ nõ habẽtis dotẽ nulla canonica portio debetur epo: qꝛ dicta
dos dꝫ esse libera ⁊ absqꝫ vllo onere.de cẽsi.c.j.⁊ ita expresse de
terminat idẽ dñs Petrus in.d.§.venio ad septimũ. versi. qd si
testator iubet ecclesiã nouiter.⁊ versi.qd si testator instituit he-
redẽ vniuersalem altare ⁊c.q versiculi sunt post illũ versi.quid
si aliqs instituat heredẽ ecclesiã ⁊c.quẽ cõsultor allegat bene ꝑ
duas colũnas ⁊ vltra. Ex cuius dictis in versi.s̃.dictis colligi
tur manifesta determinatio in oppositum eius qꝺ consultum
extitit. Nam determinatio dicti consilij posset procedere si pro
prietas dictarum possessionum vel pecunia ex qua voluit eas
emi fuisset relicta ecclesie maiori in qua mandauit altare con-
strui vel ipsi altari habenti dotem congruam:⁊ ita loquitur do
minus Petrus in loco allegato per dominũ consultorẽ. At hic
neutruz est:qꝛ nec alicui ecclesie vel altari fuit relicta ꝓprietas
seu pecunia ex qua deberent emi:vel si dicamus censeri relictã
videbitur.i.censebitur relicta altari construendo pro dote qꝺ
altare nullam aliam dotem habebat congruam.de quo relicto
pro dote nulla canonica portio debetur ſm dominum Pe-
trum predictum. Preterea ⁊ tertio etiam si proprietas fuis-
set relicta ecclesie maiori:tamen ex quo redditus fuerunt depu
tati ad perpetuum ⁊ diuinum cultum dicti altaris:perinde ha
betur ac si ipsa proprietas fuisset relicta ad diuinum cultum:
quia ipsa proprietas nuda per seipsam non debet considerari
cũ nullius vtilitatis sit:sed debet cõsiderari ad quem vsuz sint
deputati fructus ⁊ ad eundez censeatur deputata proprietas:
⁊ sic ex ea non debeatur canonica portio sicut nec de fructibus.
⁊ ita tenent quidam moderni doctores canoniste valentes viri
reprehendentes dominum Petrum in loco allegato per con-
sultorem ⁊ dicentes distinctionem eius esse magis verbalem ꝙ̃
realem ⁊ contra mentem.c.si.de testa.vt in eorũ scriptis ⁊ apo
stillis.vide super dicto tractatu. Et puto ꝙ bene dicant: quia
non posset defalcari proprietas quin defalcarentur etiam fru-
ctus redditus:sed ipsi nõ sunt defalcandi ex quo deputati sunt
ad diuinum cultum:ergo nec proprietas per cuius defalcatio-
nem perueniretur ad defalcationem fructuuz:quia vno prohi-
bito censetur prohibitum omne aliud per qꝺ perueniretur ad
illud.ff.de sponsa.l.oratio.cũ concor. Ex quibus omnibus
sine vlteriori prosecutione concludo nullam canonicam portio
nem deberi prefato dño episcopo:nec de fructibus nec de ꝓprie-

tate dictarum possessionum emendarū pro sustentatione sacerdotis deputandi ad dictū altare: sicut si testator predictus mādasset fructus quarundam possessionum quas habuisset tēpore mortis deputari ad dictum perpetuū ⁊ diuinū cultuz quo casu proprietas remaneret perpetuo apud heredem. Nā ⁊ eidez censetur hic voluisse cū mandauit emi possessiones ⁊ nulli eas reliquit: sed solum fructus deputauit ad dictum vsum. Vel sicut si dictas possessiōes reliquisset pro dote altaris ad qđ dotādum tenebatur vt dictum est. Laus deo.

¶ Consilium. ccxxiiij.

a ¶ Connexis. Adde idez p.d. bar. sozi. ī consi. clxxx. versi. secūda regula est. in fine. in. ij. parte.

1 ☞ Si statuto caueatur ne de possessione agat̄ summarie nisi de poss. turbata si super eadem turbata poss. via ordinaria agatur ⁊ pars non opponat valet iudicium.



In christi nomine amen.

1 ¶ †Statuta supra relata requirunt ad hoc vt causa possessoria sit summaria ꝙ agatur de possessione turbata seu inuasiōe: vt ex eis pz. In casu ergo nostro siue dicamus intentatū petitoriū constat iudiciū nō esse summariuz. C. de iudi. l. iudices. siue possessoriū adhuc idem. Nam de iure cōi iudicium possessorium nō est summarium. vt no. C. q legi. pso. l. momentanee. p Cy. j. q. ⁊ p Bar. ibidē. ⁊ per eundē in. l. naturaliter. §. nihil ꝯmune. in pe. ⁊ vlt. col. ⁊ in. l. momētanee. C. vnde vi. licet quantuz ad articulū proprietatis qui aliqn̄ vertit̄ incidenter eo possit dici summariū: qꝛ summatim de proprietate discutitur: vt ibi no. Ipsum tamen principale iudicium possessorium semp ⁊ regulariter est ordinarium de iure cōmuni: qꝛ eo lis contestatur ordo iuris seruat̄ ⁊ sententia in eo lata est diffinitiua. C. de sen. l. post sententiam. ⁊ no. in. l. j. si de momenta. pos. Item nec ex forma dictoꝝ statutorum dicta causa potest dici summaria: quia nō fuit in libello intentata illa qualitas que requiritur de statuto ad hoc vt sit summaria. s. turbatio possessionis vel inuasio: ergo ⁊c. ar. ff. quibus ex cau. in pos. ea. l. fulcinius. §. ij. ⁊. q. de illo no. Bar. vi. bo. rap. l. pretor. §. docere. ne quid in flumine publi. l. j. qui bene facit. sicut enim qualitas necessaria pro victoria obtinenda ⁊ sup qua fundat̄ intētio agentis debet in libello proponi ⁊ probari: ita ⁊ illa que necessaria est ad procedendum summarie: ⁊ ea non proposita non censet̄ intentata via statuti sed via iuris cōis q̄ ex verbis colligi pōt. ff. de libe. ⁊ posthu. l. gallus. §. j. ⁊ qđ ibi no. Constat autez hoc fieri posse. s. ꝙ licet adsit qualitas a statuto reqsita possit actor eam in libello deducere ⁊ petere summarie procedi si tñ nō vult sed ꝙ procedatur ordinarie potest hoc etiam petere: ⁊ etiaz ita procedi potest si iudex non est a statuto necessitatus ad procedendum summarie: vt not. in. cle. sepe. de verb. signi. ar. l. j. C. quomodo ⁊ qñ iudex. Non igit̄ multum expedit laborare in videndo que actio vel qđ remedium fuerit in hoc iudicio intentata vel intentatū. Cū quecūqz vel quocūqz fuerit intentate vel intentatū idē sit effectus. ar. d. l. gallus. si eius. in fin. ff. de li. et posthu. Et sic concludo vna cū suprascriptis egregijs cōsultoribus ꝙ in hoc iudicio seruanda sunt tempora statuta causis ordinarijs: ⁊ si illa nō sunt transacta pōt vel potuit sn̄ia ferri non obstantibus obiectis in ꝯtrium quibus de facili pz rn̄sio per predicta. Nam hic partes elegerunt viā iuris cōis. s. actor in petendo ordinarie procedi ⁊ in omittendo qualitatē a statuto requisitam ⁊ in contestando litem ⁊ reus similiter in patiendo ⁊ non opponendo: igitur hec via eis pateat. ff. quod me. cau. l. penul. §. fina. Laus deo.

¶ Consilium. ccxxv.

1 ☞ Si fiat cōpromissum in quattuor ex forma vt duobus in idem consentientibus stetur quo ad laudum ferendum ⁊ corrigendum alij duo non possunt contrariuz iudicare nec laudata per alios corrigere.

2 Et inhibitio facta per vnum ex coniudicibus non potest p aliū reuocari.



In christi nomine amē.

1 ¶ †Visis ⁊ ꝯsideratis oib⁹. s. scriptis dico dicta prima duo lauda lata ꝯ dictum Michaelez in fauorem dicte hereditatis valere: sequētia vero lauda lata in oppositum nō valere. Primū dictum probat̄ ex forma cōpromissi quo data fuit potestas laudandi duobus ex dictis arbitris ꝯcordantibus alijs etiā irrequisitis: ergo ⁊c. ff. de arbi. l. nō distinguem⁹. §. de officio. iuncto. c. cū plures. in prin. 1
de offi. dele. lib. vj. Scđm dictū pbatur in. c. cum plures. versi. porro. ⁊ in. c. si duo. de pcu. eo. lib. ff. de offi. consul. l. j. de pcu. l. pluribus. facit de le. j. si pluribus. in fi. p q̄ iura pz ꝙ primi arbitri laudādo preoccupauerunt sibi omnē potestatē datā ex cōpromisso. ⁊ ꝙ alij arbitri postea se ītromittere nō potuerūt etiā in corrigēdo vel reuocādo pma lauda: posito ꝙ male lata fuissent postq̄ extabāt primi duo arbitri qui dicta prima lauda tulerunt ⁊ nō erant nec sunt impediti. Nā talis correctio ⁊ emendatio pertinebat ⁊ pertinet ad p̄dictos duos q laudādo preoccupauerunt: qñcūqz vero censet̄ cōpromissum cōsumptum illis primis existētibus ⁊ nō impeditis: vt. d. c. cū plures. §. j. Sicut eñ illi primi preoccupauerūt sibi potestatē laudādi qđ erat pn̄cipalr̄ eis cōpromissum: ita ⁊ quantū ad depēdētia ⁊ connexa vz corrigēdi ⁊ emēdādi virtute potestatis eis attributa super
a hoc ī cōpromisso: cū idē sit iudiciū de dependētibus ⁊ cōnexis[a] ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. rōnē. in. fi. de iuris. om. iu. l. ij. ⁊ qđ ibi no. ī gl. de separa. l. j. §. pterea. de admi. tu. ita aūt. §. si tutor. de cōsti. c. trāslato. ⁊ qđ no. in. iij. q. vj. hoc qppe. Itē qꝛ laudare ⁊ laudata corrigere censet̄ vnū negotiū rōne vnius ⁊ eiusdē finis ad quē tēdūt scz ad termināndū negotiū ⁊ lites inter ptes: laudando ergo primi duo p̄fatū negotiū inceperūt: igitur ⁊ ipsi habebāt ⁊ habēt ipsum finire. s. corrigēdo ⁊ emēdādo si expedit cū nil censeat̄ egisse cū aliqd superest ad agenduz. C. ad sillenia. l. fi. Nō aūt pertinebat ad alios coarbitros: vt. d. c. cū plures. ⁊ ar. ff. de iudi. l. vbi ceptā. C. eo. nulli. ⁊ de qbus reb⁹ ad eundē iudi. eat̄. p totū. Et hec interpretatio iustior est ⁊ rōnabilior q̄ intelligere verba cōpromissi vt laudata p duos alij duo corrigere possint: tūc eñ posset sequi cōfusio ⁊ processus in infinitū: qꝛ ppter simultates ⁊ odia: qđ duo laudarent alij duo cassarent ⁊ econuerso: ⁊ sic esset res quodāmō in circulo ⁊ insaltabilis qđ euitandū est: vt in simili no. ff. que res pig. ob. pos. l. aristo. Credendū est ergo mentē partiuz talē fuisse vz vt duo ex eis in concordia possent laudare ⁊ ipsi idem ⁊ nō alij laudata corrigere: qꝛ nō est presumendū ꝙ nisi ex iusta ⁊ rationabili causa corrigant factū suū. de accu. c. qualiter ⁊ qñ. nō sic presumendum est de alijs qui possent ex rancore vel leuitate ad hoc moueri: ideo ⁊c. de reg. iur. in obscuris. Patet igit̄ nō solū vltimā rationē supra tactā in puncto pro parte dicti curatoris hereditatis optime pcedere: sed etiā prima sustentabilis videri ex eo qꝛ vltima duo lauda lata post inhibitionem iudicis nō value
2 rint ppter dictā inhibitionē tali ratione. †Nā sicut ad officiuz iudicis pertinet mādare arbitris ꝙ ferant lauduz. ff. de arbi. l. iij. §. tam ⁊ si. ⁊. §. ait pretor. ⁊ qđ ibi no. ⁊. §. fi. cū. l. seq. ita ⁊ ex iusta causa inhibere ⁊ ꝙ nō ferant vt idē sit iudiciū de correlatiuis seu de contrarijs. ff. de le. iij. l. fi. de vul. sub. l. ⁊ si cōtracta. de accept. l. fi. Igit̄ debuerunt dicti coarbitri dicte inhibitioni parere. de temp. ordi. c. ad aures. ⁊ qđ ibi no. per Inno. ⁊ not. p eundem in. c. ij. de in integ. resti. circa medium. ⁊ ar. ff. de pe. l. moris. ⁊. l. fi. non parendo: ergo videtur nō valere quicquid fecerunt in contrarium. Pro quo optime faciunt plures tex. dicētes ꝙ iudex potest alicui inhibere ⁊ interdicere alienationē rei sue: ⁊ ꝙ alienatio facta contra inhibitionē iudicis nō tenet. ff. de pol. l. de pollicitationibus. in fin. qui ⁊ a quibus. l. pspexit. ⁊ ibi no. in glo. de priui. credi. l. si creditores. ante fi. de manumis. l. seruus hac. l. qđ etiā tenet Bar. in. l. filiusfami. §. diui. ff. de leg. j. per. l. si sciēs. de cōtrahē. emp. pro quo etiā facit qđ no. in. c. dilecto. de prebē. in tex. ⁊ per Inno. qui dicit ꝙ non solum princeps sed etiā quilibet iudex ordinarius in his que pertinēt ad eius iurisditionē ⁊ officium potest inhibere ⁊ clausulam annullatoriā apponere si contingat ꝯ fieri. Ipse tamen Innocen. in. c. cum in tua. qui matri. accu. pos. dicit ꝙ tūc actus factus ꝯ inhibitionē iudicis est nullus cū in dicta inhibitione fuit apposita clausula annullatoria: al's secus. p. c. pe. de matri. ꝯcto contra interdi. eccle. sed leges. s. allega. vident̄ velle ꝙ sufficiat solla inhibitio qđ vr̄ verius: qꝛ q inhibet eoipso vr̄ velle ꝙ si ꝯ fiat nō valeat. ar. C. de legi. l. nō dubiū. Nec ob. dictū. c. pen. qꝛ ibi in matrimonio ꝙ regulat̄ magis a iure diuino q̄ humano: vñ nisi subsit causa ppetui impedimēti nō reddit̄ nullū. ¶ Itē nō ob. ꝙ alij duo arbitri tulerūt sequentia duo lauda de mādato alterius collateralis: quia potest dici ꝙ illud mandatum non teneat: tum quia alius inceperat inhibere: igitur ⁊ ad eundez pertinebat inhibitionē reuocare tāq̄ puenerit. arg. C. de spor. l. j. tum qꝛ forte dictū mandatū fuit surreptitium: qꝛ dictus collateralis ignorauit de inhibitione prima: qꝛ ista tñ consistunt in facto sufficit fundamentū sumere ex precedenti rōne de preoccupatione que sufficientissima est: ⁊ per eam concludo vt in prin. dixi. Laus deo.

¶ Consilium. ccxxvi.

1 ☞ Statuto prohibente certas psonas ab officio ꝯmunis an prohibeat a notariatu ad banchum iuris. ⁊ an detur tertia species officij inter ordinaria ⁊ extraordinaria.



In christi nomine amen.

¶ Dico dictū ser Franciscū nō incidisse in penam dicti statuti posseqz dictū officiū exercere tali ratione. Nam de iure quilibet censetur habilis ad officia nisi ostendatur

1 nisi ostendatur inhabilis.ff.de proba.l. ab ea parte. † Sed sta-
tutum qꝺ inhabilitat registratos ⁊ debitores cōmunis ad offi
cia loquitur limitatiue.s.de officio cōmunis:⁊ ista est vna limi
tatio. Itē de officijs ordinarijs ⁊ extraordinarijs:⁊ ista est alte
ra limitatio. Si ergo est dare aliquod officiū qꝺ nō sit officiū
cōmunis:aut nō cōputetur in numero officioꝝ ordinariorum
aut extraordinariorum dicti cōmunis:statutū predictum sibi
locum in eo nō vendicat. Et sic de iure cōi reputaꝛ habilis nec
per aliqꝺ aliud statutū inhabilitaꝛ. Sed officiū notariatus de
quo.s̄.non vꝛ ꝙ possit dici officiū cōis eo modo quo statutum
loquitur:quia statutū dꝫ intelligi de officijs de qbus immedia
te ⁊ principaliter deseruitur cōi.ar.ff.si ager vec.vel emphi.pe
ta.l.j.§.qui in perpetuū. Et qꝺ dicimus de cā: quia cuꝫ de ipsa
a fit mentio dꝫ intelligi de proxima [a] ⁊ immediata nō autē de re-
mota ⁊ immediata.ff.de cōdi.ob tur.causam.l.pe.de excep.rei
iu.cū de hoc.rerū amo.l.si mulier.⁊ qꝺ no.de acq.pos.l.iij.§.ex
pluribus.in glo.no.duas. Sꝫ in isto officio nō deseruitur prin-
cipaliter ⁊ immediate ipsi cōi sed officio potestatis:⁊ ideo vo-
cantur notarij potestatis non aūt notarij cōis sancti Miniati:
igitur statutū ad tale officiū nō extendiꝛ cū sit ꝯ ius cōe:⁊ sic re
stringendū.de reg.iur. odia. ⁊ sumus in dispositione legali in
qua de causa ꝓpria ⁊ immediata verba sunt intelligēda.ff.de
verbo.sig.l.lege censoria.lꝫ in causa testamentaria ⁊ fauorabili
aliud sit.ff.de auro ⁊ argē.lega.l.vxori. Itē posito ꝙ esset offi-
cium cōmunis nō tñ cōputaꝛ in numero ordinariorū vel extra
ordinarioꝝ.qꝺ pꝫ:qꝛ ꝓm ea q̄ mihi verbo asserunt in dicta ter-
ra sancti Miniati fiunt tres burse:in quarū vna imbursanꝛ of
ficia ordinaria:in alia officia spiculatorū que dicuntur extraor-
dinaria:in altera vero officia notariatuū. Ex quo patet ꝙ cō-
mune sc̄ti Miniati nō cōputat dicta officia notariatuū īter or
dinaria vel extraordinaria officia:sed vult ꝙ faciant diuersaꝫ
⁊ distinctam speciem sicut in simili videmus de nominibus de
bitoꝝ:qꝛ nō proprie possunt dici mobilia bona:sed faciunt ter
tiam speciē de per se.ff. de pecul.l.q̄ ruberonis.§. in peculum.
de re iudi.l.a diuo.pio.§.in vēditione.⁊ qꝺ no. Bar.in.l.pōt.
ff.de admi.tu. Constat nāqꝫ ꝙ facto datur voluntas intelligi.
ff.de legi.l.de quibus.de edil.edic. si tamē.§.ei qui. Cum ergo
cōe sancti Miniati teneat bursam officiorum notariatus di-
stinctam a bursa officioꝝ ordinariorū ⁊ extraordinariorūꝫ:er-
go non vult inter ea computari. Et si ita est:ergo nec dici posse:
qꝛ denominatio debet fieri ꝓm ꝙ communi placet:sicut in si.di
cimus ꝙ ille dicuntur dignitates vel personatus que sic cōmu
niter in loco vel ecclesia in qua sunt reputantur:vt no.in.c.j.de
consue.lib.vj.per archi. Nam nomina ponuntur ad beneplaci
tum ad recognoscendū personas vel res.C.de ingenu.⁊ ma.l.
ad recognoscendas.⁊ distinctio nominum significat distinctio
nem in substantia.C.de codicil.l.si idē. Cū ergo cōe sancti Mi
niati speciali noīe denominet officia notariatus ⁊ distincte ab
alijs officijs ordina.vel extraor.ergo ⁊c. Nō ergo sibi locū ven
dicat statutū predictū in officio prelibato postq̄ qualitates a
statuto requisito non astitit in eo.ar.ff.quib.ex cau.in pos.ea.l.
fulcinius.§.ij. Et si dicatur lꝫ dictum statutum primo requirat
dictas qualitates: postea tñ in versi. neqꝫ hmōi omnes p̄dicti
⁊c.generaliter loquiꝛ dicens predictos de quib⁹.s̄. dixerat nō
posse eligi ab alijs qꝺ officiū dicti cōmunis ⁊c.nec repetitit or-
dinariū vel extraordinariū. Sed rñdeo ꝙ intelligiꝛ repetijsse:
qꝛ illud est capitulū immediatū nō separatū: ⁊ talis repetitio
nō est de his q̄ pertinēt ad facti narrationem sꝫ ad iuris disposi
tionē:nec est ꝯ ius cōe sed potius ꝓm ipsum:igiꝛ ⁊c.ff.ad.l.agl.
l.quemadmodū.§.si.de adul.l.mariti.§.quinquēnium.⁊ ple-
ne per Bar.in.l.pretor.§.eritqꝫ differentia.ff.vi bo.rap. ¶ Cō
cludo igitur vt.s̄.in prin. dixi. Laus deo.

¶ Consilium.ccxxvij.

1 ☞ Si circa hereditatē diuidēdā fiant duo ꝯctus ⁊ in sc̄do ꝯ-
ctu apponanꝛ aliqua capitula obscura debent intelligi ꝓm pri
mū ꝯctū ne reddanꝛ superflua:nec ad hoc cēseꝛ facta nouatio.



In christi nomine amē.

1 ¶ Licet multa fuerint scripta per suprascriptos
doc.egregios:in paucis tñ vꝛ mihi consistere sub
stantia eius qꝺ queritur.† Stat eñ dubiū qꝛ capi
tulum sc̄di tractatus sup̄ quo oritur dubitatio nō dicit ꝓ quo-
ta portiōe massaritie ⁊ alia mobilia debeant ad vnūquēqꝫ di-
ctorum fratrū ꝑtinere:nec dicit ꝙ remaneant cōia prout erāt an
te dictū ꝯctum seu ꝑ illis partib⁹:tūc eñ res esset clara. sꝫ dicit
ꝙ remaneant apud quēlibet ipsoꝝ ꝓut de p̄nti possidenꝛ. Nūc
ergo si dicti fratres separatim vnus ab altero habitasset:⁊ vnus
quisqꝫ ipsoꝝ res aliquas de predictis apud se ⁊ pro suo vsu ha-
buisset:similiter res esset clara:qꝛ tūc dictus Manuel vltra dic.
iiij.flor.deberet habere etiam illas massaritias ⁊ res mobiles
quas apud se tunc tēporis habuisset etiā insolidum ꝓut apud
eum insolidū fuissent siue facerēt maiorē partē q̄ esset tertia om
niū massaritiarū ⁊ rerum mobiliū siue minorē siue tantā:sic eñ
clare procederet dictū capitulū ꝓm eius verba ⁊ oīa essent pla-
na. Sꝫ qꝛ dicti fratres simul ⁊ cōiter habitabāt:neuterqꝫ ipso-
rum apud se res aliquas de predictis insolidū possidebat: sed
mystice vnusquisqꝫ ipsorū eis vtebaꝛ vertitur in dubiū qd vo-
luerit illud capitulū. Si eñ voluit ꝙ tertia pars predictorum
esset Manuelis ⁊ due partes essent Bonauenture ꝓm tenoreꝫ
primi ꝯctus celebrati Bononie ad q̄d fuerūt apposita illa ver
ba q̄ ꝑ vnūquēqꝫ ipsoꝝ fuerunt possessa ⁊ de p̄nti possidenꝛ:po-
tuisset eñ clarius loqui ⁊ breuius:vñ per dicta verba voluisse vi
dentur aliquid aliud significare. Itē ibi fit etiā mentio de mas
saritijs ⁊ rebus non diuisis in quibus vꝛ nō posse cadere dicta
coniectura primi ꝯctus. Itē postea egerunt ꝙ pro ꝑte Bonauē
ture nō intelligaꝛ facta nouatio primi cōtractus: sed ex parte
Manuelis sic ⁊ ꝙ pro sua parte obseruareꝛ secundus de dictis
quattuor milibus. Si ergo dictus Bonauentura petat tertiā
partē bonoꝝ predictoꝝ virtute primi cōtractus obstare vꝛ exce
ptio nouationis. vt.l.si stipulatus.circa si.ff.de vsur. Si auteꝫ
virtute sc̄di nō vꝛ agere posse ꝓpter obscuritatē dicti capituli:
⁊ etiā qualitatis ab eo requisite.s.possessionis. ar.ff. de rebus
du.si fuerit.iuncta.l.fulcinius.§.ij.ff.qui. ex cau.in pos.ea.
¶ Breuiter his nō obstantibus cōtrariū dico.nā ꝓm predicta
dictū capituluꝫ nil operareꝛ ⁊ frustra mēbranas occuparet qꝺ
nō est dicendū si aliquis sanus intellectus pōt ei dari.ff.ad mu
nici.l.j.in.si.cū ibi no.⁊ qꝺ no.de maio.⁊ obe.c.solite.in glo. su
per verbo tāq̄.⁊ qꝺ no.in.l.j.ff.qꝺ me cau.⁊ pꝫ in.d.l. si stipula
tus.de vsu.etiam si expediret impropriare verba.ff.de iureiur.
sed ⁊ si possessori.§.sed si rerum.⁊ qꝺ no.C.de vsu.l.i.cuꝫ magis
sensus q̄ verba ⁊c.C.que res pig.ob.poss.l.si.de arbit.l.ne in ar
bitris.in.si. Pōt ergo intelligi dictū capituluꝫ sane sic.s.vt de
massaritijs ⁊ rebus mobilibus nulla intelligatur facta nouatio
primi contractus per sc̄dm:sed vti prius stabant ita stent vt si di
citur.ff.de serui. vrba. predio.l.si arborem.§. si. de contrahen.
emp.l.cum in lege.ꝓm ꝙ prefatus Manuel vltra summaꝫ quat
tuor millium debebit habere tertiam partem massaritiarū ⁊ re
rum mobilium sicut habuisset si secundus cōtractus factus nō
foret. Nec huic intellectui cōtrariantur verba illa que per vnū-
quēqꝫ ipsorum fuerunt possessa ⁊ prout possidenꝛ ⁊c.licet neu-
ter eoꝝ per se soluꝫ possideret aliquas de predictis. Nam ⁊ si si-
mul possederint verificanꝛ verba predicta. Uerum est enim di-
cere vnūquēqꝫ ipsorū possedisse pro partibus quas habebāt vir
tute primi cōtractus.s. Manuel pro tertia ⁊ Bonauentura ꝑ
duabus alijs tertijs:igitur ex quo verba nō repugnant ⁊ mens
ꝯgruit debem⁹ hoc amplecti.ff.de leg.j.l.ab oībus.in prin. Itē
nō ob.ꝙ ibi fit mentio de bonis nō diuisis:qꝛ potest intelligi.i.
de acquisitis post primum cōtractū que nō videbantur cadere
sub eo:tamen re vera cadebant:quia primus cōtractus ꝓprie
nō fuit diuisio:sꝫ fuit declaratio portionū.s.quotam quisqꝫ ip-
sorum haberet in dicta societate oīum bonoꝝ: ⁊ sic extendebaꝛ
ad presentia ⁊ futura. Nec est ista extranea locutio vt in si.habe
tur.C.de peti.here.l.si.§.sin autē libertates.in glo. super verbo
euanescant. Iteꝫ non ob.ꝙ videtur facta nouatio quo ad dictū
Manuelem de primo cōtractu:quia dicam hoc veruꝫ preterq̄
quo ad massaritias ⁊ bona mobilia propter dictum capituluꝫ.
Item ꝙ omne ⁊ singule massaritie ⁊c.qꝺ patet:quia pluries in
eodem instrumento repetitur ꝙ dictus Manuel habeat dicta
quattuor millia:⁊ etiam alia in dicto instrumēto contenta.vn
de posito ꝙ dictam tertiam partem massaritarum nō posset pe
tere dict⁹ Manuel ex primo cōtractu tanq̄ nouato ꝑ sc̄dm:nec
ex eo posset agere:tñ potest agere ex sc̄do ad id qꝺ deuenerat in
primo cōfirmato in hoc ꝑ sc̄dm.ar.ff.de iniusto testa.l. posthu-
mus.§.si paganus.ad trebel.l.si quis priore.⁊ in toto ti. de no-
ua. Bonauentura vero potest agere ex vtroqꝫ cōtractu postq̄
quo ad eū non fuit facta nouatio.C.de noua.l.si.⁊ ar. de act.et
ob.l.quof. Et ex vtroqꝫ pōt agi tam act.pro socio q̄ ex stipu.in
terueniente in dictis cōtractibus hincinde.ff.pro so.l.duo socie
tatem.⁊ qꝺ no. Bar.in.l.singularia.ff.si cer.pe. circa medium.
¶ Concludo ergo dictum Manuelem debere habere vltra di-
cta quattuor milia etiam tertiam partem massaritiarum ⁊ re-
rum mobilium sicut erat habiturus ex primo cōtractu si secun-
dus non fuisset celebratus. Laus deo.

[a] ¶ De prima. Adde. d. Pet. phi.cor. in con. cclxvj. inci. circa. in littera. Q. in.iiij.parte.

¶ Consilium.ccxxviij.

1 ☞ An renuntiatio hereditatis adite sine traditione habeat
vim donationis ⁊ abdicetur a renuntiante.
2 Si res vendatur a non domino vni ⁊ a vero domino alteri ⁊ di
catur primā venditionē fuisse ratificatam dñm ante secundam
venditionē cui incumbat onus probandi: actori an reo.
3 Qualitatem facti allegans debet eam probare.

In christi nomine amen.

¶ Pro declaratione eius qd queritur notandum est ꝙ ex his que proponuntur in themate nō apparet apud dictam dn̄am Petram fuisse aliquod dominium in totum vel pro parte in dicta vinea que preponit̄ in hereditate mariti remansisse.
2 ¶†Ad scdm vr̄ prima fronte dicendū etiā si dicte sorores obtinuerint in querela z ab intestato succedant teneri eas restituere hereditatē dicto marito ex generali fideicō.qd ex illa clausula codicillari surgit.vt.C.de fideicō.l.ex testamēto. z de mili. testa.qui iure.z vtrobiqz notat z expressius:qz illis verbis institutio directa ꝯuertit in fideic.vniuersale. vt.ff.de iniusto rup. z irri.testamēto.posthumus.§.fi.z de testa.mi. querebatur.§. vtrū autē. Cōstat aūt fideicōmissum vniuersale valere rescisso testamēto p q̄relā inofficiosi testamēti.vt.C.de lib.pter. vel exhere.aut.ex cā.que loquit gn̄aliter.z i corpore vnde sumit. z in aut.vt cū de appel.cognoscit.§.si tn̄ cōtigerit.z.§.legatis. vbi simplr̄ statuit legata z fideicōmissa valere rescisso testamēto p querelam neqz separat fideicōmissa specialia ab vniuersalib⁹. z ita glo.expresse notauit etiā vniuersale fideicōmissum p eam aut.cōfirmari.ff.ad treb.ita tn̄.§.quotiēs.z doct.ibi sequnt. z.C.de lib.pter.aut.ex cā. ¶ In aduersum arguit.palam est iure veteri eā clausulam nihil operari rescisso testamento p querelam nec vertebatur p eā institutio in fideicōmissuz nec q in querelam obtinuissent tenebat ex fideicōmisso restituere hereditatem scriptis heredibus vt.ff.de inoffi.testamento.titia.nec hoc vllo iure nouo mutatū est in testamēto fratris vel sororis turpē personā sibi instituentis z fratrem vel sororem consanguineaz ꝓtereuntis.aut.nāqz. vt cū de appel.cogno.§.aliud quoqz capitulū.cū oibus sequētibus.vn̄ sumpta est aut.ex cā.C.de libe. preter.vel exhere.indubitate loquitur tm̄ de testamētis liberorum z parentū z de querela inoffi.testamēti que datur liberis ꝯ testamēta parentū vel parentibus ꝯ testamēta liberorū:vt ex verbis dicte aut.z in.d.aut.in multis partibus exprimit. Igitur ius antiquū quo ad querelam inter fratres z sorores z eorū testamētum rēmanet immutatū.neqz em̄ qs recte censebit fratrē hodie debere aut institui protinus aut preteriri aut nominatim exheredari: nominatim quoqz īserta causa ingratitudinis presertim ex bis que sunt in ipsa noua cōstitutione descripte.Nec rursum ius nouissimū ius vetus in vno casu corrigēs ad alterum casum etiā p idētitatē rōnis extenditur vt scribitur p Jac.bu.z Bar.z ceteros.C.de sac.san.eccle.aut.quas actiones.post glo.ibi positā.z per bar.ff.so.ma.si constante. in prin. ad qd facit.eo.ti.si vero negotium.§.de viro.qd enim noua lege specialiter nō est expressum: sub antiquis regulis z legibus relictū esse credēdū est.sic dicit legislator in.l.precipimus.in fi. C.de appel.z notandum verbum specialiter ibi positum si qs sane putauerit totam eam nouissimam constitutionem vt cum de app.cogno.ad liberos tantum z parentes eorūqz testamenta pertinere exceptis illis duobus medijs.§.si tamen contigerit.z.§.legatis.qui z ad fratres ac sorores z eorū testamēta pertineat aut extendant nō recte sentire videbit z ꝯ.l.fi.ff.de iur.z fac.igno.vbi quale est principiū cōstitutionis tale dz intelligi mediū:z multo magis mediū recipiet intellectuz a prin. z fine seu a precedentibus z sequentibus. arg.ff.de legi. z seruus plurīū.§.fi.z ꝯiura volentia z legū correctio ꝙtum fieri possit sit vitāda. de elec.cū expediat. lib.vi.in aut.qui.mo.na. effi.sui. §.tribus.eoqz magis: qz diuersa rō est in liberis z parētibus p nouū ius imutatū est: qm̄ hodie necesse sit eos institui nec sufficeret eis legitimā portionē alio quouis titulo dari vel relinqui nisi fuerint ingrati quo casu id pro eis innouatū est vt debeant dici in testamēto ingrati z cā ingratitudinis nominatim testamētis inseri ꝙ iure veteri nō fuerat necessariū: si qd igit ꝯ eos ius nouissimū sanxerit sup legatis z fideicōmissis ceterisqz capitulis vt valeant agere ferēdū nō est.ar.ff.de iureiurā.eū qui.in prin.p fratribus aūt z sororibus nihil nouo iure sancitū est:sic ergo nec ꝯ eos ad instar eius qd dixerūt doc.C.de bo. q̄ libe.cū nō solū.in pn̄.qz p ius nouū sublatū est patri ꝯpulsionis ius in filiū:qz nō pōt eū cōpellere adire hereditatē nec in eū recusantem patriā exercere potestatē cōcessuz est patri sibi filio recusante adire p se hereditatē filiofa.delatā sibiqz in plenū eā querere qm̄ vero in seruis ius nō est mutatū:qz pōt in seruuū recusantē adire hereditatē delatā sibi dn̄icā exercere potestatē:sicqz nil ꝯ dn̄os iure nouo mutatū est ita nec p eis:vn̄ seruo nolēte nullatenus poterit dn̄s hereditatē p seruuz delatā acquirere ſm ius vetus.ff.ad trebel.seruo inuito.i prin.sicqz plus iuris hz pr̄ in delatis p filium ꝙ dn̄s in delatis p seruū iure nouo:cū tn̄ cōstat plenı⁹ esse ius potestatis dominice ꝙ paterne. Deniqz post hec oīa cognita gauisus sum ꝙ Ang.huius quoqz sn̄ie comperi in aut.ex cā.z neminē memini vidisse ꝯriū. Adiuuabā etiā hanc partē per ea que no.Guil.de cu.C.de inoffi.te. fratres.vbi no. etiam si frater fuerit in legitima parte vel ampliore. Turpis autem persona in aliqua etiam minima parte scriptus nihilo magis querelam excludit:sed potius eaz partem turpi scripto heredi per querelam protinus auferendā qm̄ hoc de querela in odium turpium institutorū cōstitutū est qd nemo tm̄ in liberis z parētibus diceret ꝙꝙ eis plusꝙ fratribus faueatur. vt.C.de inoffi.testa.cum queritur.z in aut.vt cum de appel.cogno.§.et

3 hec disponimus.versi.ceterum.† Preterea ꝙ hec est sn̄ia glo. generalis vt clausula codicillaris nil operetur cum testamentū querela inoffi.test.rescinditur in aut. ex cā. quam sequit Guil.

a de cu.in.l.fi.C.de codi.cuius glosatoris autoritas quāta[a] sit in negotijs forensibus testatur Ja.but.C.qui pro sua. iur.l.j.vbi ait in decisionibus causarū non esse a glo.sn̄ia recedēdū nisi cōtraria foret cōsuetudo iudiciorum presertim cum fuerit alicu⁹ clari doctoris autoritate suffulta. Nouissime z ipsius clausule codicillaris conditio spectanda est:si non potest valere iure testamenti que est falsa:nam eius cōtradictoria vera est: quia potest valere iure testamenti: nam z valet z rursum valere potest z pōtuit multis casibus efficacissime: quid enim si fuissent premortue sorores testatricis:quid etiam si post mortem testatricis ante aditā hereditatem cum necdum querela nata est: quid si post aditam priusꝙ querelaz preparassent: aut quid si quinquēnio tacuissent aut etiā querelā repudiassent: his omnibus potuit valere iure testamenti z irretractabiliter: vniuersalis ergo ꝯria nō potest valere iure testamēti falsa est.vt.ff.de rebus dub. si vero qui ducenta.§.vtrum. igitur irritā reddit eā dispositionē.ff.si cer.pe.cū ad pn̄s.de ver.ob.cōditiones. Et periculosuz est scripturā q̄ semel iure testamenti valuit eaqz pro testō vsus est ad codicillos trāsducere.ar.C.de codi.l.fi.que consideratio adiuuat glo.d.aut.ex causa. Uerū hec vltima non sunt dictis sororibus necessaria cum satis eis priora sufficiant z cum p hec que.ſ.deduxi ratio nature z sanguinis adiuuetur z turpes mores meritissime puniantur qd reipublice congruit. vt.C.quo. bo.l.fi.z.ff.ad legem aquil.ita vulneratus.z de fideius.si a reo. §.qd vulgo.procliuius in hanc sententiā decurri vt agere possint dicte sorores z obtinere nec restituere teneantur presertim cum vxor plerunqz in vltimis cōstituta aut metu aut nimia reuerentia mariti ne forsitan sibi indignantem reddat aut efficiat de salute sperans non vltra ita testetur vt maritum contra responsa prudentum z nature rationem consanguineis preferant: vt.d.l.fi.C.quo. bo.

¶ Et ita dico z cōsulo ego Rapha.ful.iuris vtriusqz doctor: z ad fidem subscripsi z sigillum meū imprimi iussi.

¶ Idē vr̄ mihi Rapha.raymūdo iuris vtriusqz doc. qd.ſ.plene cōclusum est cū negari nō possit maritū de quo agit saltē de facto z leuis nota macule aspersum ꝙ ad q̄rela sufficit immo z nota graui vt.ſ. patuit z ne superuacuis insistā me in testimonium subscripsi z sigillum meum imprimi iussi. Laus deo.

Addit[i]o. a ¶ Glo.autoritas quāta sit. Adde phil. corne.in cōsi.lix.incip.diu post cōsiliuz.in.iij.col. ver.item hic voluit.in.iiij.volu. B.Ferrā.

¶ Consilium.cclxx.

1 ¶ Qd bona relicta hospitali cōditione apposita ꝙ non possint alienari possint tn̄ in melius pmutari nō obstante prohibitione z pena si cōtrafiat p testatorem appositis.

2 Et an semp appellatione vēditionis veniat omnis alienatio.

N christi nomine amen.

1 ¶ Dubitat nunquid hospitale seu pauperes hospitalis sancte Marie batutorũ de monte de boñ. heredes instituti in testamento Francisci de grassis ⁊ prohibiti alienare bona immobilia prout in testamento continetur possint permutare meliorando. ⁊ arguit primo ꝙ non attenta forma testamenti qua ꝓhibuit heredibus suis venditionẽ alienationem ⁊ omnẽ ꝯtractum ⁊ actũ ex quo alienatio sequeret vel presumi posset bonorum immobiliũ hereditatis dicti testatoris. Nam appellatione alienationis etiam permutatio continetur. l. fi. C. de rebus non alie. ⁊ ibi videtur casus questionis nostre cum loquatur in testatore prohibente alienationem: certe omnis contractus per quem transfertur dominium videtur esse prohibitus. Sed permutatio est huiusmodi: quia per eaꝫ transfertur dominium in accipientem. vt. l. j. §. j. ff. de rerum permuta. l. cum precibus. C. eo. ti. ad idem. l. j. C. de fundo do. ⁊ in. c. nulli. extra de rebus. eccle. non alie. vbi tex. expresse loquitur: maxime cum in hoc voluntas defuncti prohibẽtis pro lege sit omnino obseruanda. vt in autẽ. de nup. §. disponat. Ergo testatore prohibente nõ videtur aliter dici posse nisi vt nõ teneat alienatio: eo magis ꝙ in proposito testator vlterius progressus est dicens ꝙ si ꝯ factum fuerit: tũc in eo casu voluit ⁊ mandauit dictus testator omnẽ venditionẽ ⁊ alienationẽ ꝯctam ⁊ actum q ⁊ q̃ per aliquos ꝯ predictã ipsius testatoris prohibitionẽ fieret careat viribus ⁊ effectu. Ecce igit expressam ꝯctus annullationẽ p testatorẽ factam que postꝙ iam aliud velle nõ poterat nil magis debet hominibus ꝙ vt libera sit ⁊ stilus ⁊ arbitrium ꝙ iterũ non reddit habeat plenum robur ⁊ effectũ. l. j. C. de sacro san. eccle. ⁊ in aut. de heredi. ⁊ fal. §. primũ itaqꝫ. iuxta principiũ. ⁊ pro hoc facit. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. vbi res alienata ꝯ voluntatem testantis reuocat: ergo ⁊ in proposito hec domus si alienaretur saltẽ posset reuocari alienatio. per ea q̃ habent in. l. iubemus. §. sane. de sac. san. eccle. Itẽ domus de qua querit omnino vr inalienabilis ex illa dispositiõe testãtis. per l. ij. ⁊ qd ibi no. glo. fi. C. de vsu. ꝓ empto. vbi serui erãt alienari ꝓhibiti p defunctũ statuit ibi ꝙ vsucapi nõ possint; ergo sunt inalienabiles. ⁊ subdit in glo. ꝙ hoc procedit a voluntate testãtis. ⁊ allegat. §. disponat. in aut. de nup. Itẽ ꝙ fieri non possit hmõi alienatio satis pꝫ. verba enĩ ita debẽt accipi vt aliquem operent effectum. l. si qñ. ff. de leg. j. ⁊ in. c. si papa. extra de priuil. lib. vj. cum si. Sꝫ hic cum testator prohibuit alienationem sciebat vel scire debebat alienationem prohibitã rerũ ad ecclesias vel pia loca pertinentium sine solennitate saltim debita: ⁊ nisi sit vtilitas ecclesie vel alterius pij loci. xij. q. ij. hoc ius porrectũ. extra de his que fi. a prela. sine cõsensu capi. tua. ⁊ ibi no. extra de rebus eccle. non alie. c. j. lib. vj. ⁊ in cle. j. eo. ti. ergo hec probibitio testatoris ad hoc vt aliquem consequatur effectuꝫ debet intelligi vt nullo modo alienatio fieri possit: q2 sine eius prohibitione a lege dispositum erat vt alienatio non fieret nisi cuꝫ solẽnitate debita: ergo hoc debet hec prohibitio testatoris operari vt etiam cum solennitate inhibita videatur. vt. d. l. si quando. Nam ⁊ omnes religiose domus sunt sub eadem protectione. vt in. c. de xenodochijs. extra de reli. do. Et sic non videtur res ad hospitalia pertinentes sine solennitate debita alienari posse. l. orfanotrophos. C. de episc. ⁊ cle. quia cõtingit. extra de reli. do. Item adhuc pro ista parte facere videtur id qd dicitur rem ad pium vsum ex voto testatoris distinctaꝫ ad aliũ inconsulto summo pontifice aut principe transferri non posse. d. c. quia contingit. ⁊ l. j. ⁊ l. legatum. ff. de admi. rerum ad ci. perti. ⁊ l. legatum. ⁊ ibi Bart. ff. de vsufru. leg. Sed hec res ad vsum pauperuꝫ ex voluntate testatoris destinate sunt: vt patet ex verbis testamenti: quibus apparet testatorem omnem alienationem prohibuisse preterꝙ alienationem in vigintinouem annos ad renouandum vt apud pauperes dicti hospitalis pro ipsorum necessitatibus perpetuo permaneant: vt ex inspectione testamenti manifeste cõprehendit: ergo alienatio perpetuo impediri videat. Amplius si de facto fiet alienatio oportebit id qd pene noĩe p testatorẽ in casum alienationis adiectuꝫ est adimpleri. l. j. C. de his q̃ pene no. Sꝫ hic testator apposuit penaꝫ si cõtigerit alienationẽ fieri: vꝫ ꝙ voluerit pretiũ rerũ distribui per cõmissarios suos inter pauperes ⁊ egenas personãs dãdo vnicuiqꝫ pauperi nõ plusꝙ quinqꝫ solidos: ergo alienatio fieri nõ poterit ne saltẽ si fiat incidatur in penam: vt. d. l. j. de his que pene no.

¶ Sꝫ in cõtrariũ ꝙ permutatio cũ solẽnitate debita si fiat ad meliorationẽ hospitalis sit licita vr terminari posse: non enim in casu nostro põt apparere causaꝫ ꝓbibitionis aliquã subesse nisi fauore hospitalis qd etiã apparet expresse dum dixit ꝙ volebat irritare omnẽ alienationẽ vt res immobiles hereditatis sue et que ex ipsius hereditate emerent deseruiant necessitatibꝰ pauperũ cui fauore certũ est renuntiari posse p eũ ad quẽ pertinet et alienationẽ nihilominus facere: vt. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. et ibi glo. et Bart. facit. l. titio centum. in prin. ff. de cõdi. et demõ. Itẽ ad idẽ. l. quotiẽs ab oibus. et qd ibi no. glo. et Cy. de fideius. Nõ obstat si dicat ꝙ in casu nostro sit apposita causa vꝫ: vt deseruiãt necessitatibꝰ pauperũ: et sic non sumus in casu l. fil. fa. §. diui. ff. de leg. j. quia respondeo ꝙ permutatio non fit hic nisi ad meliorandũ quo casu remanet salua causa propter quã testator inhibuit alienationẽ. Nam ita deseruiet res pmutata necessitatibus pauperũ queadmodũ res prima testatoris: quia cum hic tractetur de fauore pauperum et illa causa quam testator adiecit eadem maneat nõ vr quoquo modo posse prohiberi quominus fiat in hunc casum in quem similiter de fauore pauperũ tractatur vt res permutata similiter deseruiat. Sicut dicimus in re dotali que ꝓhibetur alienari a lege iulia. de maritandis ordi. institu. qui. alie. lꝫ. in prin. ⁊. C. de cadu. tol. l. j. §. ⁊ cũ lex. Et tamẽ si fiat in vtilitate mulieris ⁊ ea inuita fieri põt alienatio ⁊ res altera loco ipsius succedit ad deseruienduꝫ doti. l. ita constante. §. fi. ff. de iur. do. Voluntas aũt testatoris prohibentis ⁊ legis a pari procedere debent de iure. de nup. in §. disponat. ergo ita iudicamus in proposito. Et ꝙ huic fauori possit renuntiari per illũ cuius causa est prohibita. similiter expresse firmat Io. an. in. c. ray. extra de testa. Et per hoc pꝫ etiã rñsio ad multa que in ꝯriũ possent allegari ⁊ maxime ad supra scri. Nõ enĩ ob. primũ ꝙ voluntas testatoris iusta est seruanda: vt. l. j. C. de his q̃ pene no. ⁊ nisi concernat fauorẽ eius propter quẽ facta est ꝓhibitio cui fauori licitũ est renuntiare saltẽ hoc casu quo tractat de fauore pauperũ quo res pmutata deseruiet voluntati similiter testantis eo magis ꝙ illa pena que est apposita p testatorem vt fiat distributio inter pauperes si contingat fieri alienationẽ vt dent quinqꝫ solidi pro quolibet loquit tantum in vẽditione. nec enĩ in alijs alienationibus ex qbus pecu-

2 nia nõ pciperet loqui põt: sꝫ hic nõ fit venditio: ergo ⁊c. ¶ Et si dicat nonne appellatione venditionis ois alienatio cõprehenditur: vt in tex. no. in. l. statuliberi a ceteris. in. §. quintus. ff. de statulibe. Rñ. ꝙ hoc casu nõ cõprehenditur: quia ibi loquit in largissima significatione que hic nequaꝙ cadere potest qui in permutatione non caderet illa distributio quam testator circa pauperes noluit: sicut caderet in venditione vnde nõ est eadeꝫ ratio. in aut. de non alie. §. quia vero leonis. ⁊ quod ibi no. Ia. de bel. qui dicit ꝙ vbi agitur de pena venditionis nõ cõprehẽditur omnis alienatio etiam si al's de fauore tractet: immo melius deseruiet voluntati defuncti si res meliorent: q2 si quolibet anno meliorarent posset ita pcedere in futurũ ꝙ res ille ita meliorate trãsirent in magnas diuitias. ⁊ sic magis haberemus intentionẽ defuncti q̃ multũ in vltimis voluntatibus est attendẽda. l. cũ virum. C. de fideicom. cũ si. Itẽ nõ obstat si dicat saltim possit cõsiderari aliquid interesse rõne affectionis facte vt maneat salue domus ⁊ fundi sui vel suorꝫ pdecessorum ꝙ interesse maxime cõsiderandũ esset in casu ꝓposito saltẽ vt no. Cy. in. d. l. quotiẽs. C. de fideicõ. facit. l. cũ seruus. ff. mã. Rñ. ꝙ hec interesse hic cadere non posset cũ testator in testamento suo voluerit vendi domũ habitatiõis ꝓprie vt ptiũ ex ea cõuerteret in emptionẽ aliarũ rerũ immobiliũ ad vtilitatẽ suorũ heredũ: ⁊ sic hñ pꝫ ꝙ interesse affectionis ad res testator cõsiderauit sed potius vtilitati pauperũ pdesse voluit q̃ vtilitas multo magis hic in pmutatiõe ista habebit locũ. Ex oibus his etiã liquida apparet rñsio ad aliud ꝙ dicebat ꝙ verba testatoris debẽt operari aliquẽ effectũ: q2 operarent in casu vẽditionis: hic aũt est permutatio ⁊ ad vtilitatẽ pauperũ. vt. s. oñsuꝫ est. Itẽ est attendẽda causa ꝓhibitionis: vt. d. §. diui. ⁊ ibi no. in. d. l. quotiẽs. Itẽ nõ ob. cle. ij. extra. de reli. do. l. j. ⁊ l. legatũ. ff. de administra. re. ad ci. pti. q2 illa iura loquunt in alteratione legati: vꝫ vt illud qd est deputatũ ad vnũ pium locũ vel vsuꝫ puta ad cõstruẽdũ ecclesiã vel altare ⁊ similia nõ possit sine licentia summi põtifi. ad aliũ vsuꝫ deputari puta ad seruiendũ pauperibꝰ. vel si esset relictũ ad faciendã vnã planetã nõ posset alterari ad faciendũ aliud etiã si vsu pio deseruiret. ita voluit Bar. in. l. legatuꝫ. ff. de vsufr. leg. Sed in casu ꝓposito secus est: q2 nihilominus res permutata remanebit deputata ad vsum eundẽ ad quẽ fuit deputata p eũdẽ testatorẽ: vñ ex separata rõne nõ infert. l. papinianus. ff. de mino. ⁊ l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acq. pos. Ex his oibus cõcludo pmutationẽ fieri posse si fiat in vtilitatẽ hospitalis et pauperum: et ita vt supra scriptũ est videtur de iure defendi posse mihi Ioã. de guastonibus vtriusqꝫ iuris doctori. In quorum fidem ⁊c. Laus deo.

¶ Casus.

Zecolinus perusinus habens obligatum Nicolã de Recanato in quãtitate trecẽtorum florenorum

florenorum pro pretio quorūdam gabellarū: ipsum Nicolam cōuenit in ciuitate Perusij corā potestate coram quo cōueniri poterat rōne ɔtus Perusij celebrati: ⁊ tandē factis ɔdictionibus ⁊ oppositionibus p procura. ipsius Nicole potestas ipse ꝑ suam sniam cōdēnauit dictū Nicolā ad soluendū dictos trecentos florenos que snia in rem iudicatā trāsiuit. Exinde postea dū Zecolinus quereret ipsius executionē corā ipso potestate citato procuratore dicti Nicole ad ɔdicendū ne executioni mādaretur pronuntiatū fuit sniam exequendaȝ q̄ similiter in rem iuditatā transiuit. Et demū dū ipse potestas non inueniret de bonis dicti Nicole sub iurisditione sua in q̄bus posset sniam ipsam executioni mādare direxit litteras potestati Recanati requirendo ipsum vt deberet sniam Perusij dataȝ executioni mādare. Nicola hoc sentiens cōparuit corā potestate Recanati ⁊ appellauit a futuro grauamine qđ timebat sibi inferri per suā executionē ad dominū legatū marchie. ⁊ hoc actū fuit die xxij. octobris. Demum die. xxiij. dicti mēsis dum cōpareret ipe Zecolinus corā potestate Recanati ⁊ produceret litteras potestatis Perusij ⁊ sententiā quā petebat executioni mandari potestas ipse nolens in aliquo modū excedere presente dicto Nicola cōmisit nūtio vt ipsam sniam executioni mādaret ꝛm formam iuris ⁊ statutorū terre Recanati. A qua cōmissione executionis dictus Nicola presens viua voce appellauit ad dictū d. legatū marchie anconitane reseruato sibi bñficio ⁊ iure appellandi in scriptis. Et hic est aduertēdū ꝙ cōstitutiones marchie disponunt ꝙ a snia interlocutoria possit viua voce appellari. Itē ꝙ appellans viua voce vel in scriptis teneaṫ ipsaȝ prosequi faciendo citari partē infra octo dies a die interposite appellationis vt infra dilationē in citatione assignatā cōpareat ad videndū ipsam appellationē produci corā iudice. Ad quē successiue ipse Nicola die. xxv. dicti mensis in scriptis appellauit a dicta cōmissione ad dictum. d. legatū: ⁊ iter arripiens versus Anconā vbi ipse legatus moraȝ trahit ⁊ ibi perueniens ipsam appellationeȝ comitti fecit auditori ipsius dñi legati: qui facta coram ipso productione appellationis ⁊ cōmissionis considerans Zecolinum appellatum degere in ciuitate Perusij in qua iurisditionem nō habebat direxit litteras potestati Perusij vt ipsum zecolinum citari faceret ad videndū ipsam appellationem produci coram ipso commissario. Nicola autem habitis dictis litteris destinauit quendam priuatum ad ipsum potestatē Perusij vt ipsam citationē faceret: ⁊ cū perueniret Perusium cū ipsis infra quinq̄ȝ dies a die appellationis interposite in scriptis ⁊ die feriata in honorē dei ipsas litteras presentauit potestati perusij ⁊ petijt per ipsum citari dictū Zecolinū. potestas ipsa vidēs ipsum esse priuatū ⁊ nullū habere mandatuȝ a dicto Nicola ex officio suo dicta die feriata cōmisit nuntio ꝙ deberet citare ipm Zecolinū vt infra sex dies deberet coraȝ ipo cōmissario cōparere. nuntius ipse iuit die dñico sequēti ⁊ ipsuȝ Zecolinū citauit ⁊ eadē die retulit. Modo Zecolinus cōparuit corā ipo cōmissario ⁊ dicit ipsam appellationē nō esse recipiendā ex q̄bus infrascriptis causis vȝ. Prima q² iste Nicola non potuit appellare a tali mero executore q̄ cōmisit executionem ꝛm formā iuris ⁊ statutorū Recanati. Scđa q² prima fuit appellatū viua voce a futuro grauamine ⁊ illa nō fuit ꝓsecuta ⁊ silr nec alia appellatio scđa viua voce sȝ solū tertia īterposita ī scriptis. Tertia q² iste Zecolinus nō fuit legitime citatus: tum q² die feriata in honorē dei: tum etiā q² citatio fuit facta ex iudicis officio nullo ꝓ pte appellāte instāte ⁊ etiā q² supererat de tpe octo dierū post citationē factā die feriata infra qđ poterat facere citare legitime. Sup q̄bus oībus q̄riṫ q̄d iuris.

Consilium. cclxx.

1 Appellatio a mero executore non tenet.

2 Qui appellat viua voce reseruans sibi appellationem in scriptis si postmodū appellet in scriptis an dicatur semel tantum appellasse.

3 Citatio facta die feriata an valeat: ⁊ q̄d de cōmissione citandi ⁊ relatione nuntij.



1 In christi nomine amē.

Sup primo dubio clara est rñsio † ꝙ dicta appellatio nō tenuit facta a cōmissiōe de exequēdo si in ea non fuit expressa causa grauaminis in excedēdo modū exequēdi. iuxta ea q̄ plene habētur in. l. ab executore. ff. de app. C. quorū appella. nō reci. l. ab executore. extra de re iud. quod ad consultationem.

Sup scđo dubio de iure cōi cū ab interlocutoria non possit appellari viua voce. de appel. cordi. li. vj. ⁊ not. in. l. eius q̄. de appel. reci. p Bar. clarū esse ꝙ hic nō esset dare nisi tertiā ⁊ vltimā appellationē factā in scriptis primis duabus ex dicta causa nō valentibus: ⁊ sic bñ fecisset appellans prosequendo vltimam. de regu. iur. nō prestat. lib. vj. Sed q² ɔstitutiones prouincie disponūt vt d² ꝙ possit appellari viua voce vr̄ ꝙ scđam appellationē factā a cōmissiōe p̄dicta viua voce debuerit prosequi ⁊ nō vltimā: q² illa scđa fuerit operata suū effectū p̄supposito sȝ nō cōcesso ꝙ valuerit: lȝ facta ab executore ⁊ per cōsequens vltima facta in scriptis censeaṫ fuisse supflua. De prima ap. hic non curo q² fuit interposita a futuro grauamine: sed de scđa q̄ a presenti. s. ꝓnuntiatione seu cōmissione de exequendo. Sed quecūq̄ȝ cōsidereṫ siue prima siue scđa clarum est ꝙ tertia nō tȝ ⁊ illam ꝓsequēdo pars malefacit. Tū quantū ad propositū prima appellatio a futuro grauamine nō tȝ. vt in. c. bone. de appel. sȝ postea appellādo instāti vr̄ declarare illud futuruȝ grauamē de quo iam appellauerat: sicut in terminis nostris loquitur Inno. in. c. dilecto. ⁊ ideo in omnē euentū tertia non tenet: ⁊ hoc est qđ queritur: quia tertia duntaxat fuit prosecuta lȝ male. Sed in contrarium facit qđ no. Bar. in. l. cuȝ procura

2 tor. ff. de oper. no. nuntia. vbi tenet † ꝙ qñ quis appellat viua voce reseruando sibi beneficium appellandi in scriptis ⁊ postea appellat in scriptis: licet videātur due appellationes: quia facte diuersis tpibus tñ nō censetur nisi vna facta vno tpe. arg. l. asse toto. ff. de here. institu. ⁊ dicit ꝙ appellans pōt prosequi quā vult. ⁊ qđ no. Joā. an. de appel. c. bone. ⁊. c. dilecto. Sed aduertendū quia Bart. non declarat an prima facta viua voce trahatur ad secundā factaȝ in scriptis quo casu censeretur facta eo tempore quo facta fuit appellatio in scriptis ⁊ extunc inciperet currere tempus ad prosequendū nō a tēpore prime: an econtra secunda trahatur ad primam: quia tunc esset dicendū ecōuerso. Sed ex. l. asse toto. quam allegat videtur sentire hāc vltimā partē. ⁊ ita consultū vidi p valentissimos doct. iaȝ mortuos. s. d. Honofriū de Perusio Ant. de but. ⁊ Pet. de anc. et etiam ego al's cōsului sequēdo p̄dictos. ⁊ ꝛm hoc esset hic videndum an prosecutio ꝛm formā cōstitutionū fuerit facta infra tēpus debitū cōputādo tp̄s ab interpositione scđe appellationis facte viua voce nō ab interpositione tertie. ⁊ si nō esset facta clara esset intentio appellati ex capite p̄dicto ꝙ esset appellatio deserta posito ꝙ fuisset valida.

3 † Sup tertio ꝓo dubio lȝ fuerint opi. diuerse vt refert Cy. C. de ferijs. dies festos. ⁊ Jo. an. extra eo. ti. c. conquestus. ⁊ tenent ꝙ quicquid sit de iure tamen de cōsuetudine seruatur ꝙ si commissio citatiōis facta fuit nūtio die iuridica licet executio fiat postea p nuntiū die feriata pro non feriata ꝙ talis citatio tolere-

a ratur[a]. facit qđ in simili habeṫ in testib⁹ q̄ iurauerūt die iuridica ꝙ pñt examinari die feriata: vt no. gl. in cle. j. de offi. dele. in gl. pa. ⁊ bar. in. l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nū. ⁊ in spec. de ferijs. §. j. versi. sed nūquid. facit etiā qđ idē Bar. no. i fi. in. l. dāni. §. sabini. ff. de dā. infec. bar. tñ post Oldr. in. d. §. nūtiatio. ⁊ Bal. in. d. l. dies festos. tenent ꝙ si illa dies erat feriata in honorem dei maxime si erat dies dominica talis citatio non valeat nec ex consuetudine toleratur: q² illa est potius consuetudo nūtiorū q̄ iudiciorū: ⁊ quia hoc est expresse prohibitum per illam. l. dies festos. ibi duȝ dicit. preconis horrida vox sileat. ⁊ sic resistit principio. hoc etiaȝ tenet spe. in titu. de cita. §. j. versi. itē excipiṫ ꝙ facta est in die festo. ⁊ ita est tenendū: ⁊ sic ista appellatio censeṫ deserta tāq̄ nō facta citatione infra terminum prefixū a cōstitutionibus cū sint paria factā nō fuisse vel inutiliter factam fuisse. ff. qui satisda. cogā. l. quotiens. de cōtrata. nō putauit. §. non queuis. ꝙ cuiusq̄ȝ vniuer. no. l. j. §. quibus.

Additio.
a Talis citatio toleratur. Et q̄d requiraṫ ad hoc vt valeat citatio die feriata. vide Fely. in. c. j. in. xj. colū. ver. decima regula. de rescrip. N. F.

Relatio tñ citationis vr̄ non vitiari ꝙ facta fuerit die festiua. arg. ⁊ qđ no. Bar. in. l. theopompus. ante fi. ff. de dote preleg. Nec videretur vitiare citatio ex eo ꝙ potestas perusinus ex suo officio nullo petente qui haberet mandatum ab appellante commisit citationem fieri ad litteras iudicis requirentis cuȝ in hoc esset merus executor. sȝ sufficit ꝙ iudex cui cōmissa fuit appellatio ad instantiam ⁊ requisitionem appellantis scripserit potestati Perusij ꝙ hoc faceret. arg. eorum que no. in. l. j. C. qui admit. ad bono. pos. in glo. ij. ante fi. ibi. vel hoc ⁊c. ⁊. ff. de mino. in. l. iij. §. sed vtrum. in glo. q̄ incipit. hoc olim. versi. vel dic verius ⁊c.

Et ita dico ⁊ cōsulo ego Pau. de ca. vtriusq̄ȝ iuris doctor ⁊ ad fidem me subscripsi ⁊ sigillaui. Laus deo.

Casus talis est.

Summus pontifex. M. v. vniuit monasterium sancte Marie de sancto sepulchro dalecāpora vulgariter nūcupatum ordinis sancti Augustini per priorem solitū gubernari monasterio abbatie Florē. ex causis in bulla cōtentis ⁊ priorale dignitateȝ ⁊ ipm ordineȝ sancti Augu. in dicto monasterio sancte Marie de sancto Sepulchro ꝑpetuo extinxit itaq̄ȝ cedentibus vel decedentibus moderno priore cū duobus monachis in dicto monasterio degētib⁹ vel ad alia religiosa loca sui ordinis se canonice trāsferentibus seu al's qūo dictū monasteriuȝ dimittenti-

bus liceat abbati ⁊ cõuentui dicte abbatie corporalem posses-
sionẽ dicti monasterij apprehendere ⁊ perpetuo retinere: vt la
tius constat ꝑ litteras huiusmodi vnionis quarum tenor .j. de
scribitur. Postea vero dicti prior ⁊ duo monachi professi ⁊ cõ-
uersi dicti monasterij dalecampora constituerunt sindicum et
procuratorẽ ad cedendũ ⁊ renuntiandũ .s. personã laicã. Qui
procurator corã notario ⁊ testibus dicto nomine cessit ⁊ renun
tiauit dicto monasterio ⁊ omnibus iuribus debitis suis domi-
nis in dicto monasterio ⁊ eius bonis competentibus.

¶ Deinde sindicus ⁊ procu. abbatis ⁊ conuentus abbatie pre-
dicte intrauit tenutã ⁊ corporalẽ possessionẽ prefati monasterij
vniti ꝑ dictis abbate ⁊ cõuentu p̃sente ⁊ cõsentiente supradi-
cto procuratore dictorũ prioris ⁊ fratrum dalecampora: vt de
predictis omnibus ⁊ singulis latius constat publicis instrumẽ
tis quorum copia .s̃. describitur.

¶ Quibus peractis abbas dicte abbatie deputauit in dicto
monasterio dalecampora vnũ ex suis monachis in priorẽ: po-
suitq̃ ibidem cũ eo conuentũ suorum monachorum: remanẽte
tñ ibi dicto olim priore cũ suis fratribus ⁊ cõmuniter cũ predi
ctis monachis abbatie viuẽtibus. Qui olim prior postmodũ
facit se in priorem eligi a suis fratribus ⁊ ab ordinario vt dr̃ cõ
firmari demũ a dicto ordinario visitatus fuit.

¶ Obijcitur nunc ꝑ dictum olim priorem dalecampora dictã
cessionẽ nõ valere cum in manibus ordinarij facta non fuerit.

¶ Itẽ de obreptione ⁊ seu surreptione dictarũ litterarũ vnio
nis prefate maxime cũ non faciant mẽtionẽ nisi tantũ de duo-
bus cũ priore: ⁊ ibi erat adolescens qdã nouitius qui in dicto
monasterio ꝑ annos plures remanserat habitũ indifferentem
a ꝓfessis portans q sue etatis annũ vt fert̃ cõpleuerat .xv. tp̃e im
petrationis ipsarum litterarum ⁊ sic tacite professus.

¶ Itẽ dr̃ ꝙ ip̃e olim prior est prior dicti loci rationibus supra
scriptis: ⁊ maxime q̃ cõtinuauit possessionẽ ⁊ alia p̃dicta fecit.

¶ Respondet̃ in contrarium pro parte dicti domini abbatis ⁊
conuentus abbatie predicte dictã cessionem non obstantibus
predictis tenere ⁊ valere: ⁊ maxime per illa verba quomodoli-
bet dimittentibus ⁊c.

¶ Itẽ bullas nõ fuisse surreptitias nõ facta mentione nisi de
duob9 monachis. Eo maxime q̃ ipse nouitius supposito etiã
ꝙ annũ .xv. cõpleuisset ⁊ habitũ portauerit indifferẽtẽ a profes
sis: nũꝙ̃ fuit habitus tractatus vel reputat9 vt ꝓfessus: sꝫ sem-
per vt nouitius vsq̃ ad diẽ ĩpetratiõis ⁊ postea: ac etiã maxĩe
q̃ ipsi nõ habẽt habitũ differẽtẽ a ꝓfessis: qm̃ si habuissent ip̃e
vtiq̃ habitũ nouitiorũ vsq̃ ad illud tp̃s portauisset ⁊ vltra.

¶ Itẽ ꝙ non obstat cõtinuatio tenute dicti olim prioris. Nã
ꝙ iam renuntiauerat continuare non poterat ⁊ quod per bul-
las extinctum erat. Nec etiã obstat ipsius noua electio vel ali
quod predictorum.

¶ Queritur ergo quid iuris, visis p̃dictis: ⁊ primo an scilicet
dicta vnio seu littere ad illam impetrate de iure subsistant. Se-
cundo an licite apprehensa fuerit possessio dicti monasterij da
lecampora per sindicũ dicti abbatis ⁊ in illa de iure remanere
valeat ⁊ debeat.

¶ Martinus ep̃s seruus seruorũ dei Dilectis filijs abbati et
cõuẽtui monasterij sancte Marie florẽ. ordinis .s. Benedi. sa-
lutem ⁊ apostolicam benedictionẽ. Sacre religionis sub qua
mundanis abiectis illecebris votum ⁊ sedulum exhibetis dño
famulatum promeret̃ honestas vt ea vobis fauorabiliter con-
cedamus: per que saluti animarũ Christifidelium consulatur.
sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat
ꝙ nonnulli fideles zelo deuotionis accensi: ac cupientes humi
li spiritu virtutum domino famulari desiderãt in vestro mona
sterio sancte Marie florentie: ordi. sancti Benedi. in quo estis
diuinis obsequijs mancipati ob singularem obseruantiam reli
gionis recteq̃ viuendi normã quã ibidẽ laudabilẽ obseruatis
recipi ⁊ profiteri ac vna vobis volente dño famulari: ⁊ lꝫ ad ve
strã ⁊ eoꝝ sustentationem dicti monasterij facultates suppete-
rint: tñ ꝓpter artitudinẽ habitationũ vestri moñ. ꝙ in loco pre
celebri ciuitatis Florẽ. situatũ est ⁊ q̃ ciues circũdãtes domos
eoꝝ huiusmodi religioni accõmodas nolunt alienare. Fideles
ipsi ex eo ꝙ dictũ monasteriũ ampliari nõ p̃ot nequeunt ipsã
religionẽ intrare propterea eoꝝ pium ꝓpositũ impedit̃ ⁊ ipsi in
terim ad alia secularia se deducũt: in eoꝝ animarũ periculũ ⁊
scandalum plurimoꝝ. Cũ aũt sicut eadẽ petitio subiungebat ꝓ
pe dictã ciuitatẽ quoddã monasteriũ sancte Marie de sancto
sepulchro dalecampora vulgariter nuncupatũ ꝑ priorẽ solitũ
gubernari ordinis sancti Augu. in quo prior ⁊ fratres dicti or.
sancti Augu. sub habitu biso degere cõsueuerũt latas in se ha-
bens habitatiões ⁊ ꝙ ꝑ maxime poterit ampliari situatum exi
stat ꝙ si eidem vestro monasterio perpetuo vniret̃ vos ipsam re
ligionẽ ingredi ⁊ profiteri volentes cõmodius recipere ⁊ mul-
torum animas que al's vagarent̃ ꝑ orbem ad viã salutis redu-
cere valeretis. Quare pro p̃te vestra fuit nobis humiliter sup-
plicatũ vt vobis sup̃ premissis oportune consulere de benigni-
tate apostolica dignaremur. Nos igitur qui diuinum cultum
⁊ religionis obseruantiam nostris vigere ⁊ augeri temporibus
supremis desiderijs affectamus huiusmodi supplicationibus
inclinati prioralem dignitatem ⁊ ipsum ordinem sancti Au-
gust. cum huiusmodi habitu in dicto monasterio de sancto Se-
pulchro perpetuo supprimimus ⁊ extinguimus ac in eo dictũ
ordinẽ sancti Benedicti vigere decernimus in futurũ. Ita ꝙ
omnimodo ꝑ abbatẽ vestri monasterij ꝓ tp̃e existente quicũq̃
fideles in monachos recipi ac ꝓfiteri ⁊ ꝑpetuo dño famulari ac
ibi poni pro nutu dicti abbatis ⁊ ad claustrum reuocari valeat
iuxta dicti ordinis sancti Bñdicti regularia instituta ⁊ nihilo
minus prefato monasterio de sancto Sepulchro cuius centũ
⁊ viginti prefato monasterio vestro cuius mille ⁊ octingentoꝝ
florenorũ auri fructus redditus ⁊ prouentus ꝓm cõmunem esti
mationem valorẽ annuũ vt asseritis nõ excedunt cũ domibus
suis dũtaxat autoritate apostolica in ꝑpetuum incorporamus
annectimus ⁊ vnimus: ita ꝙ cedentibus vel decedentibus mo
derno priore ⁊ duobus monachis in eodẽ monasterio de sancto
sepulchro degentibus vel ad alia loca religiosa sui ordinis se
canonice trãsferentibus seu al's dictum monasteriũ quomodo
libet dimittẽtibus liceat vobis corporalẽ possessionẽ monaste-
rij sancti Sepulchri ac domorũ predictorũ ꝑ vos vel aliũ seu
alios libere apprehẽdere ⁊ perpetuo retinere ibiq̃ monachos
ponere vel alios voluntarios ad religionem recipere ad solum
nutum vestrum ponendos ⁊ amouendos sicut in alijs monaste
rijs vestri ordinis fieri cõsueuit iure camere loci ordinarij semꝑ
saluo. Nos eñ oĩbus ⁊ singulis monachis vestri ordinis qui in
eisdẽ monasterio de sancto Sepulchro ⁊ domibus ꝓ tp̃e reside-
bunt vt oĩbus libertatibus exẽptionibus immunitatibus pri-
uilegijs statutis ĩdultis monasterijs ⁊ domibus vestri ordinis
a sede apostolica vel aliũde quomodocũq̃ cõcessis ⁊ in antea
cõcedẽdis vti ⁊ gaudere valeat autoritate predicta tenore pre-
sentiũ indulgemus. non obstantibus ⁊c. Laus deo.

¶ Consilium. cclxxj.

1 ☞ Si papa vniens vnã ecclesiã alteri ecclesie cõcedat auto-
ritatẽ preleto ecclesie cui fit vnio intrandi possessionẽ bonorũ
ecclesie vnite: cedẽtibus tñ prioribus prelatis ⁊ clericis eiusdẽ
eccle. an valeat acquisitio possessionis dictis clericis cedẽtib9.
iura sua dicto prelato ⁊ non in manus sui superioris ⁊ iudicis
ordinarij. ⁊. 2.

2 Verba rescripti intelligenda sunt ꝓm ius commune sicut ⁊ ver
ba statuti ⁊ etiã contrahentium.

In christi nomine amẽ.

1 ¶ † Viso tenore suprascripte bulle: ⁊ presupposi
to ꝙ dictus prior ⁊ monachi monasterij sancti se
pulchri cesserint dicto loco ⁊ renuntiauerint om-
ni iuri qđ in eo habent in forma plenissima ⁊ cũ traditione cla
uium ⁊ sine aliqua reseruatione in manibus dicti domini ab-
batis monasterij sancte Marie florent. ordinis sancti Bene-
dicti sine licentia tamen ⁊ consensu superioris ordinarij cuius
subsunt prefati prior ⁊ fratres monasterij sancti sepulchri. Ac
etiã p̃supposito ꝙ idẽ prior ⁊ monachi post dictã renũtiationẽ
⁊ cessionem remãserint in certa parte dicti monasterij de volun
tate ⁊ licentia dicti domini abbatis cum certis pactis ⁊ condi-
tionibus de exhibendo eis certum quid annuatim. Queritur
vtrum videatur extitisse conditio posita in suprascripta bulla
in versicu. ita ꝙ cedentibus vel decedentibus ⁊c. vt sic prefa-
tus abbas potuerit ⁊ sibi licuerit corporalem possessionem di-
cti monasterij sancti Sepulchri ac domorum eius apprehen-
dere libere ⁊ licite ꝓm tenorem suprascripte bulle ⁊ ipsam conti
nuare possit necne. Constat eñ dicti ablatiui absoluti cedenti-
tibus vel decedentibus ⁊c. faciunt conditionem. ff. de condi.
⁊ demonstra. l. a testatore. ⁊ ibi not. Item constat ꝙ anteꝙ̃ im-
pleatur conditio apposita in rescripto non habet locum di-
spositio ipsius: vt in cle. j. de conces. preben. sicut nec aliqua
alia. ff. de condi. ⁊ demon. l. qui heredi. in fi. de verb. signi. l. ce-
dere diem. ¶ Ad qđ videtur dicendum ꝙ non: quia verbum ꝙ̃
illud cedentibus qđ magis adaptatur ad casum nostrum debet intelli-
aliquod aliud appositum in suprascripta bulla debet intelli-
gi de cessione valida non de inualida. ff. de bo. pos. contra tab.
l. non putauit. §. non queuis. de re iudi. l. iiij. §. condemnatum.
2 † Nam verba rescripti debent intelligi ꝓm ius cõe. de rescrip.
causam que. de offi. dele. super questionum. §. si vero duo. sicut
⁊ verba statuti. C. de noxa. l. ij. de consue. cum dilectus. ⁊ etiam
contrahentium. ff. de iure do. l. sed hoc nisi. ⁊ ibi not. de admi.
rerum ad ciui. perti. l. ij. §. fina. Sed de iure communi actus
nullus pro

nullus p nō facto habet.ff.q satisda.cogā.l. quotiens vitiose. C.de sen.ex pericu.reci.l.ij.ꝛ.l.fi. Cōstat autē ꝙ cessio dictorū prioris ꝛ monachorꝫ facta in manibus dicti dñi abbatis q nō erat eorū superior nec ab ipso dictū locū habebant nō valet nec pē divacare dictū monasteriū sancti Sepulchri.de renū.c.fi. ꝛ.c.admonet.ꝛ.c.ꝙ in dubus.vj.q.iij.deniqꝫ.vij.q.j.si quivo. xvij.q.j.gonsaldus.ff.de offi.presi.l.penul.in tex.ꝛ gl. Igitur dicta cōditio cedentibus.i.si cesserint extitisse nō vꝫ de alijs cōstat ꝙ nō extiterunt. Et p cōsequēs prefatus abbas nō vꝫ potuisse licite possessionem apprehendere de loco non vacāte sicut nec alius loco dicti prioris sic cedentis si dicto dño abbati fuisset facta cōcessio dicti loci potuisset eligi: vt plene no. in solutione questionis posite sup regula.nō firmat.in mercu. In cōtrariū facit gl.q est in.d.c.ꝙ in dubijs.q tenet ꝙ lꝫ nō teneat cessio quantū ad piudiciū supioris q nō cōsensit quominus possit eos in eodē loco inuitos detinere: tenet tñ quo ad preiudicium ipsorum renuntiantiū vt nō possent sup dicto loco aliquid petere.ad qd facit.c.cū tēpore.de arbi.ꝛ de appel.c.cū appellationibus.ꝛ qd ibi no.in glo.q icipit.no.p his.lib.vj.bñ facit in si. l.p fundū.ff.de serui.rusti.predio.cōia prediorum.l.vēditor.in pn.cū ibi no.ꝛ.l.fi.eo.tit. Sꝫ hic nō est dare aliū vel alios qui possint ꝯdicere adeptioni huius possessionis ꝙ ipm priorem ꝛ fratres quorū fauore fuit apposita dicta cōditio ꝛ facta dicta reseruatio in dicta bulla ꝙ possit dictus dñs abbas dictā possessionē adipisci: ita demum si dicti prior ꝛ fratres cesserint quos inuitos de dicto loco noluit papa ammouere ne sua cōcessio fieret illis iniuriosa ꝙ esse nō debet.de dona.c.consultationibus. de vsu pal.c.ex tuarū.de verbo.signifi.dilecto.ff. ne qd in loco publico.l.ij.§.merito.ꝛ.§.si quid a principe.sufficit ergo ipsos cōsensisse quorꝫ fauore dūtaxat fuit apposita dicta conditio.ff. de lega.j.l.nihil.§.oibus.C.de fideicom.l.quotiens. Pōt ergo pfatus dñs abbas ꝯ dictos priorē ꝛ fratres dicere quantū ad vos pertinet liberas edes habeo.ff.si serui.vēdi.l.loci corpus. §.competit. Et posito ꝙ glo.illius.c.qd in dubijs.videatur reprobari per Host.ꝛ Ioan.an.dicentes ꝙ est contra illum tex. qui dicit in fine ꝙ nullam obtinet firmitatem.ꝛ glo.dicit ꝙ obtinet aliquam: talis reprehensio sic intelligitur ꝙ per talem cessionem factam in manibus non superioris nō vacat beneficiū: ꝛ ideo alius loco eius eligi ꝛ intitulari non potest: ꝛ ad hunc finem tendit solutio questionis posite super dicta regula non firmatur.nec potest ratificari per ordinarium dicta electio si facta fuit anteꝙ approbaretur cessio cuius contrariū innuit.d.glo. non tamen reprehendunt ꝙ inquantum vult eam ipse cedens non possit aliquod ius pretendere vel petere inuito ordinario: quinimmo ipse ordinarius potest ipsum inuitum inde ammouere. Sed in casu nostro non tractamus de electione facta loco dicti cedentis nec de titulatione que ammodo in dicto loco nō cadunt cum papa dictam dignitatem prioratus in dicto loco pure ꝛ presentialiter extinxerit ꝛ suppresserit: sed tractamus de adeptione possessionis in proprietatem non in titulū que proprietas dicti loci concessa est dicto domino abbati. vt.d.c.consultationibus.de dona.que quidem possessionis adeptio cum facti sit ꝛ plurimum facti habeat.ff.de acqui.possess.l.iij.§.de cōces.preben.cum nostris.ꝛ quod ibi no.non sic de facili vitiatur sicut electio que est actus legitimus.de elect.c.ij.lib.vj.cum ibi nota.vnde ista duo simul stare possunt ꝙ per dictam cessionem non vacet dictus locus prioratu: ꝛ nihilominus possessio ciuilis ꝛ naturalis dicti loci sit licite acquisita dicto abbati fm tenorem dicte bulle: quia nil habet commune titulus cum possessione.l.naturaliter.§.nihil.ꝛ.l.permisceri.de acquir.poss. Uel aliter ꝛ melius potest dici ꝙ reprehensio predictorum super dicta glo.procederet si prefato domino abbati non esset facta cōcessio dicti loci: sed quia facta est dico ꝙ ordinarius non posset inuito dicto domino abbate retinere in dicto loco seu monasterio prefatum priorem ꝛ monachos seu fratres inuitos: quia fieret per hoc contra concessionem factam per papam quam papa voluit habere plenum effectum quantūcunqꝫ posset habere sine iniuria dictorum prioris ꝛ fratrum.vt.d.c.consultationibus.sed ipsis non infertur iniuria: ex quo voluerunt ꝛ consenserunt.ff.de iniur.l.j.§.vsqꝫ adeo.C.de transact.cum donationibus.de regu.iur.l.non videtur.ꝛ sufficit semel voluisse.ff.de aqua plu.arcē.l.in diem. ¶ Ex quo igit dictus prior ꝛ fratres etiam inuito ordinario possunt dimittere dictum locum dicto domino abbati: non fuit in concessione ipsorum necessarius cōsensus dicti ordinarij: quia qd fieri potest aliquo inuito potest fieri etiam eo ignorante.l.iiij.§.j.ff.de fideicom.liber.de reg. iur.qui potest inuitus. Cessat enim hec ratio quare in cessione requiritur autoritas superioris: quia illa requiritur quādo superior potest contradicere ꝛ cessionem impedire ꝛ inuitū in beneficio detinere propter publicam vtilitatem ꝛ salutem animarum. Hoc autem non est hic: ex quo papa dicto domino abbati cōcessit: ꝛ sic in hoc voluit facere piudiciū ordinario vt sub eo non esset amplius dicta dignitas prioratus in dicto loco nec dictus ordo: licet quo ad alia iura que pretenderet in dicto loco noluerit ei facere preiudicium: vt in fine dicte bulle. vnde dico ex hoc ꝙ statim dicto priore ꝛ fratribus cedentibus vacauit dictus locus prioratu: quia sic censet voluisse papa postꝙ abbati concessit ꝛ dedit potestatem adipiscendi possessionem cum cesserint qd est intelligendū qualitercūqꝫ etiā sine superioris ordinarij autoritate: qꝛ satis est ꝙ adsit volūtas pape. ꝛ hoc etiam pꝫ ex vltima cōditione dū subdit. seu als quomodolibet dimittētibus ꝛc. Nā nulli dubiū est ꝙ si dicti prior ꝛ monachi de facto dimitterent dictū locū ꝛ irent vagando p mūdum posset dictus abbas dictā possessionē apprehēdere nec posset phiberi ab ordinario dicente se velle illos ad dictū locū reuocare: qꝛ de hoc nō hꝫ se impedire ordinarius postꝙ p papā dict9 locus est in dictū abbatē ꝛ eius monasteriū translatū vt ex dictis verbis quomolibet dimittentibus. Colligit ergo ꝛ in casu nr̄o ꝙ lꝫ dictus prior ꝛ fratres si de facto dimitterent ꝛ irent vagando per mundum ꝛ possent p ordinarium ad aliud claustrum reuocari nō tamē possent reuocari ad istud: quia conditio sub qua facta est dicta concessio extitisset cū dictus abbas nullā iniuriam videatur inferre illis adipiscendo possessionem ex quo volūtarie dimiserunt ꝙ solū papa censet cōsiderasse dictas conditiones apponendo. Et istam partem puto veram.ꝛ pro ista concludo ꝙ dicta conditio extiterit ꝛ ꝙ prefatus dominus abbas potuerit possessionem dicti loci apprehendere. licite ꝛ fm tenorem dicte bulle ꝛ eam continuare. Fratres autem predictos retinere debebit in parte dicti monasterij fm pacta ꝛ conuentiones habitas inter eos non tāꝙ possessores sed tanꝙ hospites ꝛ detentos.l.ꝛ habet.§.j.ff.de preca.ꝛ.l.j.§.fi. de his qui deie. vel effude. Et ita vt.s. scriptum est dico ꝛ consulo ego paulus de cast.

Laus deo.

¶ Consilium.cclxxij.

1 Sniā appellationis lata ꝯ primā sniam eo qꝛ fuerat lata super inepto libello non parit exceptionem rei iudicate ipsi appellanti cōtra appellatum.

Que requirant ad hoc vt snia appellationis lata in fauorē appellantis pariat exceptionē rei iudi.aduersus appellatum.

2 Sentētia lata ab obseruatione iudicij nō est pprie diffinitiua.



N nomine sancte ꝛ indi

1 uidue trinitatis amē. ¶ Uisis prima snia in qua facta fuit cōdēnatio dicti Guilielmi ad frumentū: ꝛ etiā scda sententia in qua fuit data licentia intrandi tenutam pro executione dicte prime sententie: visa tertia sententia lata per iudicē appellationis necnō visa petitione nouiter facta pro parte dicti Nicolai ꝛ fratrum ꝛ alijs que hincinde in facto narrantur: videtur posse dubitari vtrum pars in dicta petitione contenta: vꝫ dictus Ludouicus possit opponere exceptionem rei iudicate vigore dicte vltime sentētie cōtra dictū.d. Nicolaum ꝛ fratres in causa appellationis late. Et primo videtur ꝙ non: quia ista vltima vult ꝛ intendit ꝙ sententia lata super executione non sit valida nec seruari debeat ex eo quia iudex in illa sequendo ineptam actionem ꝛ ineptum libellū pronuntiauit primo faciendam executionem inestimatam ꝙ esset facta condemnatio cōtra.l.j.C.de execu.rei iudi.ꝛ.l.si cum nulla.cum simi.ff.de re iudi. Et sic in effectu perinde est ac si pars aduersa fuisset cōdemnata ex eo qꝛ ineptam actionē intentauit ꝛ ineptū libellum porrexit: ꝛ pars ista pro qua lata est ita vltima snia videt ppter hoc absoluta ab obseruatione iudicij: quo casu constat ꝙ pars condemnata potest aptam actionem proponere ꝛ datum libellū porrigere. Nec ob.exceptio rei iud. fm ea que plene habentur in.c.examinata.extra de iudi.l.j.§.j.ff.si mē.fal.mo.di.ꝛ in terminis hoc decidit glo.ordi.in.l.ꝛ an eadē.in gl.ij.ff.de excep.rei iud.quā sequunt ibi doc.pro quo etiā facit.d.l.j.C.de execu. rei iudi.vbi pꝫ ꝙ lꝫ ps repellit ex eo qꝛ in exequēdo ordo iuris seruatus non fuerit tñ non videt si aptam actionē fm ordinem iuris intētare velit vt ibi dicit tex.ergo ꝛc. Hoc probat sic.ps appellata vꝫ psistere i prima petitione: quia illud idē petit in cā appellatiōis qd in causa pncipali: quia dato ꝙ appellatio extinguat siue suspendat pronuntiatum. iuxta ea que habentur in.l.j.§.fina.ff.ad turpil.l.furti.§.j.ff.de his qui no.infa.cum si.tamen reponit appellatum in terminis

a in quibus erat tpe litis cōtesta.[a] l.ita demū.C.de pcu.ꝛ sic in prima petitione. Sed in casu isto pars appellata petebat executionē inestimatā sicut i pma petitiō q fuit ineptus modus agendi: vt.s. Nūc vero petitiō cōdemnationē estimatiōis ꝛ sic aliud qꝛ primo executionē nō cōdemnationem. Si aliud nō ob.ergo exceptio rei iudi.qꝛ ad hoc vt possit opponi inter alia requirit

a ¶ Lit. cōtest. Adde eundē.j. in consi.lxxv. in numero.iij.

q illud idē petatur. l. cū queritur. cū sequē. z. l. si quis ad totū.
§. generaliter. z. l. cum de hoc. cum si. ff. de excep. rei iudi.
¶ Sed his non ob. puto de iure posse 2rium defensari. nā si re
cte cōsideratur hic oīa requisita ad excep. rei iudi. concurrunt:
qz eadē est causa petēdi: eadē cōditio psonaꝝ: z eadē quātitas
vt dicunt iura predicta. Et lz primo executionē nunc condem
nationem petierit: istud est respectu eiusdē quantitatis z sic in
effectu pur eadē quantitas petitur: ergo ob. exceptio rei iudi.
Preterea pars aduersa in causa appellationis petijt sentētiaz
reformari circa estimationem seu quantitatem prima causa de
ducta tam ex nouis q̄ ex veteribus actis. sed ex nouis non po
terit reformari nisi q vbi primo erat executio petita nunc pete
retur cōdemnatio: ergo clare cōstat q in cā appellationis fuit
petita condēnatio in quātitate: sed illud idē nūc petitur: ergo
ob. exceptio rei iudi. Et istud est multū ponderandū q pars ad
uersa istud petijt: qz tunc iudex ad quem pōt z dz etiā ex nouis
causis z actis sniam reformare siue ad ipsum habeat recursus
per viā appellationis: vt. l. titianus. ff. q cū eo. l. j. ff. de appel.
l. per hanc. C. de tēp. ap. in. c. in presentia. cum si. extra de renū.
siue etiā p viaz nullitatis: vt no. dixit Bar. in. l. siue proponis.
C. quomodo z qū iudex. l. si expressim. ff. de app. Et secunda re
formatio fuit ista: qz iudex appellationis pnuntiauit sniam su
per executione latā esse iniquā z iniustā. Istud nō pōt habere
locū nisi hoc respectu vz qz quātitas in qua petebatur executio
nō est nec erat debita: ergo si illa eadē iterū petat sup qua fuit
pronūtiatū: obstat exceptio rei iudi. Et q ita sit ostēdo. Iudex
principalis cause qui executus fuit dictā primam sniam in sua
snia a qua vt. s. extitit appellatū declarauit z cōstituit dictum
heredē dicti Guilielmi. s. Ludouicū debitorē i illa quantitate
q̄ nūc petit. qd pz ex pluribus verbis dicte snie ibi. qz pro execu
tione dicte snie zc. z sic vult q snia sup frumento seu restitutio
ne dicti frumenti primo lata merere executionē in dicta quan
titate. Item ibi pro quantitate zc. de qbus in petitione fit men
tio zc. pro satisfactione frumenti zc. habita ratione more zc.
Hec omnia ergo clare probant q ppter morā idem iudex prin
cipalis cause cōstituit declarat z presupponit ipsum debitorez
in illa quātitate que nunc petitur: z tū illa snia fuit declarata
iniusta z iniqua: z oīa alia z singula que gessit z que sequunt
ex eo vel ob id z qd potuerit immo debuerit ex quo p partē fuit
petitus iudex ad quē istud facere satis. s. ostensum est. Qd autē
istud voluerit pz ex verbis snie sue ibi. iniquaz z iniustaz. quia
dictã cõiunctionẽ quã habent inter se ꝛ cũ dicta Hãna cõiuncte
sunt inter se tm̃ absq3 dicta Hãna duplici alia cõiũctione. s. no
minis collectiui sub quo fuerũt oẽs noiate: q̃ cõiũctio facit eas
inter se preferri. ff. de vsufr. accre. l. si ꝗs titio. p quã hoc tʒ Bar.
in d. l. re cõiũcti. de leg. iij. in. ij. principali. q. in prin. vbi tractat
ꝗs cõiunctus alteri p̄ferat̃. Itẽ est alia cõiũctio iter eas: q2 soro
res carnales: sed Hãna ẽ eis patruelis ꝛ sic ẽ cõiunctio potioris
sanguinis: ergo ꝛc. ar. d. l. re cõiuncti. §. p̄fert̃. vbi duplex cõiũ
ctio p̄fert̃ vni fortius tres. ¶ Contrariũ puto: nã sola cõiunctio
prima resultãs ex vnitate orationis est attendẽda ꝛ nõ alie due:
sed illa est equalis iter eas nec vna magis ẽ cõiũcta q̃ altera: q2
oẽs in eadẽ oratione fuerũt cõiuncte ꝛ sic possunt dici re ꝛ ꝟbis
cõiuncte pariter: igit̃ nulla p̄fert̃ alteri. iuxta no. p bart. in loco
s. alle. in prin. scđe. q. prin. ꝙ aũt alia cõiunctio resultans ex no
mine collectiuo nõ sit attẽdẽda pʒ: q2 testoꝛ i ea nõ stetit: sed ab
ea recessit disiungendo postea p nomẽ distributiuũ qlibet seu cui
libet ꝛc. vt. s. dixi. ꝛ hoc voluit Bar. in d. l. re cõiuncti. s. alleg.
in. ij. q. prin. post prin. ibi dũ dicit. secus esset in noiatis p nomẽ
distributiuũ ꝛc. Sed in ꝯ̃riũ facit qd idẽ no. e. l. in. j. q. principa
li arti. ij. vbi tractat de cõiunctis verbis tm̃. ꝟ. scđo q̃ro. vbi te
net ꝙ p noia distributiua iducat̃ cõiunctio sicut per collectiua
licet non tanta: ꝛ si ita ẽ sequeret̃ ꝙ adhuc iter istas esset duplex
cõiunctio q̃ p̄ferret̃ vni. Sed rñdeo ꝙ alia est intẽtio Bar. Non
enim vult ꝙ dictio distributiua inducat cõiunctionẽ: sʒ vult ꝙ
ꝟbalis cõiunctio inducat̃ ex vnitate oratiõis ꝛ sermonis ꝛ ꝙ ta
lis cõiunctio vbi est vnitas sermõis nõ tollat̃ lʒ ibi sit admixtio
nois distributiui. Si eni dico lego cuilibet ex fratribus meis. x.
isti sunt omnes cõiũcti ex eo ꝙ in vna oratione sunt positi licet
p nomẽ distributiuũ qd qdẽ nomẽ nõ ipedit illã ꝟbalem cõiun
ctionẽ: q2 nõ disgregat orationẽ nec ꝑpterea p se aliã cõiũctio
nẽ inducit ꝗnimo tollit illã q̃ resultaret ex noie collectiuo fratri
bus si nõ esset apposita dictio cuilibet. qd pʒ: q2 tunc vocaretur
in vnam si cum tertio essent coniuncti sed dicta dictio apposita
facit eos viriles vocari: vt. l. fi. C. de ipu. ꝛ alijs substi. ꝛ est hec
intentio Bar. Sic ergo dicte filie sunt cõiuncte cõiunctione ser
monis ꝛ orationis in qua omnes sunt pares non coniunctione
nominis collectiui: q2 illa sublata est p nomẽ distributiuũ: nec
etiam cõiunctione nois distributiui cũ illud de se non inducat
cõiunctionẽ sed potius tollit cõiũctionẽ licet nõ oẽm: q2 nõ ver
balem. Itẽ dico ꝙ alia cõiunctio sanguinis non est cõsiderãda
in iure accrescendi: vt no. Barto. in d. l. re coniuncti. in vlt. col.
in prin. ꝟ. iij. quero iuxta hoc. Concludo q̃cunq3 portio deficiat
omnes verisimiliter vocari per ius ius accrescendi.

¶ Sup quinto puto ꝙ dicta vxoꝛ habere debeat alimenta tan
tum ꝛ non vsumfr. viuente filio istituto. qd pʒ. Nam si voluisset
testatoꝛ eã habere vsumfr. plenũ viuẽte filio fortius post ei9 moꝛ
tem cum illa interpretatio fiat fauoꝛe filioꝛum vt habeat alimẽ
ta tantum. sed hic apparet ꝙ noluit post moꝛtem filioꝛum habe
re integrũ vsumfr. sed certam quantitatem pro alimentis: ergo
presumendum est ipsum multominus voluisse eam habere di
ctum vsumfr. viuente filio. voluit ergo eo viuente habere alimẽ
ta incerta ꝛ nõ taxata: sed post eius moꝛtem taxauit quãtitatẽ.
nec video aliquid in modo legandi hic facto per qd debeamus
recedere a cõmuni doctrina. l. j. si secũ. nup. mulier.

5 ¶ Super sexto videt̃ dicẽdũ ꝙ on9 dictaꝝ p̄stantiaꝝ ꝑtineat
indistincte ꝛ in totũ ad substitutos dicti pupilli q̃ sunt eius he
redes ꝛ nõ ad filias dicti siluestri nec ad dictam Hãnam legata
rias vsufructus. Nã dictum onus iponit̃ psonis pro rebus sicut
collecte: ꝛ sic ipsa psona principaliter obligatur. igitur ad here
des illius cui fuerũt imposite dʒ trãsire psonalis obligatio: non
aũt ad legatarios rerum singulariũ. l. fideicõ. §. tractatũ. ff. de
iudi. ad treb. l. j. §. si heres. vñ sicut nõ ꝑtinet ad singulares lega
tarios proprietatis ꝛ vsufr. multominus ad legatarios vsufru.
tantum. In ꝯ̃rium: quia istud censetur onus fructuum ꝛ sic ad
fructuarios pertinere. ff. de impen. l. neq3 stipendiũ. ꝛ ibi exp̄sse
per Barto. de collectis que imponuntur personis pro rebus vt
pertineant ad fructuarium. ad hoc. ff. de vsufr. si pendentes. §.
si quid cloacarij. Hic aduertendum: quia relictus fuit vsufruct9
medietatis totius hereditatis nõ singularium rerum qd ꝟbum
hereditatis impoꝛtat etiam onera defuncti. l. si quis seruum. §.
fi. cũ. l. seq. ff. de leg. ij. ꝛ de vsufr. leg. l. fi. per quas. ll. ꝛ ea que in
eis notantur puto hec onera diuidenda inter substitutos pupil
li ꝛ dictas legatarias vsufr. pro dimidia vt ad quoslibet eoꝛum
pertineat dimidia dicti oneris. vel põt dici ꝙ personalis obli
gatio qua tenebatur defunctus pupillus pro dictis prestantijs
insolidum transeat ad substitutos eius nõ ad legatarias: quia
non sunt heredes licet relictus sit vsufr. dimidie partis heredi
tatis: tñ qd illi substituti soluẽt recuperabunt pro dimidia a di
ctis legatarijs: tũ q2 testatoꝛ censet̃ voluisse ꝙ subeant onera he
reditatis ex quo p nomẽ vniuersitatis reliquit. s. hereditatis. ff.
de leg. ij. cũ filius. §. j. ꝛ. l. cũ pater. §. mense. ꝛ ita debeat intelli
gi. d. l. si seruũ. §. fi. cũ. l. seq. ꝛ. l. fin. ꝛ qd no. de vsufru. leg. tũ q2
hec est natura vsufructus vt vsufructuarius sustineat dicta one
ra etiam si non per vniuersalia nomina reliquisset sed certarum
rerum. p. d. l. neq3 stipẽdiũ. ꝛ p. l. si pendẽtes. §. si qd Distinctio
aũt illa q̃ ponit̃ in. d. l. si ꝗs seruũ. §. fi. ꝛ. d. l. fi. de vsufru. leg. pro
cedit cum tractatur de alijs noibus defuncti. s. debitis iam con
tractis. Sed debitum ꝛ obligatio p̄stantiaruʒ nõ est actualiter
in esse producta nisi post indictas prestantias. vnde p indictis
post moꝛtem pupilli contrahitur modo p̄dicto. Debitum ergo
actualiter ꝯ̃tum in persona defuncti transit ad eius heredẽ tm̃
qui potest pro parte recuperare ab eo cui legata fuit pars here
ditatis nõ ab eo cui certe res: sed debitum nõ actualiter ꝯ̃tũ vt
p̄stantiarum nõdũ indictaruʒ tpe moꝛtis: sed post similiter trãs
it ad heredem: sed si totum soluit recuperat indistincte a lega
tarijs tã singularũ rerũ q̃ portiõis hereditatis vel vsufru. eaꝝ:
quia talia onera indicunt̃ personis contẽplatione rerũ. vñ si iã
est indictum defuncto tunc legando res singulares simpliciter
videt̃ voluisse ꝙ tale onus apud heredes eius remaneat si enim
hoc noluisset aliquid exp̄sse dixisset. Sed cum onus non est ad
huc indictum non est imputanduʒ testatori cur hoc nõ dixit. Et
ideo si postea indicat̃ heredi contẽplatiõe rerũ legataruʒ eqtas
dictat vt recuperet a legatarijs postq̃ occasione rerum illarum
grauatus est. Concludo ꝙ dicte vsufructuarie tenebunt̃ subire
onera prestantiarum pro dimidia parte hereditatis cuius vsu
fru. fuit eis legat9 siue directe siue indirecte fm ea q̃ dicta sunt.

¶ Super septimo ꝛ vltimo plura sunt videnda.

6 ¶ Primum an dicta domina Hãna possit dicere se non esse
competenter dotatam ex eo ꝙ non tantum fuit relictum p dote
ꝙ sufficeret ad integram legitimam. Et hic dico ꝙ non per ea
que dixi. s. in secundo quesito.

¶ Scđo an possit hoc dicere ex eo ꝙ inspecta quãtitate bonoꝝ
patris non habuit cõgruam dotem. Et videtur ꝙ sic. ar. l. que
ro. de iur. do. In cõtrariũ: q2 illud videt̃ tũc debere ispici cũ do
tat̃ ab alio q̃ a patre de bonis patris vt a curatoꝛe: sed cum ipse
pater dotat nõ videtur sibi referenda qd ꝙ nõ cõpetenter dota
uit cum ipse melius q̃ aliqs alius ꝯsilium sciat capere pro libe
ris. l. nec in ea. de adul. ꝛ qd sibi competens visum fuit pro filia
dare non dʒ alteri videri incõpetens. ar. ff. de cura. furio. l. si fu
rioso puberi. in fi. nec redargui potest ab aliquo cũ nullus amoꝛ
vincat paternum. l. fi. C. e. tit. de cur. fur. Et hoc videtur de mẽ
te statuti cõmunis flo. dicentis ꝙ si non fuerint dotate debeant
cõuenienter dotari de bonis patris. Notandum ꝙ cum loqtur

de dotatione facta a patre non apponit verbum conuenienter: sed simpliciter dicit si nõ fuerint dotate sufficit ergo q̃ sint dotate: nec est curandum de quanto qñ pater dotauit propter vba dicti statuti que hoc patiuntur cum loquantur conditionaliter. ar. eius qd in si. no. ff. ne quis eũ qui in ius voc. l. pe. in fi. per gl. cum vero est fienda dotatio per alium post mortem patris q nõ dotauit ponit verbum cõueniente patris: ergo dotatio semper presumitur cõueniens. Et hanc partẽ puto verã nisi ex magno excessu apparet manifeste ꝯiuz ita q̃ dolus patris posset redargui. ar. ff. pro socio. l. vnde si nerue. cum. l. seq. sepe enim parentes maligne se habent erga filios. ff. de inoffi. testa. l. iiij. Quid enim si diues de. x. milibus vnicam habens filiam fratre instituto relinqueret filie ducenta tantum in dotem cũ inspecta quãtitate bonorũ ꝛ conditione persone bene mereretur duo milia certe manifeste apparet indiscreta dotatio cui non erit standum in dubio presumam patrem discrete ꝛ conuenieter dotasse nec fiet in eius dotatiõe subtilis indagatio non sic in facta ab alio. Et hoc totum relinquam arbitrio bonorum virorum.

7 ¶ † Tertio videndum an dicta Nãna possit petere dotẽ maternã ꝑsupposito q̃ pater ꝛ eius heres nõ plus ei reliquerit q̃ fuerit competens dos. Breuiter puto q̃ sic quia ista erãt debita diuersa. s. dotis sue ꝛ illud erat legale: ꝛ dotis materne ꝛ illud conuẽtionale. iuxta no. in. l. si cum dotem. §. si pater. so. ma. vñ soluto vno remanente alterum. facit. l. si quidez. C. de trãs. gnimo si pater eius plus reliquisset q̃ esset sua cõpetens dos idẽ est qꝛ nõ ꝑsumitur relictũ aio cõpensandi nisi fuerit exp̃sse dictũ ꝛ sic vtrũq3 posset petere: ꝛ idẽ videt̃ si heres dicti patris sui. s. Siluester plus reliquisset eidẽ q̃ ei teneret̃ virtute testamenti paterni. p. l. j. §. sciẽdũ. de rei vxo. act. ꝛ sic vtraq3 posset petere. s. relictũ ꝛ dotem p illum. §. secus esset si dictus Siluester inter viuos ipsaz dotasset de maiori quãtitate q̃ pater eidẽ sibi reliquisset: qꝛ tũc censeret̃ dedisse aio cõpensandi cũ dote materna ad quã eidem tenebatur. per ea que no. in. l. fi. C. de dotis promis. ꝛ. l. cũ post. §. i. ff. de admi. tu. ꝛ. l. vxo. §. pater naturalis. de le. iij. ꝛ de pe. he. l. fi. in quibus apparet q̃. d. S. dotẽ iter viuos pro illa cui erat obligatus censetur dedisse animo cõpensandi cum dicto debito: nõ autez velle de suo dotare: ꝛ idẽ puto de heredibus. d. Siluestri si dedissent ei maiorem quãtitatem q̃ esset ei relicta pro sua dote vt videatur dedisse animo compensandi cũ dicto debito dotis materne ad qd tenebantur per dicta iura.

¶ Quarto videndũ est an eo casu quo possit petere dotem maternam possit etiã petere fructus ꝛ emolumenta dicte dotis a tẽpore quo debuit restitui pceptos ꝛ pcepta seu q pcipi potuerũt. Rñdeo pro tpe quo vixit pater dicte Nãne non possunt peti: qꝛ vsufru. dicte dotis ptinebat ad eũ. l. j. C. de bonis ma. Sed pro tempore currẽte post mortẽ patris potest petere dictos fructus ꝛ emolumẽta pceptos. l. j. §. exactio. C. de rei vxo. act. de pcipiẽdis autem cõsiderandũ: qꝛ si heredes dicti Siluestri non fuerũt relicti tutores ꝛ administratores dicte Nãne videt̃ q̃ nõ teneantur nisi fuerint cõstituti in mora. ar. l. domũ. C. de rei vẽdi. vl' melius dici põt eos idistincte teneri: qꝛ in minoribus cõmittit̃ mora re ipsa. l. in minorum. C. in q. cau. in integ. rest. non est neces. Et idem si fuerunt ei relicti tutores vel administratores: quia debebunt a se exigere. l. diuor. de neg. gest. cum si. ꝛ ponere ad licitum questum. vñ quatenus potuit pcipi ex licito questu tenebuntur predicti heredes siue fuerint administratores siue nõ p ea q̃ determinat exp̃sse Barto. in. l. diui. ff. ad. l. fal. ꝛ Bal. i. l. j. in fi. C. de cõdi. inde. ꝛ hoc si dos materna ꝯsistebat in pecunia: si vero in speciebus magis est clarum qui sint fructus earum.

8 ¶ Quinto ꝛ vltimo videndũ est presupposito q̃ possit dicta Nãna petere dotem maternam ꝛ eius redditus vltra dotẽ suã vtrũ si vult habere vsumfructũ ex codicil. Siluestri teneatur renũtiare iuri petẽdi dictã dotem ꝛ eius emolumenta ꝛ omnibus aliis que petere posset. Et dubiuz facit: quia in relicto facto per Siluestrum in suo testõ dicte Nãne fuit apposita dicta cõditio ꝛ dictum onus q̃ deberet añ oĩa renũtiare iuribus predictis: vtrum ergo dicta cõditio vel onus censeatur repetitum in legato facto eidem domine per eundem Siluestrũ in codicillis de dicto vsufru. Et videtur q̃ sic: quia factum fuit per dictionẽ vltra que est repetitiua sicut dictio hoc amplius: vt no. Barto. in. l. cum ita. ff. de dote prele. Ja. de are. Sed dictio hoc amplius non solum est repetitiua precedentis legati. vt. l. legata. inutiliter. ff. de le. j. ꝛ. l. si tibi pure. de lega. iij. sed etiam qualitatis ꝛ conditionis ei inserte: quia repetit eam in sequenti legato. vt no. per glos. et Barto. in. d. l. si tibi pure. ꝛ. l. in repetendis. e. ti. etiam si sequẽs legatum factum fuerit in codicillis. ff. de cõdi. ꝛ demon. l. auia. vbi videtur casus huius questionis.

¶ Contrarium tñ puto q̃ nõ intelligat̃ repetitũ dictum onus ꝛ conditio in. d. legato vsufru. pluribus rationibus. Prima quia fm theoricam Barto. in. l. in repetendis. de leg. iij. tũc est verum q̃ dictiones repetitiue repetitionẽ inducunt qualitatis p̃cedentis legati in sequenti qñ ambo fiũt in eadẽ oratione: ꝛ ita intelligit illa iura: secus si in diuersis. per. l. qui fundum. ff. de cõtrahen. emp. sed hic negari non potest q̃ in diuersis orationibus fuerunt facta: quia in diuersis volũtatibus: ergo ꝛc. ¶ Secũda rõ: qꝛ cõditio apposita hic in primo legato facto in testõ non ita cõgruit relicto facto in codicil. de vsufr. sicut relicto facto in testõ de quãtitate. qd pz. Nã relictum q̃titatis factum in testõ non fuit factum ex liberalitate: sed ex quadam necessitate ꝛ animo cõpensandi cũ eo q̃ ei reliquerat ei⁹ pater. qd pz: qꝛ dixit q̃ in dicta quãtitate mille flo. quã relinquebat deberet cõputari quãtitas relicta p Anto. patrẽ. d. Nãne ꝛ omne emolumentum ei⁹ ꝛ sic nil voluit. d. Siluester relinquere de suo sed solũ illud qd debebat̃. d. Nãne. qd ptz: qꝛ vt ponit̃ in themate nõ plus reliqt q̃ ei deberet̃. cõgruebat ergo dicto legato condĩo p̃fata ꝛ onus: vz q̃ renũtiaret omni eo qd sibi deberet̃. non sic cõgruit legato vsufruc. facto in codicil. cũ illud ex mera liberalitate factũ fuerit: ergo nõ intelligitur repetita p ea q̃ no. idem Bar. in. d. l. in repetendis. post medium. vsi. item aduerte. ¶ Tertia rõ quia legatum factũ in testamento de dicta quãtitate nõ tenuit ex quo eidem Nãne debebat̃ ex testamento paterno ꝛ ex quo reliquit Siluester eodẽ mõ quo Ant. s. pro dote: ꝛ sic eadem suspẽsiõe qua suspendebatur primum supẽdebat̃ scdʒ: ꝛ sic nil intererat. d. Nãne sibi relinqui a Siluestro cum ꝛ sine hoc petere potuisset. ff. de li. le. l. si debitor. de leg. j. l. finautez. Et propter hoc dico q̃ illa dictio vltra posita in legato vsufru. facto in codicil. nõ repetit legatũ dicte quantitatis factum in testamento: quia talis repetitio esset inutilis sicut ꝛ factum in testõ inutile fuit. vñ nõ est danda dicte dictioni interp̃tatio sup̃flua ꝛ inutilis iuxta ea q̃ in simi. no. in. l. talis scriptura. de le. j. p gl. ꝛ doc. Ex q̃ sequit̃ q̃ cũ ipsum primũ legatũ non censeat̃ repetitũ p dictã dictionẽ similiter nec eius qualitas intelligit̃ repetita in sequenti legato: qꝛ repetitio ipsius legati est p pri⁹ ꝛ principalior. repetitio vero cõditionis est p posterius ꝛ accessoria ꝛ si non tenet principale ꝛc. Preterea sicut fuit inutile legatuz prefatum factũ in testõ ita ꝛ qualitas ei annexa que stare non potest sine subiecto. ff. de actio. emp. si seruũ. §. si modus. ꝛ sic perinde h̃r ac si nec legatum predictum factum fuisset nec apposita fuisset dicta cõditio: ergo nõ potest dici facta repetitio eius qd non fuit vel fuisse non presumitur. Nec ob. l. auia. de condi. ꝛ demõ. quia ibi cessant predicte rationes. nam ibi conditio apposita in institutione ita congruit legato facto in codicil. sicut congruebat institutioni vt ex ea apparet. Item ibi fuit apposita in institutione que est principalior ꝛ potentior pars testamenti. vnde facilius censetur repetita in legato facto eidem q̃ apposita in vno legato censeatur in alio coequali repetita. Nam etiam sine dictione repetitiua censetur facta repetitio de conditione apposita in institutione ad legatum eidem factum in eadem voluntate etiam si in diuersis orationibus facte sint. l. duos. de condi. ꝛ demon. non sic est de conditione apposita in vno legato vt censeatur in alio repetita quando in diuersa oratione fm doctrinã Bar. in. d. l. in repetendis.

¶ Concludo cõditionẽ p̃fatam non intelligi repetitã dictãq3 Nãnam posse consequi vsumfruc. absq3 aliqua renuntiatione fienda. Et ita pront. s. scriptum est dico ꝛ cõsulo ego Paulus de castro.

Laus deo.

¶ Consilium. cclxxvj.

1 ¶ Si statutum disponat q̃ vxor nõ possit litigare sine cõsensu mariti vtrum si non opponatur exceptio hec ante litem contestatam possit postea opponi: ꝛ an iudicium sit nullum. Et exceptio satisdationis que similiter ex statuto requirit̃ omissa non vitiat processum: quia est dilatoria ꝛ debuit opponi ante litem contestatam.



In christi nomine amẽ.

1 ¶ † Quia probabiliter dubitatur stante statuto q̃ mulier non admittatur ad agendum nisi de cõsensu mariti quo casu maritus teneatur pro vxore ad expensas litis: vel nisi mulier satisdederit de soluendo expensas litis si iudicium est agitatum in quo non constat de consensu mariti mulierem egisse nec de aliqua satisdatione appa ret vtrum post litem contest. talis exceptio potest opponi vt annulletur processus. Et predie dicebam ꝛ dico q̃ processus nõ est nullus: quia talis exceptio est dilatoria. quod pz: quia est talis que concernit personam agentis. vt probatur in. l. ij. in fi. ꝛ. l. iij. in fi. ff. de excep. ꝛ institu. eo. ti. §. preterea. ꝛ regula est q̃ dilatorie sunt opponende ante lit. contest. l. exceptionem. C. de pba. ꝛ si postea opponatur debet opponens in vna libra auri condẽ-

a nari^a: vt. l. peñ. C. de excep. ꝛ ideo tex. in. l. qui procuratorem. §. si quis. ff. de procura. dicit q̃ si quis omiserit exceptionem procuratoriam

Additio.
a ¶ In vna libra auri cõdẽnari. Adde Spec. in ti. de aduo. §. j. v. itẽ q̃ post. et in ti. de excep. §. ij. v. porro. ad fi. Ben. Ferrẽdat.

curatoriam non poterit ex penitentia eam opponere quasi inferat ille tex. ꝙ iudicium teneat: sed clarius hoc voluit tex. in. l. filiusfa. §. veterani. ff. de procur. vbi probatur ꝙ si miles qui non potest esse procu. vt insti. de excep. §. preterea. s̄. alleg. ⁊. d. §. veterani. fuit admissus non opposita sibi exceptione ante lit. contest. ꝙ tenet iudicium. idem probatur in. l. ita demum. C. de procu. que loquitur in exceptione militie sicut. §. veterani. licet. §. veterani. loquatur in causa principali. ⁊. l. ita demum. loquatꝰ ī cā appel. vt exceptio dilatoria omissa in causa principali q̄ veniebat opponenda añ lit. cōtest. non opponi in cā appel. etiā añ lit. ꝯtesta. ꝓpter qꝺ limitaꝝ illud qꝺ vulgariter dicitur p. l. hāc. C. de tēpo. appel. nō probatū probabo. non deductum deducā. quia intelligitur circa merita ⁊ ea q̄ possunt post lit. conte. deduci. ⁊ ita sentit Bar. ⁊ Bal. in. d. l. ita demum. in scꝺo no. vbi dicit ꝙ appellatio reponit partes in statu quo erant tempore lit.
a ꝯtesta.[a] vt possit ea facere que poterat a lite cōtest. citra. Et qꝺ dictum est de milite idem dicendum de muliere: vt dicit glos. et Bal. in. d. l. ita demū. Et ꝙ teneat tale iudiciuꝫ tenet Bal. ī. l. si militē. C. de ꝯdi. ob cām. ⁊ in. d. l. exceptioneꝫ. Non ob. ꝙ allegatur in ꝯ̄rium. d. l. licet. C. de procur. vbi ꝓbaꝝ ꝙ iudiciū ē nullum in quo interuenit falsus ꝓcur. ⁊ talis exceptio pōt opponi qñcūqꝫ: qꝛ illa loqtur qñ talis dilatoria opponiꝝ in ea forma q̄ oino annihilaꝝ ꝑsona. nam si est falsus procurator: qꝛ nunꝙ̄ habuit mādatum: vel si habuit ⁊ fuit reuocatū nunꝙ̄ fuit cum eo fundatum iudicium. ⁊ ideo nimirū si processus est nullus: quia deficit vna ex personis substātialibus ad iudiciū q̄ sunt tres: vt in. c. forus. de verbo. signi. ⁊ cum litis contestatio sit nulla est ꝑclusa via opponēdi talem dilatoriam: secus aūt est in illa exceptione tu non potes esse procurator: quia illa non eneruat iudicium si pretermittatur. ratio est: qꝛ persona est vera licet aliqua probibitione potuisset repelli. ita soluunt istud contrariuꝫ oēs doc. ⁊ glo. in. d. l. licet. ⁊ in. d. l. ita demum. cum ergo in proposito ista mulier potuisset repelli: quia non habebat consensum viri si non fuit repulsa ante lit. contest. valet iudicium: quia ipsi mulieri competebat actio qꝺ non est in eo qui est falsus procurator. nam non opponendo videtur approbare personam mulieris qꝺ potest in sui preiudicium. vt. l. si quis in conscribēdo. C. de pac. qꝺ non est quando procurator caret omnino mandato: quia taciturnitas aduersarij non facit ipsum procur. ⁊ istam rationem sentit Bart. in. d. l. licet. in fi. i. col. Non ob. glo. ⁊ qꝺ ibi no. doc. in. l. cū nō solū. §. necessitatē. C. de bo. q̄ lib. vbi hꝛ ꝙ filius nō pōt esse in iudicio sine consensu patris. ⁊ dicit glo. ꝙ si fuit i iudicio absqꝫ consensu nō valet iudicium: ergo videꝝ ideꝫ dicendum in muliere in casu nr̄o: qꝛ respōdeo ꝙ ibi non valuit iudicium: qꝛ cōsensus requiritur ad substātiā iudicij: nā sine cōsensu filius non hꝫ integrā ꝑsonā vt ibi dicit glo. ideo nimirum si iudicium est nullum. sed in casu nostro consensus mariti nō requiriꝝ ad substātiam iudicij: sed vt reo cōsultum fit de expēsis: quas sicut posset omittere non petēdo nec sibi deberentur. l. iiij. §. boc autem iudicium. ff. de dā. infec. sic potest omittere personam que ad illas obligetur. ⁊ pro boc facit ratio quam. s̄. dixi de exceptione non potest is esse procur. que potest omitti ⁊ de exceptione non es procur. qua omissa iudicium nō validaꝝ. Et ex predictis concludo iudicium valere: sꝫ ⁊ p aliam rōnem valet: quia dꝛ ꝙ tpe quo cōstituit procur. ⁊ iudicium fuit agitatum ipse maritus erat absens quo casu videꝝ habere locum statutum sicut hꝫ locum. d. §. necessitate. qñ pater est absens. vt tenet ibi Bal. ⁊ Barto. ibi ⁊ in. l. si longius. ff. de iudi. ⁊ ī. l. j. C. de decu. lib. x. per. l. honores. ff. de decu. ⁊ ideꝫ tenet Ang. ⁊ Raph. in. d. l. si longius. Preterea cū maritus huius mulieris sollicitauerit causam ⁊ continuo fuerit cum procur. satis videtur esse eius cōsensus adhibitus ⁊ sufficit vt dicit Bal. in. d. §. necessitate. in v̄. q̄ro nunqd in obligatiōibus. Similiter dico de illa excep. cautionis siue satisdationis requisite a statuto de soluendis expensis: qꝛ illa debuit peti ante litē contest. quoniā est exceptio dilatoria sicut exceptio ꝓcuratoria. de qua. s̄. ita dicit text. ⁊ gl. in l. j. C. de satisda. ⁊ glos. in. l. q procuratorem. §. si quis. ff. de procura. ⁊ in. l. pomponius. §. rati. e. titu. ⁊ habetur in. l. de die. §. si seruus. ⁊ ibi glo. ⁊ in. l. iulianus. ff. qui satisda. cogan. Nec iudicium erat nullum si sit processum ad vlteriora non petita satisdatiōe. ita no. Pau. de ca. in. l. peto. qui fratre. ff. de le. ij. ⁊ facit glo. in. l. vniuersa. C. de p̄ci. impera. offe. qꝺ aūt dicitur de cōsensu seu ratificatiōe mariti postea babita dico boc casu sufficere: qm̄ consensus mariti de quo in statuto nō requiriꝝ ad substātiā dū iudiciū vt reqriꝝ cōsensus patris: qꝛ ille consensus est de substātia vt p̄dixi: sed cōsensus mariti reqriꝝ rōne interesse ipsius mariti quo casu cōsensus non requiritur ab ipso principio: sed sufficit si ex postfacto interueniat. ita no. Pau. de ca. q bene declarauit hūc passum ī. l. si cū dotē. §. eo autē tēpore. ff. sol. mat. ⁊ facit tex. in. l. iubemus. in fi. C. de emāci. lib. ⁊. l. si auteꝫ plures. ⁊ qꝺ ibi no. Bar. ff. de aqua plu. ar. ⁊ ita potest intelligi Bal. in. l. cū non solum. §. sin aūt. C. de bo. q̄ libe. Nec ob. qꝺ ipse bal. no. in. l. j. C. qui admitti ad bono. posses. pos. qꝛ ibi loquitur de cōsensu qui est de substātia actus: vt ibi pꝫ. eodem mō intelligiꝝ qꝺ ipse no. in. l. qcūqꝫ. C. de bo. q̄ li. ⁊ in. l. si vxorem. C. de cōditio. insertis. ad qꝺ facit qꝺ ipse Bal. no. ī. l. ij. C. de seruis reip. manumittendis. in. l. si pater. C. de spon. ⁊ per Barto. in. l. si qs mibi bona. §. iussum. ff. de acquiren. heredi. ⁊ Jo. an. in. c. cū cōsuetudinis. extra de cōsue. ⁊ in Specu. de bis que fiunt a prela. ver. sed rationem. Ex quibus omnibus clare pꝫ processum non esse nullum. Non dicam in ista causa tales iuris subtilitates forte reijciendas cum in ea debeat ꝓcedi summarie. per ea que no. Barto. in extrauagāte ad reprimendum. in verbo summarie. ⁊ per statuta nostra: quia bec notoria sunt. Et ea relinquo iudicio sufficientis domini cōsulere debentis cui causam ⁊ iusticiaꝫ scio fore recōmissam ⁊c. Laus deo.

a ¶ Lit. ꝯtesta Adde Joan. de ana. s̄. ī ꝯsi. lxxj. nume. ij. vbi idē.

¶ Casus.

¶ Quidam agebat coram ordinario petitorio in causa matrimoniali dicēdo se non esse virum: causa ista deuoluta fuit ad sedem apostolicam p appellationē interpositā ab interlocutoria coram delegato apostolico: mulier dicebat se restitui debere ad copulam: queritur vtrū sit audienda. Et si minor cohabitauerit cū ea cum qua ꝯtraxerat matrimonium an presumatur ꝙ eā cognouerit. Et an possessorium post litem contestatam in petitorio propositum suspendat ipsum petitorium.

¶ Consilium. cclxxvij.

1 ☞ An ⁊ quando causa possessorij faciat cessare causam petitorij super qua iam fuerat lis contestata. ⁊. 3.
2 De intellectu clemen. vnice de cā pos. ⁊ proprietatis. ⁊ de opi. cañ. ⁊ legistarum adinuicem contrariantium. ⁊. 3.
3 Quomodo differant cause beneficiales a prophanis in ista materia petitorij ⁊ possessorij.
Que requirantur ad obtinēdā victoriā in materia possessorij.
4 An probato titulo matrimonij ⁊ cohabitatione admittatur probatio minoris etatis.
5 Quis dicatur proximus pubertati vt dicaꝝ consumasse matrimonium.
6 Materia ⁊ impedimentum publice honestatis an admittatur si sunt probationes in promptu.
Et per totum consiliū quō ꝓbetur titulus ⁊ possessio matrimonij ⁊ econtra quō per cōiecturas ꝯ̄rium probetur.


N christi nomine amen.

¶ Quia per primū egregiū cōsultorem diffuse scriptū est sup singulis dubijs ⁊ q̄sitis: ideo sup eisdē conclusiue procedā scribēdo q̄ sentio ⁊ ad breue cōpendiū reducen-
1 do. †Et quātum ad primum q̄sitū qꝺ est alijs difficilius videlicet an dicta dña actrix potuerit in curia romana coram cōmissarijs pape transire ad possessoriū qꝺ in partibus minime fue-
b rat inchoatū[b] ⁊ suspēdere petitoriū partis rei qꝺ in ꝑtibus ⁊ coram ordinario fuerat incboatū ⁊ sup eo lis cōte. demum ab iterlocutoria sup eo lata fuit ad curiā appellatū. Et hic breuiter cōsidero ꝙ si causa ista fuisset agitata coram ordinario sicut fuit inchoata res esset multum dubia propter diuersas sentētias diuersor. Pro cuiꝰ euidētia premitto ꝙ qñ vna pars inchoauit petitoriū altera possessoriū recuperande postea proponit p modum actionis: si quidē sup re diuersa nō est dubiū ꝙ possessoriū scꝺo loco intentatū nō suspēdit petitoriū partis aduerse primo intentatum siue añ litē cōtesta. sup eo proponatur possessorium siue post: sed sup vtroqꝫ procediꝝ tanꝙ̄ sup duabus petitiōibus ⁊ iudicijs se minime cōtingētibus: vt in. c. cū dilectus. de or. cogni. ⁊ casus est indubitatus. Si vero possessorium intenteꝝ sup eadē re tūc si añ litē cōte. sup petitorio casus iste similiter ē idubitatus: qꝛ tunc suspendit petitoriū partis aduerse ⁊ sup solo possessorio est procedenduꝫ: ⁊ hoc ꝫm oēs. vt est casus in. c. ex cōquestiōe. de resti. spo. ꝫm intellectū quē sonat lr̄a. sic pōt intelligi. c. litteras. eo. ti. vbi ex ordine littere apparet prius fuisse intentatū petitoriū scꝺo possessorium ⁊ sup eo tm̄ fuit processum: vꝫ vt loquatur ante litē ꝯtest. cū tex. alr̄ nō aperiat. Si vero post litē cōtest. in petitorio fuerit propositum possessorium tūc si q̄rimꝰ an suspendat petitoriū ab eodē intētatū dico ꝙ sic si agēs vult. ⁊ bic casus similiter est indubitatus: qꝛ text. est in. c. pastoralis. de causa pos. ⁊ proprie. ⁊ hoc dūmō nō fuerit in cā cōclusum vel renūtiatū vt ibi dꝛ. Restat quartus casus dubitabilis videlicet an tūc cū ꝓponiꝝ post litem ꝯtest. sup petitorio ⁊ super eadem re debeat suspendere petitoriū partis aduerse. Et hic fuerūt opi. Jo. enim. ij. q. ij. c. j. ⁊ no. Innoc. in. d. c. ex cōque. ⁊ in. c. ij. de cā pos. ⁊ proprie. tenent ꝙ sic potissime in causa matrimoniali qꝺ etiā sequiꝝ Joā. an. ⁊ cōiter hoc videnꝝ tenere canoniste reprobantes Hosti. ⁊ alios q tenuerūt contrariuꝫ. q̄ opi. de iure anti-

b ¶ Inchoatū. Vide q̄ habētur p. d. Mar. sozi. ī ꝯsi. xxxviij. inci. ꝓ decisiōe. v̄. qn̄to simplr̄. circa prin. ⁊ ī ꝯs. xlj. incip. anteꝙ̄ ad. q. circa me. j. colū. in. j. parte.

quo nõ video q aliquo tex. expsso probaret: qr. c. ex cõquestiõe.
manifeste vr loq qñ añ litẽ ɔtest. sed Inno. ad hoc allegat. c. pa
storalis. de cã pos. z pro. qd loqtur de possessorio a se intentato
z sic nõ videt pro eo facere nisi inducatur hoc mõ: qr ibi post litẽ
cõtest. in petitorio agentis postq cõtestatus est acquisitũ erat
reo ius instantie: vt in aut. qui semel. C. quõ z qñ iudex. vt pos-
sit etiam inuito actore prosequi z petere sententiã ferri nihilomi
nus pmittit agenti inuito reo cui vt dixi ius erat quesitum ipm
suspẽdere z transire ad possessorium: ergo z pmitti debet eidem
suspendere petitorium partis aduerse quasi sit eadẽ rõ. Sz hec
nõ est bona similitudo: quia maiorem iniuriam facere aduersa-
rio meo si suspenderẽ petitoriũ ab eo intentatũ in quo sibi ius ẽ
quesitũ post litẽ cõtest. suo facto z diligẽtia q si suspẽdo petito-
rium a me intentatum in quo ius est quesitum eidem magis fa
cto meo q suo z sic meum non suum. i. beneficiũ qd a me habuit
aufero vel suspendo qd non ita odiosum videtur. ar. eorum que
no. C. qui poti. in pig. ha. l. assiduis. facit. l. si iudex circũuento.
ff. de mino. z. l. amicissimos. de excu. tu. z qd no. in. l. iul. ff. de le-
ga. j. z. l. filius. §. erit rubriano. ff. de fideicõ. liber. cuz si. ¶ Pre
terea cum suspendo petitorium tuum te excludo ab impugna-
tione quam de me facis: sed cum suspendo meum te non exclu-
do cum me non impugnes: sed impugnationi per me facte resi-
stis: plus ergo volo facere primo casu q secũdo: ergo de scdo ad
primum non est bona argumentatio. arg. l. qui cum maior. §. si
libertus. de bonis lib. z qd in si. no. per Bart. in. l. iij. §. nunc de
effectu. de lib. leg. ¶ Preterea quando tu principaliter inten-
tasti petitorium si liqueret de ipso ferretur pro te sentẽtia decla-
ratoria iuris sui: sed si ego intẽtaui tm licet ex actis cõstet de iu
re tuo non tamẽ sup tuo iure ferretur sententia sed tm ab impe-
titiõe mea absolueris. iuxta ea q plene no. p doc. i. d. c. ex cõque-
stione. vtilius est autem primũ q fm. l. si inter me z te. de excep.
rei iudi. z. l. sed z si possessori. de iureiur. plus ergo facerẽ tibi pĩu
diciũ suspẽdendo petitoriũ tuũ q meũ ergo nõ sunt isti casus si
miles z sic dictũ Inno. z sequaciũ quantũ ad iura vetera rema
net in sola autoritate cum tex. expressuz nõ habeamus nec rõnẽ
vrgẽtem. ¶ Preterea rõ videt i ɔrium facere. Nam video q si
intento contra te possessorium recuperande z tu excipis de pro
prietate licet hec exceptio me inuito non sit admittenda si tamẽ
consensi semel q de ipsa discutiatur debet de ipsa discuti z pĩu-
dicat possessorio meo: vt est casus in. c. j. de resti. spo. nec possum
amplius penitere: ergo z similiter si tu intentasti petitorium z
ego consensi litem super eo contestari non videtur q postea pos
sim penitere z ipsum suspendere immo super eo procedetur nõ
obstante meo possessorio quod videtur perdere priuilegium p-
lationis propter dictum consensum sicut perdit quando consen
si q procederetur super excep. proprietatis: vt. d. c. primo.
¶ Preterea possessorium per viaz actionis intentatum super
eadem re non põt habere vim exclusiuam petitorij: nisi qr vim
vim exceptionis dilatorie. nã inquantũ hz vim petitionis non
excluderet petititoriũ: vt in. c. cũ dilectus. de or. cogni. Cũ ergo
exceptio dilatoria nõ põt opponi post litẽ cõte. ergo nec possesso
riũ post litẽ cõte. intẽtatũ põt habere vim excep. dilatorie. sicut
videmus in exceptionibus litis finite q si opponant añ lit. ɔte.
impediunt litis ingressum z excludũt: qr hñt vim dilatoriarũ.
secus si post. l. eleganter. §. si qs post. ff. de cõdi. inde. z ibi not. z
l. nam z postea. in prin. de iureiur. z no. in. c. j. de lit. cõte. lib. vj.
tunc enim admittunt in vim pemptoriarũ z nõ excludent. Sic
ergo possessorium añ litem cõtest. intentatũ habebit vim dila-
torie excep. z suspẽdet: postea vero vim peremptorij z nõ suspẽ-
det. z hoc expresse tenuit Barto. ff. de acq. pos. l. naturaliter. §.
nihil cõe. in qnta cõbinatiõe. vbi ad alterã determinat posses-
soriũ intentatũ post litẽ cõtest. sup eadẽ re nõ suspẽdere petito-
riũ partis aduerse cuius dictum videt iuridicum p rõnes predi
2 ctas: sed autoritas canonistarũ eis repugnat. † Et certe si Bar.
faceret mentionem de clemen. vnica de cã pos. z proprie. z ad ip-
sam responderet crederem ei potius q canonistis: quia melio-
res rõnes vident pro eo facere: sed quia de illa non facit mẽtio-
nem z sic videt q eã pro tũc nõ viderit facit me dubitare. Nam
qdã dicũt ibi esse casum ɔtra eũ z sequaces. In ɔriũ videt quia
illa clemẽ. voluit aliquã spãlitatẽ ponere in causis bñficialib⁹:
vt ibi pz in glo. j. cõstat autẽ q inquãtũ vult illa clemẽ. q cause
beneficiales p appellationem legitimã deuoluantur ad curiam
incõtinenti hoc erat p prius statutũ. s. p. c. j. de ele. lib. vj. z. c. ti.
cãm. in cle. nõ ergo voluit illa clemẽ. hoc inducere imo psuppo-
suit hoc esse p alia iura inductũ: vt pz i verbo deuoluta. est ergo
necesse dicere q voluit spãlitatẽ inducere circa propositionem
possessorij z supensionem petitorij vt sic conueniat rubrice sub
qua statuta est: als seruiuisset nobis de vẽto: vt sic dicamus cle.
illam voluisse hoc dicere q speciale sit in causa beneficiali vt qs
possit de petitorio transire ad possessoriũ etiam post litẽ conte.

z suspẽdere petitoriũ etiã aduerse partis: z hoc tam in curia qñ
causa deuoluta est ad eam p appel. q extra curiã qñ nõ esset de-
uoluta. qd eni ibi dicit de deuoluta ad curiã potius facti accidẽ
tiam denotare videtur q iuris mysteriũ. nec est hoc mirum q in
beneficialibus sit hoc speciale: tũ qr z alia spãlia videmus qr
p appellationem deuoluit ad curiã tota cã qd nõ est in propha-
nis. c. j. de appel. lib. vj. z etiam quia inuasio in talibus magis
est odiosa q in alijs. vt pz ex. c. j. de eo q mit. in pos. causa rei ser.
lib. vj. z. c. eũ q. de prebẽ. e. li. ¶ Posset etiã quis dicere q duo
requirũtur ad hoc vt sit dicta specialitas. s. q cã sit bñficialis z
q agitet in curia p deuolutionẽ vt his duob⁹ cõcurrẽtibus cõsi-
derato q in curia nõ ita forte de facili possunt haberi pbatiões
sup petitorio pmittat ei⁹ suspẽsio z trãsitus ad possessoriũ z alte
ro illorũ deficiẽte secus sit: z ita videt colligi ex tex. Et fm hoc
esset ibi casus p Barto. z cõtra canonistas arguẽdo a spãli: sed
quia glo. ibi z Pau. de liaza. dicũt esse ibi casum p Inno. et se-
quacibus credo q habuerint istũ intellectũ videlicet q in cã bñ
ficiali sit ista spãlitas: vz q p appellationẽ interpositã etiaz sup
solo petitorio intentato deuoluatur ad curiam non solum cau-
sa petitorij z eius instantia sup quam fuit appellatum: sed etiã
causa possessorij in qua nõ fuit grauatus appellãs z est cã diuer
sa. z hoc addit. d. cle. ad. c. de elec. lib. vj. z ad cle. cãm. de elec. se
cus est in alijs causis pphanis in quibus non deuolueretur nisi
causa petitorij sup qua fuit grauatus si super eo erat lis iam cõ-
3 testa. coram ordinario. † Et hoc expedito articulo appellatio-
nis z non ante in duobus ergo erit differentia inter causam be-
neficialẽ z alias pphanas. Primo quia causa beneficialis sta-
tim p appel. deuoluit etiã ante expeditionem articuli appel. et
hoc introducit p. c. j. de ele. lib. vj. sed alie non nisi illo expedito
vel de consensu partium obmisso: vt in. c. j. de ap. lib. vj. Secun
do quia in beneficialibus si appellatuz est in petitorio deuolui-
tur petitorium z possessorium etiam ante expeditum articulum
appellationis: sed in alijs expedito articulo appel. deuoluitur
tantum petitorium super quo fuit appellatum non autem cau-
sa possessorij que erat diuersa z non intentata z hoc si lis erat iã
contesta. super petitorio z sic pars obligata erat illi instantie.
Sed si ante litem contest. tunc per appel. ambe cause deuolute
cẽsentur expedito articulo appella. quia cum neutra esset inten-
tata adhuc z ambe poterant intentari non erat ratio quare ma
gis vna q altera deuolueretur z sic ante deuoluuntur: in causa
vero beneficiali non distinguitur ante vel post: z hũc intellectuz
videt habuisse Pau. de liaza. in scda sua glo. magna super ver
bo p appellationem. In alijs igitur pphanis deuoluta causa
petitorij tantum non posset trãsiri ad possessorium in curia: fm
hũc ergo intellectũ nõ ẽ in causa beneficiali hoc speciale q post
litẽ cõtest. in petitorio possit transiri ad possessorium z suspẽdi
petitoriũ. hoc enim tanq regulare psupponitur ibi. sed soluz est
hoc speciale q hoc potest fieri corã iudice appellationis iterpo
site in causa petitorij tm. causa vero z ratio specialitatis est quia
in beneficialibus deuoluta fuit p appel. vtraqz causa petitorij z
possessorij ppter priuilegium cause bñficialis. corã vero ordina
rio non expediret vti aliqua spãlitate: qr cũ apud ipm sit cogni
tio vtriusqz iure ordinario nulli dubiũ erat qn fieri possit. z isto
mõ credo q intellexerint dñi auditores palatij opi. Pau. dñi ip
sum allegant in decisione Rote: als videret sibi ɔtrari dñi i vna
glo. tenet expsse q illa cle. non hz locũ in alijs causis nõ bñficia
libus: in alia vero tenet ibi esse casum p Innoc. z sequacibus q
regulariter in omni cã potest p possessoriũ scdo intentatũ etiam
post litẽ cõtest. suspẽdi petitoriũ. ¶ Fuit ergo ista sua intẽtio q
coram ordinario q habet cognitionẽ vtriusqz cause potest hoc
fieri indistincte z in oĩ cã. Sed coraz iudice ap. in curia romana
quãdo appellatum est sup instãtia petitorij tm hoc nõ possit fie
ri nisi in cã bñficiali: qr z ipe hz cognitionem vtriusqz in tali cã
in qua p appel. deuoluit vtraqz causa: in alijs autem nõ possit
qd est appellatũ post litẽ ɔte. qr tũc nõ hz cognitionẽ nisi sup cã
petitorij tm: qr illa tm fuit deuolu. ¶ Nolendo ergo recedere a
pdicto intellectu nec ab opi. cõi canonistarũ videt dicẽdũ q in
casu nostro cum non simus in causa bñficiali: z cum petitorium
tm fuerit intentatum in ptibus z sup illo fuerit appellatũ p ap-
pellationez pdictam sola causa petitorij fuerit ad curiam deuo
luta: causa vero possessorij remansit z est in cognitione iudi. or-
dinarij: vt pz in. c. romana. §. cum vero. de ap. lib. vj. z p no. i. c.
cum teneamur. eo. ti. p glo. cum sit diuersa a causa pprietatis.
vt. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. pos. z si ita est com
missarij pdicti quibus de voluntate ptium fuit commissa causa
appellationis z negotij pncipalis non videntur habuisse co-
gnitionem nisi sup causa petitorij tantum: quia papa non intel
ligitur eis commisisse nisi principale negotium quod erat deuo
lutum vel deuoluendum finito articulo appellationis vel de
voluntate partium ab eo recesso: commisit enim papa dictam
causam

causaz tanq̃ iudex appellatiõis ꝛ p appellationẽ aditus: ergo illã tantũ causam q̃ ad ipsuz tanq̃ ad iudicẽ appellatiõis erat deuoluta, hec aũt erat cã petitorij tantũ: ꝛ in illa tantuz videt̃ pars rea ꝯsensisse vt cõmitteret̃: nõ aũt cã possessorij q̃ deuoluta nõ erat imo semp in illa ꝯdixit. Cum igit̃ nec de mente pape nec de mente partis rei fuit vel fuisse p̄sumit̃ q̃ alia causa committeret̃ q̃ illa que deuoluta erat ꝛ quã vt iudex appellatiõis potuit cõmittere: dicti cõmissarij sup cã possessorij tanq̃ nõ cõmissa pcedere nõ potuerũt: ꝛ qd egerũt tanq̃ factum a iurisditione carentib⁹ nõ valet. Nec ob. si dicat̃ q̃ illi cui cõmittit̃ cã petitorij videt̃ cõmissa etiã cã possessorij: vt est casus in terminis nostris. in. c. ex conquestione. de resti. spo. ꝛ no. in. c. j. de seque. pos. ꝛ fru. ꝛ. l. si de ppꝛietate. C. si a non cõpe. iudi. qꝛ dico q̃ illud est verũ qñ papa cõmitteret nõ tanq̃ iudex appellatio nis ꝫ tanq̃ pnceps aditus p viã q̃rele: tũc enim v̄r omnẽ causam cõmisisse: qꝛ nõ maior est rõ de vna q̃ de altera: ꝛ ipsum de legatũ, quo ad illã causam ꝛ ipsaz ꝯtingẽtia v̄r surrogasse loco ordinarij. de offi. leg. studuisti. ꝛ sic late est interpretãda cõmissio cũ eam fecerit de plenitudine potestatis ꝛ nõ iure ordinario. secus est qñ vt iudex appellatiõis: qꝛ tũc iure ordinario cõmittit ꝛ sic illã tantũ interpretamur cõmisisse q̃ iure ordinario cõpetebat: ꝛ h̄ erat, solũ cã pemptorij deuoluta p appella. Posito ergo q̃ opi. Inno. ꝛ sequaciũ de qua. s. sit vera pcederet si causa verteret̃ corã ordinario vel coram delegato a papa adito p viã q̃rele nõ p viaz appellationis. Ex q̃bus ꝯcluditur omnes sñias latas in possessorio parte semp ꝯdicẽte ꝛ reclamãte nullas esse tanq̃ latas carentes iurisditione.

4 ¶ †Uenio ad scõm passum quo q̃rit̃ posito q̃ petitoriũ potuerit suspendi an articuli Jo. rei debuerint admitti q̃ cõcernunt causam pꝛopꝛietatis. Circa qd dicendum est q̃ q̃tum ad materiam metus nõ erãt admittẽdi qꝛ p cõfessionẽ dicti Jo. q̃ conatus fuerat ipsam cognoscere apparet metum purgatuz si quis fuisset cũ actũ illũ non nisi volens ꝛ sponte fecerit licet eniz per cohabitationẽ mutuam posset dici non fuisse metus purgatũ: qꝛ durabat eadẽ causa metus. iuxta no. in. c. causam matrimonij. de offi. deleg. p Inno. ꝛ p Bar. in. l. si ob turpẽ. ff. de condi. ob tur. causaz. cũ etiã inuitus ꝛ nõ sponte potuerit cohabitare nemo tñ ipsum cogebat ipsaz cognoscere ꝛ sic nixus ꝛ conatus ille tanq̃ sponte ꝛ ppꝛio motu factus purgauit metum. C. qd qd me. cã. l. ij. ꝛ. d. l. si ob turpẽ. de cõdi. ob tur. causam. ¶ Quãtum vero ad materiã etatis adhuc idem videt̃ q̃ non debuerit admitti tanq̃ impertinens. Nã actrix allegabat duo q̃ erãt sibi necessaria in possessorio: scilꝫ q̃ ꝯcta fuerant sponsalia p verba de pꝛesenti ꝛ ex hoc infert̃ titulus q̃ in tali possessorio est necessarius. Itẽ q̃ interuenerat copula carnalis inter eos ꝛ ex hoc infertur possessio que similiter est necessaria. vt. i. c. ex trãsmissa. de resti. spo. ꝛ ambo ista habebat pbare vt obtinerent in possessorio. d. c. ex transmissa. Tunc arguo aut ipsa deficiet in pꝛobatione pꝛedictoꝛum vel alterius eoꝛum ꝛ tunc nõ erat necesse reo articulare de etate ꝛ sic illa materia tanq̃ superflua veniebat repellenda. ar. C. de pꝛoba. l. ad pꝛobationeꝫ. aut pꝛobauit vtrũq̃ ꝛ tunc illa materia de etate erat impertinens cum defectus etatis tollatur per interuentum carnalis copule que supplet defectum etatis. c. puberes. de despõ. impu. ꝛ. c. continebatur. eo. li. cum si. ꝛ sic in nullũ casum poterat esse dicta materia admissibilis. nec videt̃ obstare. c. ex parte. de resti. spo. qꝛ ibi nõ pꝛoponebat̃ copulam interuenisse sicut hic. Breuiter dico contrariũ q̃ dicta materia erat pertinens etiã ad causam possessorij: qꝛ pbata poterat excludere ambo fundamenta possessorij. Nã duo sunt necessaria fundamenta possessorij in casu isto: scꝫ titulus q̃ ꝯsistit in ꝯctu sponsaliorũ factorũ p verba de pꝛesenti. Item possessio q̃ ꝯsistit in interuentu copule carnalis: vt. d. c. ex transmissa. Pꝛobata aũt minoꝛi etate tollebatur pꝛimuz: qꝛ inter impuberes non potest esse contractus matrimonij per verba de p̄senti validus talis q̃ liget ꝛ sic faciebat deficere titulum. Item dico q̃ pꝛobata minoꝛi etate põt de facili excludi pbatio copule carnalis non dico copula. illa enim si p̄supponat̃ non excluditur p defectum etatis imo econuerso defectus erat p ipsum. ꝛ ita loquit̃ qd supꝛadixi. Sed bñ dico q̃ ea non p̄supposita p vera sed negata pꝛout erat in casu nostro necesse erat

a actrici eam pꝛobare. Sed pꝛobare non poterat directe cũ testes in talib⁹ nõ adsint. Sed pbãda erat cã p ꝯiecturas. iuxta no. in. c. pꝛeterea. de testi. que coniecture resultabant ex mutua cohabitatione ꝛ ex eo q̃ reperitur hodie coꝛrupta ꝛ sic pꝛesumitur ab eo coꝛrupta. iuxta not. in. c. si quis acceperit. xxxiij. q. j. hec autem pꝛobatio per coniecturas potest tolli ꝛ eneruari per

5 alias cõiecturas contrarias. iuxta no. in. l. diuus. ff. de in integrum resti. †tũc dico q̃ minoꝛ etas Joãnis poterat esse coniectura cõtraria: maxime quia Jo. ponebat in articulis se fuisse tp̄e ꝯctus sponsalioꝛum p verba de p̄senti etatis. xj. annoꝛum ꝛ sic nõ pꝛimus pubertati: ꝛ cũ per actricẽ pꝛoponeret̃ q̃ simul cohabitauerant per annum cũ dimidio tantũ apparet ꝛ pbat̃ ipsum fuisse in etate. xj. an. tantuz tẽpoꝛe ꝯctus sponsalioꝛuz. apparet etiã q̃ tẽpoꝛe discessus ab ea nõ erat pꝛoximus puber tati cum pꝛoximus dicat̃ qñ nõ distat vltra sex menses vel annuz ad plus. vt no. in. d. c. cõtinebatur. de despõ. impu. ar. ff. de excu. tuto. l. nõ solum. §. j. ꝛ si ita est nõ est verisimile q̃ fuerit ab eo cognita cũ minoꝛ etas non pꝛoxima pubertati faciat p̄sumi naturalem impotentiam coeundi: cũ ergo potuerit ab alio cognosci nõ p̄sumet̃ ab eo cognita stante naturali p̄sumptione p eo seu coniectura naturalis impotentie que tollit aliam potissime: qꝛ lꝫ esset pꝛobatũ ipsam esse coꝛruptã: non tñ pꝛobatum est ipsam fuisse coꝛruptaz tempoꝛe quo simul habitabant: sed tempoꝛe quo fuit inspecta qd fuit dudum post recessum Jo. pbatio ergo minoꝛis etatis maxime non pꝛoxime pubertati pꝛodesse poterat Joãni ad elidẽdum pꝛobationes actricis de possessione. i. coniecturas de copula: ꝛ per consequens ad excludẽdum actricem a possessoꝛio: vt. d. c. ex parte. de resti. spo. igitur tanq̃ pertinens erat admittenda cum agenti possessoꝛio recuperande incumbat de possessione pꝛobare al's succumbit. ff. de vi ꝛ vi ar. l. iij. §. fi. Si ergo dicta materia nõ fuit admissa iuste potuit Jo. tanq̃ grauatus appellare ꝛ sententie post appellationem legitimam late debebunt cassari: vt in. c. non solum. de appel. lib. vj. cũ si. Et hoc dictũ est de scda materia articuloꝛũ.

¶ Quãtũ ad tertiam materiam de iustitia publice honestatis dico q̃ etiã illa erat admittenda si Joãnes vel eius pꝛocu. offerebat pbationes incõtinenti paratas. qd patet. Nã tale impedimentum impedit matrimoniũ ꝛ si de ipso offeruntur pꝛobationes incõtinenti nõ debet fieri restitutio quo ad carnalez copulam sicut dicimus in quocũq̃ alio impedimento cõsanguinitatis etiã diuina lege nõ phibente. vt in. c. litteras. de resti. spo. in v̄bo p̄sertim. ꝛ ibi expsse no. in gl. Cũ ergo actrix peteret restitutionẽ generalẽ quo ad omnia obsequia matrimoniala ꝛ sic etiã quo ad copulã de q̃ fecerat in articulis mentionem vt ptꝫ ex cõclusione ꝛ tale impedimẽtũ impediat restitutionẽ quo ad copulã qñ pbatiões offerunt̃ incõtinenti dicẽdũ est dictam materiã fuisse admissibilẽ si dicte pbationes oblate fuerũt: vt dicto. c. litteras. ꝛ iuste fuisse appellatum si fuit repulsa.

¶ Tertio pncipaliter quero posito q̃ supꝛadicta omnia cessarent vtrum viso processu ꝛ depositionib⁹ hincinde receptis sñie late in possessoꝛio p actrice sint iuste vel non. Et per hoc expediã. iiij. vel. v. quesita simul supꝛa foꝛmata. Et videt̃ q̃ sint iuste: nam actrix in suo libello ꝛ articulis narrauit ea que necessaria erant ad victoꝛiam in possessoꝛio scilꝫ sponsalia p verba de p̄senti ꝛ sic titulũ. Itẽ copulã carnalẽ ꝛ sic possessionẽ que sufficiunt: vt. d. c. ex trãsmissa. Pꝛimũ pbauit p cõfessionẽ Jo. qui similiter cõfessus est. Scõm pbauit p vrgentes coniecturas q̃ in talibus debent sufficere. iuxta ea q̃ habent̃ in. c. pꝛeterea. de testi. facit. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. Coniecture vero resultant ex pluribus simul iunctis. Pꝛimo ex confessione Joãnis qui cõfessus est mutuã cohabitationẽ. Itẽ q̃ conatus fuit carnaliter cognoscere. Ex quibus duobus si reperiat̃ coꝛrupta p̄sumitur ab eo fuisse coꝛrupta. iuxta illud. A iuuene cupido credatur reddita virgo. quasi dicat nõ: vt no. in. d. c. si qs acceperit. xxxij. q. i. Item pꝛobauit se esse coꝛruptã per tot matronas quibus tanq̃ expertis in arte ipsarum est credenduz. l. comparationes. C. de fide instru. cum si. Item per medicos deponentes de naturali potentia rei. Ex quibus omnibus tanq̃ sufficienter adminiculantibus videtur pꝛobata intentio actricis. ¶ Breuiter contrarium est dicendum. Et pꝛimo aduertẽdum q̃ actrix pꝛedicta narrauit in suis articulis dictũ Joãnez reum tempoꝛe contractus sponsalioꝛum per verba de pꝛesenti: vꝫ die pꝛima Maij. anno domini. M. cccc viij. attigisse annuz xiij. sue etatis: vt patet in ei⁹ arti. xv. Et fm qd colligit̃ ex alio articulo. vj. in oꝛdine vbi ponitur de tempoꝛe natiuitatis eius videtur sensisse q̃ in dicta pꝛima die maij attigerat an. xiij. de iiij. mensibus. i. q̃ habebat an. xij. ꝛ menses. iiij. ꝛ ita colligitur ex dictis articulis vt super eis notaui: licet in rei veritate non haberet nisi annos. xj. ꝛ aliq̃d plus vt dicit̃ in articulis Joãnis. Sed q̃tum ad pꝛopositũ stemus articulis actricis inquã tum faciunt ꝯ eam: ꝛ dico sic. cum actrix narrat Joãnez tẽpoꝛe sponsalioꝛũ p verba de pꝛesenti fuisse annoꝝ. xij. ꝛ. iiij. mẽsium ꝛ sic attigisse annũ. xiij. de. iiij. mensib⁹ ꝛ postea in arti. xix. narrat q̃ stetit secũ per annũ cũ dimidio ꝛ nõ plus sequit̃ manifeste q̃ tempoꝛe quo dictus Joãnes recessit ab ea nondum compleuerat annum. xiij. sed deficiebãt adhuc menses duo iungendo annũ cuz dimidio q̃ sunt menses. xviij. cum. iiij. mensibus: ꝛ sic faciunt. xxij. restabãt duo ad cõplendũ annũ. xiij. si ergo recessit Joãnes ante etatem legitimam completam non põt dici q̃ p mutuã cohabitionẽ sponsalia q̃ a pꝛin. nõ valuerũt pp̄ter

a ¶ Cã. Que aũt dicat̃ ppꝛie cã. vide Bald. in ꝯsil. cxix. i. ij. parte. ꝛ in cõsi. ccxxvij. i. v. pte.

defectū etatis fuerint ratificata. Nā requirit cohabitatio post
perfectā etatē. vt in. c. j. de despō. impu. lib. vj. ff. de adulte. l. si
vxor. §. si minor. ante enim sicut nō possunt contrahi per cōsen
sum expressum ita nec per tacitū. l. qui ad certū. ff. loc. Ex quo
patet q̄ non fuit necesse reo de minori etate probare cum ex ar-
ticulis actricis appareat de ipsa tam pro tempore sponsaliorū
q̄ totius cohabitatiōis: et si ita est sequit q̄ deficit actrici titu
lus necessari⁹ in tali possessorio cū talis nō habeat nisi ex spon
salibus cōtractis in etate legitima. vt i. c. ex parte. de resti. spo. Et
⁋ Extant insup quedam alia cōsilia doctorū bononiēsium tā defunctorū ꝙ adhuc viuentiū facta in fauorē comitatensium generalr̄: ⁊ etiā spālter in fauorē cuiuidā de sancto Geminiano q̄ cōsuluerūt de directo sup reformatiōe ꝓdicta facta in. M. cccciiij. ꝙ illos de dictis castris non afficiat nec alios quoscūq̄ comitatiuos. Sz notandū: q2 ipsi loquunt in alijs terminis ꝙ nos: vz in quibusdā q̄ tpe illius reformationis edite iā soluerāt p. x. annos ꝫm formā dicti statuti veteris ⁊ vltra: ⁊ sic acq̄siuerant iā ciuilitatē ⁊ habilitatē ad officia. vn̄ querebat an per dictam reformationē superuenientē potuerit eis auferri: ⁊ sic an etiā tenerent vlterius soluere ꝫm formā dicte vltime reformationis. Et consuluerunt ꝙ nō per ea que no. Bar. in. l. oēs populi. de iustitia ⁊ iur. ⁊. l. qd semel. de decre. ab ordi. faci. q2 ius q̄situ nō poterat eis auferri. Et sic est notandū ꝙ cōsultores et etiā ipsi doctores videbant fateri ꝙ dicti de illis castris an̄ dictam reformationē vltimā bene subijciebantur illi veteri statuto vt deberēt soluere vel esse allibrati p. x. annos: nec eis sufficeret sola habitatio sex mēsium non obstantibus dictis pactis cuius ꝯriū sensisse videnī primi cōsultores. vt. s. dixi. qd facit p eo quod. j. dicaz. nisi dicamus ꝙ ipsi loquunt de illis comitatēsibus qui non habēt pacta cuz cōmuni Florentie. q2 nec de hoc fit mentio in puncto super quo cōsuluerūt: qd est verum in vno in quo principalr̄ ꝯsuluit. d. Florianus: sz in quodā alio in quo principaliter cōsuluit. d. Anto. de but. loquitur de illis qui habebant pacta. s. de sancto Gemi. dixerūt insup ꝙ postꝙ dictam habilitatē acquisiuerāt tanto tpe soluēdo ⁊ habitādo non potuit eis auferri p dictā reformationē superuenientē nec ei subijciebantur. Sed si aliq nondū acq̄siuerāt tpe dicte reformatiōis vt est in casu nr̄o ꝙ dicta reformatio nō possit impedire quominus acq̄rat nisi soluāt prout in ea ꝯtinet: hoc ipsi nō dicūt imo sentiunt ꝙ sic a ꝯrio sensu: ⁊ hoc est de quo querimus. Nam facilius impedit ius acquirendū ꝙ tollat acquisitū. C. de acq. pos. l. fi. Quicqd tn̄ prefati nobiles doc. cōsuluerint: vr̄ mihi probabiliter oppositū dicendū. s. ꝙ dicta reformatio facta in millesimo quadringētesimoquarto afficeret etiā illos tpe ipsius edite iā acq̄siuerāt habilitatē ad officia: q2 soluerant vel allibrati steterāt p decē annos ꝫm formā statuti veteris dn̄i capitanei: lz iste non sit casus nr̄. Et hoc ideo q2 aliud dicēdo sequeretur absurdū ⁊ incōueniens ꝙ nō afficeret aliquē ciuē: verum qui tunc tpis per. x. annos soluisset: sz dūtaxat illos q nondū soluerāt. p dictū tp̄s qd est absurdū. Nā eadem rō est in ciuibus Florentie semp habitātibus q̄ in comitatiuis venietibus de nouo ad habitandū vt soluendo p dictū tp̄s acquisiuerint habilitatem ad officia p solam solutionē dūmō esset guelphus: ⁊ sic non debuit posse eis auferri: qd tn̄ est falsum ⁊ absurdum: q2 sic paucos cōprehendisset dicta reformatio. Nec obstant no. per bar. in. l. omnes populi. ⁊ in. l. qd semel. de decre. ab ord. faci. q2 dictuz eius dz intelligi q̄n per statutū cōcedit aliquid forēsibus ⁊ nō subditis venientibus ad habitandum. Nā tunc fateor ꝙ in venientibus ad habitandū tale statutū trāsit in ꝯtum innominatum: eo q2 dictis forensibus concedit habilitas quā prius non habebant in quo ꝯtu nō est locus penitentie post implementuz. l. si pecuniā. de condi. ob causam. sz in ciuibus seu subditis nō sic: q2 ipsi ex sola ciuilitate seu natiuitate acquisiuerunt habilitatem ad officia. Si ergo est statutum ꝙ nisi soluant p decem annos non possint habere officia: si vero soluerint possint. si recte cōsideretur tale statutū nō dat eis habilitatē ad officia: sed potius illam quā habebant ex sola ciuilitate seu natiuitate restringit ad tp̄s. s. quousq̄ soluerint tanto tpe: ⁊ completa solutione nō acquirunt aliquā habilitatē ex tali statuto sed eam quā prius habebant ⁊ acquisiuerant remanet sine impedimento statuti. Non ergo potest dici vt ipsi dicunt ꝙ soluendo tunc tale statutum transeat in cōtractum cum ex eo nil acquirant predicti: sz potius fuerunt per ipsum ab acquisitione iam facta ex sola ciuilitate retardati ad tp̄s: non sic potest dici in forēsibus ⁊ non suppositis qui ex sola solutione vel habitatione acquirunt eā quam nulla alia rōne habebant. Et ita cōiter vidi per modernos dictū Bar. limitari potissime p dictum Inno. in. c. in nostra. de iniurijs. Nec obstat ꝙ eis erat ius quesituz: quia verum est cum conditione seu mō. s. quatenus duraret dictū statutuz.

a ⁋ Vel qui. Vide. d. Alexā. de imo. in ꝯsi. xlv. in. ij. col. in. ij. parte. ⁊ in ꝯsi. ccvij. in. ij. col. i. iiij. parte. ⁊ i cōsi. xxiij. in vlti. col. i. iiij. parte.

Additio.

⁋ Et de ei⁹ natura: ⁊ an restrigat precedētia. vide phi. corne. cōsi. iiij. icip. diu post ꝯsiliū. in. ij. col. ver. sed genus. in. ij. vol. et ꝯsi. j. col. fi. ver. ⁊ sic illa vba. eo. vol. ij. ⁊ vide soci. in cōsi. xcj. incip. casus super quo ꝯsiliū. in. v. col. ver. postremo dico. vbi ꝙ relatiuū qs vel qui adiunctum speciebus ⁊ corporibus stat demonstratiue nō restrictiue. H. Ferran.

vnde dico ꝙ sicut per statutum prefatū dn̄i capitanei tpe quo fuit factū potuit ciuibus tolli habilitas quā ipsi acquisiuerant ex sola ciuilitate vel natiuitate seu impediri quousq̄ soluerint vsq̄ ad decem annos vel steterint allibrati: ita p dictā reformationem factā in millesimo quadringētesimo quarto potuit tolli vel impediri prefata habilitas quā acquisiuerant tam ex natiuitate ꝙ ex solutione decēnali ⁊ ex forma dicti statuti: q2 eadem est ratio. Et si ita est ꝙ potuerit tolli ciuibus ⁊ suppositis ⁊ statuti ꝙ nō obstāte ꝙ soluissent decē annis: ⁊ sic esset eis ius acquisitū seu habilitas nihilominus essent inhabiles nisi etiā soluerēt vltra scilicet vsq̄ ad viginti vel vigintiquinq̄ seu triginta ꝫm diuersitatem officioꝝ ⁊ formam dicte reformationis sequitur ꝙ in consequentiam sublata fuit etiam illis de dictis castris: lz habeant per pactum: quia illud pactum regulat eos ꝫm conditionem ciuium. Illis vero comitatiuis qui non habebant per pactum sine dubio tolli potuit principaliter ⁊ per se etiam si non fuisset ablata ciuibus: quia sunt suppositi et non habent habilitatem nisi ex forma veterum statutorum: ergo ⁊c. iuxta no. per Inno. in. c. in nostra. s. allegato. sed habentibus per pactum non potuit tolli principaliter sed in consequentiā auferendo eam ciuibus. ⁊ ita fuit in casu nostro: quia dicta reformatio principaliter afficit ciues etiam qui tunc temporis soluerant ⁊ habilitatem ad officia acquisiuerant seu iam acquisitam per solam ciuilitatem ⁊ per statutum impeditā quousq̄ soluerent recuperauerāt qcqd prefati doc. dixerint. ⁊ ista mihi videntur verissima si bene ⁊ subtiliter ponderentur. Quicqd tn̄ sit etiā si verū cōsuluerunt nō tāgunt dicta cōsilia casuz nostrū in quo agitur de illis quibus tpe dicte edite reformationis nōdum erat ius quesitū: sz veniebat acquirendū ex futura solutione vnde debent soluere ꝫm legē que imminet tpe solutiōis fiende non ꝫm. l. abrogatam. iuxta not. in cle. si. de decimis. ⁊ per Bal. in. l. fi. in prin. C. communia. de lega. Extant etiā quedā alia consilia predictorum doctorū bononiensium specialiter in fauorē illorū de prato: qui habēt eandem prerogatiuam ꝙ illi de sancto Geminiano: nō tn̄ per pactū vt illi sed p reformationem: ⁊ sic debiliorem: q2 pōt tolli ante ius acquisitū idest anteꝙ illi ꝯtum impleant ex pte ipsoꝝ: non sic de ea quā habent illi de sancto Geminiano: q2 ab ipso inito fuit ius acquisitū p pactuz ad habilitatē in futurū acquirendā: ⁊ sic difficilius tolli pōt. Et illa consilia presupponunt vnū vz ꝙ illi de prato hatim ꝙ habitauerint Florentie per sex menses acquisiuerint habilitatē ad officia etiā si nō soluerint vel allibrati non steterint tpe comprehēso in statuto veteri dn̄i capitanei. s. decem annis. Et ideo consulunt ꝙ dicta reformatio edita in millesimo quadringentesimoquarto talibus qui iam venerant ad habitandum ⁊ habitauerant per sex menses tpe ipsius vltime reformationis edite nō habeant nocere: q2 reformatio facta in eorū fauorem. s. in. M. cccl. iam transiuerat in cōtractū. Sed hoc fundamentū cum reuerentia nō est verū: q2 per reformationē editā in ipsorū fauorē in anno millesimo tricentisimo quinquagesimo nō fuit eis concessa habilitas ad officia simplr̄: sed solum ciuilitas ad omnia sicut si essent veri ⁊ originarij ciues: vn̄ fuerunt exequati ciuibus: ⁊ p cōsequēs nō debēt esse melioris cōditionis ꝙ ciues: vt dixit dn̄s Joannes de ricijs in suo cōsilio: ⁊ ego. j. tāgā. ⁊ sic quicqd dicā in illis q habēt p pacta fortius pcedit in illis de prato q habēt p reformationē. Et ad quandam rationem tactam in quodam de illis consilijs: vz ꝙ prerogatiua concessa illis de prato p reformationē factā in eorū fauorem in anno tricētesimo quinquagesimo fuit cōcessa loco non persone: ⁊ sic non censet sublata p reformationē editā in millesimo quadringentesimoquarto que disponit de personis veris: ideo non extenditur ad fictas sicut est cōmunitas vel vniuersitas. ff. de fideius. l. mortuo. p qua facit. l. ij. §. hoc etiā. C. de iuramen. calū. vbi tex. ponit psonas ⁊ corpora vniuersitatū tanꝙ diuersa ⁊ sic innuit ꝙ appellatione psone nō cōprehēdit psona ficta sicut est corpus vel vniuersitas. Rn̄det de facili. s. nō esse verus ꝙ dicta concessio quo ad officia sit facta loco: q2 loco nō conuenit sed tm̄ psonis veris: ergo illis facta censet. ad hoc de sen. ex cōi. si sn̄ia. li. vj. Et lz facta sit cōtemplatione loci qd ad rumbum. Unde si reformatio ꝓdicta facta in millesimo quadrigentesimoquarto que simplr̄ loquit cōprehēdit ciues originarios quibus magis afficit cōitas florētina ꝙ tomagis alios quib⁹ nō tm̄. arg. de cōdi. ⁊ demō. publius. §. titia. Et sic vr̄ mihi dicta cōsilia parū facere ad propositū ⁊ parū per ipsa fuisse materiam istam examinatam ⁊ ruminatā: vt. j. patebit.

5 ⁋ † His visis veniendo ad id qd intendo: capio pro fundamēto vnum ex quo subtiliter intelligendo determinatur presens
a dubitatio. s. ꝙ relatiuū quis vel quiᵃ licz dicat relatiuū substātie: non tamen facit relationē ad solam substantiā sui antecedētis: sed etiā ad omnes eius qualitates quas intelligent repetere in sequētibus

re in sequentibus seu in termino relato. vt est casus. ff. de ali. ⁊
ci. leg. l. a filio. §. testator. vbi habet̃ ꝙ si legaui ãcillis vel liber
tis meis alimenta que viuus ei prestabã ⁊ ego prestabã decem
ponamus quolibet mense exceptis quibusdã mẽsibꝰ anni: pu⸗
ta messium ⁊ vindemiarũ ꝙ similiter debebũtur decem quoli⸗
bet mense exceptis illis quibus ego nõ prestabã nec possunt di
cere legatarij. Nobis sunt relicta alimenta que testator viuus
prestabat sed viuus prestabat. x. mẽsibus quibus prestabat: er
go debent̃ nobis. x. quolibet mense: qꝛ relatiuũ quis vel qui fa
cit relationẽ ad substantiã alimentorũ non ad tp̃s quo presta⸗
bat: qꝛ põt replicari ꝙ dum dixit que viuus prestabã intelligit̃
⁊ temporibus quibꝰ prestabã: ⁊ quẽadmodũ prestabã: lꝫ nõ di
xerit. propter qđ Bart. determina no. q. ff. de bonis. l. sanctio
legum. in. iij. col. ver. pone ergo. ad idem. ff. si fami. fur. fecis. di.
l. i. in fi. cũ. l. seq. vbi habet̃ ꝙ qñ imponitur vna pena respecti
ue ad aliã debet intelligi cũ omĩbus illis qualitatibus que in⸗
sunt illi ad quã habetur respectus. ⁊ qđ ibi per eundẽ Bar. et
in. l. j. de receptato. Sed in pactis videt̃ ꝙ dicti de sancto Ge⸗
miniano potiant̃ officijs quibus gaudent seu gaudebũt veri ⁊
originarij ciues florentini. Sed veri ⁊ originarij florentini ad
quos habet̃ respectus nõ gaudebãt tunc tp̃is simpliciter offi⸗
cijs: sed ita demũ si steterant allibrari per decẽ annos vt in sta⸗
tuto dñi capitanei: ⁊ hodie ita demũ si soluerint tẽporibus in
dicta noua reformatione contentis: ⁊ similiter officia ad que
dictio illa quibus facit relationẽ nõ cõpetebant nec cõpetũt oĩ
tempore ciuibus florentinis: sed postꝙ̃ tãto tẽpore steterint al
librati vel soluerint: ergo ⁊ idẽ dicendũ est de dictis de sctõ Ge
miniano. Nã cõstat ꝙ si cũ illa dictione quibus fuisset adiun⸗
cta dictio: ⁊ quẽadmodũ res esset clara: ergo ⁊ nũc qꝛ subintel⸗
ligit̃ ꝑ dicta iura ⁊ autoritates. ⁊ eodẽ modo si esset dictũ: qui⸗
bus ⁊ illis tp̃ibus ⁊c. res esset clara ꝙ nõ nisi post tp̃a predicta:
ergo ⁊ nunc qꝛ subintelligitur. vt. d. l. a filia. §. testator. de ali.
⁊ ci. leg. Et si dicatur istud etiã si esset verũ deberet intelligi de
qualitate que inerat tp̃e pactorũ initorũ: sed tunc ciues pote⸗
rant gaudere officijs si stabant allibrati per decẽ annos: ergo ⁊
istis deberet hoc sufficere: nec videt̃ per nouã reformationem
potuisse adijci nouã qualitatẽ grauiorẽ: qꝛ pacta sunt intelli⸗
genda ſm tẽpus quo fiunt. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pac. vt in qui
busdam allegationibus ⁊ responsionibus dr̃. Respõdet̃ ꝙ im
mo etiã ad futuras qualitates. per ea que not. doct. in. l. heres
absens. §. j. ff. de iudi. reprobando glo. quã. s̃. allegaui in ꝯtra⸗
rium dũ dicit ꝙ qñ vnũ adequat̃ alteri dꝫ intelligi quantũ ad
ea que erant inuenta tempore adequationis nõ quo ad ea que
postea. Nã ipsi dicũt ꝯriũ per. l. nõ est nouũ. cũ. l. seq. ff. de legi.
ita tꝫ ibi Ange. de perusio sequẽdo Bar. ꝙ etiã indicãt v̾ba fu
turi temporis apposita in dictis pactis dũ dicũt gaudebũt vel
potiri poterũt ⁊c. Cũ eñ fiat relatio ad ciues ⁊ ad ipsorũ cõdi⸗
tiones. Conditio vero ciuiũ est qꝛ sunt suppositi legibus p̄sen
tibus ⁊ futuris: eodẽ modo videt̃ actũ ꝙ conditio predictorũ
de sancto Geminiano regulet̃ ſm leges que tunc erant ⁊ que in
futurũ fierẽt ꝯ̃ ciues: implicitũ eñ est hoc ĩ dictis pactis ꝓpter
talem relationẽ adequationẽ ⁊ respectũ habituꝫ ad ciues ⁊ ad
ipsorũ cõditionẽ. ff. si ex nox. cã agat̃. l. fi. Ad idẽ facit ꝙ nouũ
statutũ recipit interpretationẽ extensiuã passiue. ff. ad. l. fal. l. j.
§. j. Et si fieret statutũ ꝙ pupillus maior duodecim annis pos⸗
set testari: oẽs leges de testamentis loquentes ad testamentuꝫ
talis traherentur: eodẽ modo ad reformationẽ hanc factã con
tra ciues trahuntur pacta facta cũ illis que vim legis habent.
l. cesar. de publica. postꝙ̃ dependent ⁊ fundata sunt super cõdi
tione ciuium. ⁊ sic ista reformatio extenditur ad illas passiue ⁊
ex virtute intrinseca ipsorũ pactorꝝ que debet alterari eo modo
quo alterat̃ conditio ciuiũ. Et ita tenendo cessat omnis absur⸗
ditas ⁊ inconueniens: ⁊ de facili respondetur ad omnia que in
contrarium dicta sunt vel dici possent.

¶ Unde singulis respondendo nõ ob. prima rõ. s̃. in ꝯriũ fa
cta dũ dr̃ ꝙ p̄dicti fuerũt consecuti simpliciter habilitatem ad
officia cũ tempore dictorũ pactorũ non esset dicta reformatio:
qꝛ negat̃ hoc qđ simpliciter immo cũ hoc moderamine ⁊ condi
tione. s. nisi fiat alia lex ꝯ̃ ciues imponens grauamina. Nam si
cut dicta acquisitio habilitatis habebat in se conditionẽ dum⸗
modo starent allibrati. x. annis prout tunc stare debebãt ciues
virtute statuti tunc vigentis: ita ⁊ habuit in se cõditionẽ super
veteribus legibus: tunc eñ potuisset dici fuisse eis acquisitam
habilitatẽ simpliciter si nõ fuisset habitus aliquis respectꝰ ad
ciues: sꝫ dũtaxat fuisset dictũ ꝙ essent habiles ad oĩa officia
cõmunis Florentie non dicendo quibus gaudent ciues ⁊c. Et
hoc casu possent ꝓcedere oĩa cõsulta ⁊ allegata in ꝯriũ: qꝛ cense⸗
rent̃ habilitati simpliciter ⁊ non cũ aliqua q̃litate ciuiũ p̄senti
vel futura postꝙ̃ nõ fuisset dictũ explicite vel implicite: sed hic
fuit dictũ implicite habẽdo respectũ ad ciues: ⁊ in hoc stat eg⸗
uocatio presentis dubij in quo nõ vr̃ fuisse subtiliter p̄medita⸗
tum ꝑ scribentes. Nec ob. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pac. vbi pactuꝫ
intelligit̃ ſm tp̃s quo factũ fuit: qꝛ ibi cã q̃ tp̃e pacti extabat: scꝫ
carẽtia liberorꝝ erat cã pacti finalis: igit̃ ea cessante cessabat pa
ctũ. Sꝫ in casu nr̃o istud ꝙ tũc nõ vigeret dicta reformatio ⁊ ꝙ
nõ deberet solui ſm eã nõ fuit cã finalis horꝝ pactorꝝ: ⁊ posito ꝙ
fuisset cessante ista cã ⁊ facta reformatiõe p̄dicta deberẽt cessa⸗
re ista pacta sicut ibi cessat: ⁊ sic p̄dicti nõ debent gaudere offi⸗
cijs nõ soluendo ꝓut gaudebãt añ reformationẽ: qꝛ hoc iõ erat
qꝛ reformatio nõ erat facta: igit̃ ea facta cessare debẽt pacta: ⁊
sic retorqo illũ tex. ꝯ̃ allegantẽ: qꝛ de directo ꝓbat̃ ibi conclusio
mea. Similiter nõ obstant not. ꝑ Cy. in. l. digna vox. de legi. qꝛ
hic cõe Florẽ. nõ venit ꝯ̃ pacta: ex quo tacite hoc inerat: ⁊ tunc
diceret̃ venire ꝯ̃ qñ faceret sp̃aliter legẽ ꝯ̃ eos: ⁊ sic faceret eos
deterioris cõditiõis ꝙ̃ ciues vt fuit reformatio facta in. lxxix.
nõ qñ p̄ncipaliter ꝯ̃ ciues: ⁊ sic ꝑ indirectũ põt facere cõditio⸗
nẽ illorũ deteriorẽ faciẽdo prĩo deteriorẽ cõditionẽ ciuiũ nõ di
recto: nec est nouũ. l. j. ff. de auto. tu. cũ si. ¶ Ad scđam rõnem
ptꝫ rñsio ꝙ immo poterat facere ꝯditionẽ p̄dictorꝝ deteriorem
modo p̄dicto: ⁊ iõ censet̃ voluisse: q̄nimmo ip̄amet pacta ex sui
forma ⁊ cõditiõe hoc operant̃. ¶ Ad tertiã rõnẽ ptꝫ. s̃. respon
sio: qꝛ illa glo. l. heres absens. non est vera ⁊ reprobat̃ per doct.
¶ Ad quartã respondet̃ ꝙ qñ statuẽti ⁊ reipublice expedit ꝙ
adequati sumãt bonas cõditiones rei ad quã fit adequatio et
nõ malas: tũc ꝓcedit qđ in ea dicit̃. ⁊ ita loquit̃. l. ij. C. cõia de
lega. Sꝫ hic statuenti seu reipu. Floren. nõ expedit ꝙ adequati
sumant bonas cõditiones ciuiũ ⁊ nõ malas: sed potius ecõuer
so ne sint melioris ꝯditiõis ꝙ̃ ciues: ergo ⁊c. Nec ob. ꝙ ſm hoc
ista adequatio que fuit facta in fauorẽ istorꝝ operabit̃ odiuꝫ qꝛ
negatur hoc immo limitat̃ fauor. odiũ autẽ ⁊ dãnũ nõ infertur
cuj quicqd habeãt lucrũ fit: vt in fi. not. ff. de leg. j. si qs a filio. §.
si qs plures. nec vident̃ iniuria affici si lucrũ ⁊ fauor eis limitet̃.
ff. q̃ in frau. credi. q aũt simili modo cũ nil perdant de proprio.
¶ Ad quintã rõnẽ pꝫ. s̃. respõsio: qꝛ lꝫ relatiuũ quis vel qui sit
relatiuũ substantie: facit tñ relationẽ etiã ad qualitates ante⸗
cedentis ⁊ eas repetit in termino relato vel adequato. Nec ob.
l. fi. §. titia. de lib. leg. qꝛ ibi illud qđ accessorie ponebat̃ in orõ
ne nõ veniebat qualificatiue ad id qđ principaliter: hic sic: ⁊ sic
magis inest. arg. eorꝝ que no. in. l. denũtiasse. §. qui tamẽ. ff. de
adul. vñ si fuisset dictũ ꝙ ad oĩa officia ad que sunt habiles ci⸗
ues soluendo sint habiles illi de dicto castro subintelligeret̃. s.
soluendo: lꝫ nõ esset dictũ: qꝛ talia sunt subiecta qualia predi⸗
cata demonstrãt. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino tritico ⁊ oleo leg.
C. fami. her. l. quotiẽs. ⁊ idem si non fuit dictum per predicta.
¶ Ad sextã rõnẽ respondet̃ ꝙ dicta habitatio semestralis vir⸗
tute dictorꝝ pactorꝝ multũ operatur: qꝛ reddit eos habiles ad
officia dũmodo soluãt tp̃ibus in ea cõtentis: qđ non esset si nõ
haberẽt dicta pacta: qꝛ reputarent̃ alienigene ⁊ excluderentur
v̾tute aliarũ reformationũ excludentiũ alienigenas etiã si mil
le annis soluissent nec possent habere officia consueta ciuibus
tantũ assignari qđ nunc nõ est. Facit etiã eos habiles ad acqui
rendũ pecuniã montis in quo sufficit sola ciuilitas sine solutio
ne: ⁊ sic de alijs prerogatiuis cõpetentibus ciuibus ex sola ciui
litate ⁊ non forensibus. Patet etiã per predicta responsio cla⸗
ra ad quasdã allegationes ⁊ responsiones nouiter factas que
incipiunt. primo tempore pactorꝝ ⁊c. Et omĩbus alijs que dici
possent si recte consideretur. Laus deo.

¶ Casus talis est.

¶ Quedã dña in suo testamento filiũ masculũ heredẽ vniuer⸗
salem instituit: cuidã v̾o filie femine nupte ⁊ dotate a patre et
etiam nepotibus ex altera filia premortua quartã partẽ omniũ
bonorꝝ suorꝝ reliqt ⁊ legauit cũ onere: ꝙ quintã partẽ illiꝰ quar
te deberẽt ꝓ aĩa ipsius testatricis distribuere inter pauperes: et
promisit ⁊ iurauit testamentũ predictũ ⁊ dictã vltimã volunta
tem nõ reuocare ⁊ aliud testamentũ ⁊ vltimã voluntatẽ nõ cõ
dere: ꝙ si cõtrafecerit: ex tũc donauit dictã quartã partẽ dicte fi
lie ⁊ nepotibus. Postea per quattuor annos aliud testamentũ
fecit in quo eundẽ filium masculũ heredẽ vniuersalem instituit
vt in primo. Dicte vero filie reliquit. x. libras tñ in quibus eã
heredem instituit ⁊ voluit ꝙ plus petere nõ posset: ⁊ idẽ fecit de
dictis nepotibꝰ. Et in fine apposuit hec verba. rũpẽs ⁊ cassans
omñe aliud testamentũ ⁊ vltimã voluntatẽ manu cuiuscũqꝫ no⸗
tarij sub quibuscunqꝫ ⁊ quacunqꝫ forma fuerit conceptum vo⸗
lens hoc in omĩbus preualere ⁊ irreuocabiliter tenere. Querit̃
ergo vtrũ per hec verba reuocatũ sit primũ testamentũ potissi⸗
me quantũ ad legatũ ⁊ relictuꝫ dicte quarte partis p̄supposito
statuto loci ꝙ mulier habẽs filios nõ possit testari nisi de quar
ta parte. Cetere vero tres distribuant̃ inter filios. Et alio statu
to quo cauetur ꝙ mulier dotata a patre non succedat matri ex⸗
tante filio masculo ex ea.

¶ Consilium. cclxxxiiij.

1 ☞ Qui promisit testamentũ suum non reuocare ⁊ hoc iuramento affirmauit: vtrũ possit secundo testamento facto reuocare non obstante iuramento.
Et que clausule derogatorie verbis generalibus tollantur et q̃ verbis specialibus.
2 Iuramentũ habet vim clausule derogatorie nec tollit̃ ea forma verborꝫ qua solent alie derogatorie clausule: sed opus est vt fiat mentio iuramenti.
De clausulis derogatorijs testamentorũ. vide hic per totum.



IN christi nomine amẽ.

¶ In facto presenti ponã primo cõclusionẽ que mihi vera videtur de iure: postea ipsam oppugnabo pluribus modis ⁊ oppugnationibus respondebo vt sic clarior fiat.
1 † Dico ergo testamentũ predictũ ⁊ potissime circa relictũ dicte quarte partis nõ esse reuocatũ per scd̃m: ⁊ dicta verba in eo posita tali ratione. Certũ ⁊ indubitatum est de iure ꝙ testamentũ vel legatũ habẽs clausulã derogatoriam sequentis voluntatis nõ reuocat̃ per ipsam sequentẽ voluntatem seu testamentũ nisi de ipso ⁊ de ipsius qualitate fiat specialis mentio in sequenti. ff. de leg. iij. l. si quis in prin. testamenti. de leg. j. si mihi ⁊ tibi. §. in legatis. ⁊ plene ꝑ Dy. in regula. qd̃ semel. de regu. iur. ⁊ in cõsilio suo qd̃ incipit. titius habẽs tres filios. Qd̃ aũt dixi de eius qualitate. intelligit̃. i. de dicta clausula seu verbis derogatorijs sic intelligit̃ gl. que est in dicto. §. in legatis. Qd̃ aũt dixi spãliter. Dy. in. d. c. qd̃ semel. videt̃ sic intelligere. i. singulariter vt reqrat̃ specifica mentio ⁊ nominatio. vnde si talis fuit clausula ꝙ nõ valeat scd̃m nisi contineantur talia verba vel aue maria: videt̃ sentire Dy. vt in secundo dici debeat nõ obstante alio testamento in quo dictum sit ꝙ nõ valeat scd̃m nisi talia verba contineantur seu aue maria: quod nimis esset durũ: ⁊ per indirectũ posset om̃ino tolli potestas reuocandi si testator de dictis verbis non recordaret̃. Preterea ista esset mentio singularis quã illi tex. nõ requirũt sed specialem. Et ideo Bar. subtilius in. d. l. si quis in prin. testamẽti. dicit sufficere ꝙ vtatur verbis specialibus dicendo. Non obstante quocũqꝫ alio testamẽto etiã si in eo cõtineant̃ verba derogatoria absqꝫ eo ꝙ de ipsis verbis ⁊ eorũ forma fiat specifica mentio. Ista em̃ est mentio specialis qm̃ testamentorũ quedam habent verba derogatoria quedã nõ: et ista constituũt species diuersas. vnde nõ sufficit dicere nõ obstante alio testamento: qr vtetur noĩe generis tantũ: sed debet vti nomine speciei. Et ita etiam tenuit dñs Fede. de se. doctor excellentissimus in cõsilio suo. lxvj. habito vt asserit colloquio cũ pluribus doctoribus iuris ciuilis. Sic ergo conclusiue. Generalis mentio non sufficit etiã ₿m Dy. Itẽ specifica ⁊ singularis nõ requiritur ₿m Bar. ⁊ Fede. Sed sufficit specialis ₿m om̃es que tũc dicitur cum sit mentio de testamento alio ⁊ adijciuntur hec verba etiã si contineantur in eo verba seu clausula derogatoria cuiuscunqꝫ qualitatis ⁊ sub quacunqꝫ verborũ cõceptione.
2 † Item cõstat de iure ꝙ iuramentum habet vim clausule derogacorie[a] ₿m Joan. and. qui ita tenuit in fine q̃stionis posite super dicta regula. ꝙ semel placuit. ⁊ idẽ tenet Bart. in. d. l. si quis in prin. ante finẽ per. l. cum pater. §. filijs matrẽ. ff. de leg. ij. Sed in dicto secundo testamento nulla facta est mentio de verbis derogatorijs: sed solũ de testamento: ⁊ sic fuit vsa verbis generalibus. dixit em̃ rumpens ⁊ cassans om̃e aliud testamentũ ⁊c. sub quacunqꝫ forma seu conceptione. Potest em̃ esse forma ⁊ conceptio testamenti diuersimoda absqꝫ tamen verbis derogatorijs: vt patet cuilibet. vnde per dicta verba nõ censetur facta mẽtio de derogatorijs: ideo non sufficit sed debebat dici sub quacũqꝫ forma ⁊ sub quibuscũqꝫ verbis etiam derogatorijs. ⁊ ita videtur sentire Barto. in. d. l. si quis in princi. testamenti. in fi. ij. col. ver. quero si testator dicit sic cassans ⁊c. etiã si essent verba derogatoria sub quacunqꝫ forma ⁊ cõceptione verborũ ⁊c. Et sic sentit ꝙ nõ sufficiãt vltima verba sub quacũqꝫ forma ⁊c. nisi adiungantur etiã prima. plus videt̃ ꝙ cũ verba derogatoria quedam sunt explicita quedã implicita vt illa que includũtur in iuramento: ꝙ etiã de hac specie derogatoriorũ fiẽda fuerit mẽtio: puta dicẽdo nõ obstãte alio testamẽto ⁊c. etiã si ibi ꝯtineat̃ iuramentũ de nõ reuocãdo ⁊c. Nã qd̃ iuris est de genere respectu specierꝫ idẽ esse dꝫ de specie subalterna respectu aliarꝫ specierũ nõ subalternarũ sub ea inclusarũ: qr respectu illarũ loco generis habet̃. arg. l. in naue. ⁊ qd̃ ibi not. ff. loca. de pecu. l. j. seruo manumisso. ⁊ qd̃ not. Dy. in regula generi per spẽm. de reg. iur. lib. vi. Unde cũ sub ista specie. s. verborũ derogatiuorũ comprehẽdant̃ alie due. s. explicitorꝫ ⁊ implicitorꝫ. s. per iuramentũ dico fiendã fuisse mentionẽ de iuramẽto. Et ita sane credenduꝫ est sensisse Bar. circa fi. d. l. si qs in prin. dũ dicit ꝙ si in testamẽto cõtinet̃ iuramentũ reqrit̃ spãlis reuocatio: nõ em̃ sic cõgruit dicere. s. faciẽdo mẽtionẽ de ṽbis derogatorijs sicut dicere faciẽdo. s. mentionẽ de iuramẽto: qr iuramẽtũ nõ est clausula derogatoria sꝫ hꝫ eius vim. vñ nõ sic cõgrue loqueret̃ testator dicẽdo etiã si cõtineant̃ verba derogatoria sicut si diceret etiã si cõtineat̃ iuramentũ nõ de reuocãdo. Nõ ergo censet̃ mutasse voluntatẽ dicta testatrix: ex quo de iuramẽto primi testamẽti nullã fecit mẽtionẽ: neqꝫ em̃ presumit̃ ipam fuisse tũc oblitã seu immemorẽ dicti iuramẽti cũ nõ multũ tp̃s trãsiuisset inter primũ testamentũ ⁊ vltimũ. s. quattuor anni tm̃. Nã obliuio inducit̃
b ex cursu decẽnij[b]. ff. de vsucap. l. furtũ. §. fi. vñ facile fuisset mẽtionẽ facere qd̃ cũ nõ fecerit nec reuocasse cẽset̃. arg. C. de cadu. tol. §. finaũt a deficiẽtis. in fi. Potissime qr mulieres formidolose sunt de iuramẽto. vñ nõ facile credẽdũ est eã voluisse ab eo recedere timore periurij qd̃ ₿m Jo. and. incurrit̃: lꝫ ₿m Bar. nõ incurrat̃. Credendũ est ergo ꝙ adheserit vie tutiori vt ab eo recedere noluerit: ex quo de ipso mẽtionẽ nõ facit. de spon. c. iuuenis. cũ quidã etiã vana formidine terreant̃. C. de iure delib. l. fi. §. sꝫ qr qdã. ꝙ si qs hoc fateri nollet vt de iuramẽto spãlis mentio fiẽda esset: illud tñ negari nõ põt ꝙ mẽtio quã fecit sufficiẽs nõ est cũ de solo testamẽto ꝑcedẽte mentionẽ fecerit: de derogatorijs ṽo verbis aut eorꝫ vim habẽtibꝰ nullã cũ Jo. and. ⁊ Barto. reqrant specialẽ reuocationẽ q̃ nõ nisi altero de duobꝰ modis fieri potuit. de qbus. s̃. dixi. Stat igit̃ cõclusio. s̃. posita ꝙ nõ sit reuocatũ. ¶ Ceterũ si nõ interuenisset iuramentũ sꝫ simplex ꝓmissio de nõ reuocãdo ⁊ de nõ condẽdo aliud testamẽtũ vel vltimã volũtatẽ nõ fuisset aliqua mentio fienda de dictis verbis: immo ꝑ seqũẽs testamentũ simpliciter factũ reuocatuꝫ esset primũ: qm̃ illa nõ sunt ṽba derogatoria volũtatis de qbꝰ leges ꝑdicte debent intelligi: sꝫ actus testãdi seu potestatis de quibus ideo fiẽda nõ est mentio: qr ⁊ a prin. nõ valẽt cũ nõ possit qs sibi auferre potestatẽ testãdi nec se obligare ad nõ testandum ⁊ nõ reuocãdũ. ff. de verb. oblig. l. stipulatio hoc modo. ⁊ idẽ in derogatorijs solẽnitatis: vt si dicat volo in seqũẽti testamento talẽ solẽnitatẽ seruari: nec dicat vlterius qd vult fieri si nõ seruet̃: qr nõ ꝑtinet ad eũ hoc disponere cũ sit iuris publici. Et hec patẽt ex not. ꝑ Bar. in. d. l. si qs in prin. testamẽti. in vltima oppo. ⁊ ꝑ Cy. in. l. sancimus. C. de testa. Uerba vero derogatoria volũtatis valent q̃ tunc dicunt̃ cũ disponit nõ valere sequens testamentũ aut volũtatẽ: vel simpliciter vel sub certa conditione: scꝫ si talis solẽnitas nõ seruet̃: ideo tunc fienda est specialis mentio: vt dictis legibus. Sꝫ cũ hoc nõ disponit: sed tm̃ dicit ꝙ vult nõ posse aut nõ licere sibi testari: sunt derogatoria potestatis. Itẽ si ꝓmittit nõ testari sunt derogatoria actus testandi. Si vero dicat ꝙ vult certã solẽnitatẽ seruari nõ dicat vlterius sunt derogatoria solẽnitatis de quibus tribus speciebus nõ est fienda mentio vt. s̃. dixi. Iuramentũ autẽ hꝫ vim illorũ verborũ de quibus fienda est mentio: videlꝫ si faciat aliud testamentũ nõ valeat. Et ita dꝫ intelligi qd̃ dicit Joan. and. ⁊ Bar. lꝫ ergo hoc expresse testatrix ista nõ dixerit sed solũ ꝙ aliud testamẽtũ nõ fiet ⁊ ꝙ illud nõ mutaret: tamen qr iurauit censetur hoc dixisse: ideo ⁊c. ¶ Nũc ergo facto dicto fundamẽto pluribus modis opponit̃ ꝙ nõ ꝓcedat cõclusio supradicta. Et primo qr si verũ est ꝙ iuramentũ habeat vim illorũ verborum: scꝫ si aliud testamentũ fecero nolo valere vt. s̃. dixi. Uidetur ꝙ sufficiat ad reuocationẽ primi testamenti ꝙ ipsum exp̃ssit reuocauerit in secundo. s. dicendo rumpens ⁊ cassans ⁊c. ⁊ ꝙ dixerit velle scd̃m valere ₿m Bar. q ita not. in. d. l. si qs. in. ij. col. ver. venio ad scd̃m. vbi circa primã formã tactã ꝑ glo. q̃ est cũ simpliciter dicit si aliud fecero nolo valere. dicit expresse qd̃. s̃. dixi. s. ꝙ illa duo sufficiũt nec expedit dicere nõ obstantibꝰ quibuscunqꝫ verbis derogatorijs. Nã ₿m eũ tũc illud requit̃ cũ testator vsus est scd̃a forma tacta per glo. q̃ est cũ dicit nolo valere nisi seruata sit talis solẽnitas ⁊c. Sꝫ iuramentũ hꝫ vim p̃me forme: iõ sufficere vr̃ dixisse illa duo q̃ ambo hic dixit si bene inspiciatur. Unde etiã si nõ dixisset illa ṽba sub qbuscũqꝫ ⁊ sub quacunqꝫ forma fuerit cõceptũ ⁊c. videt̃ ꝙ reuocatũ esset testamentum primũ: ex quo expresse ipm cassauit ⁊ dixit velle valere scd̃m. Sꝫ respõdeo ⁊ dico ꝙ iuramentũ hꝫ vim nõ soluꝫ prime forme tacte ꝑ glo. sꝫ etiã scd̃e si ṽa est opi. Bar. ꝙ fortior sit scd̃a ad impediẽdũ reuocationẽ q̃ prima. Cũ iuramẽtũ habeat
c vim vt valeat eo mõ quo melius valere põt[c] ₿m eũdẽ Bar. circa fi. d. l. si qs. Et sic iportat illã clausulã q̃ reddit testamentuꝫ firmiꝰ ⁊ irreuocabilius ꝓpter enixã volũtatẽ. vt. d. l. cũ pr̃. §. filijs matrẽ. Et iõ qr nõ magis dicere possumꝰ iportare talia verba q̃ talia ꝯgrue dicere possumꝰ ꝙ ipa vis iuramẽti est illa que hoc opat̃ vt sic de ipo fiẽda sit spãlis mẽtio queadmodũ fienda esset de quibuscunqꝫ alijs verbis derogatorijs cuiuscunqꝫ forme. ꝓpter qd̃ bene ꝓbatur id qd̃. s̃. in prima dixi. et per hec clarius demõstratur. Preterea si bene ponderemꝰ distinctio quã facit Bar.

a ¶ Derogatorie. Adde Bal. in ꝯsi. clxj. in. iij. parte.

b ¶ Decennij. Adde do. Mari. sozi. in consi. xxxviij. inci. pro decisione. ver. ij. ꝓbatur. circa fi. in. j. parte.

c ¶ Põt. Adde do. Pe. phi. cor. in ꝯsi. ij. i lr̃a. Z. in. ij. pte. ⁊ i ꝯsi. ccxciiij. i lr̃a. D. in. iiij. parte.

facit Bar. inter primā formā z scdam tactā per glo. vt potius verbalis q̄ realis: sz in vtraq3 requirit spālis reuocatio. z ita sen tit glo. que dictas formas iudicat ad paria. Nec videt verum qd dicit Bar. q in prima forma sufficiat cassare primū z dice re q vult valere scdm: qz z si nō diceret hoc tacite intelligeret: qui em vltimū facit eoipso censetur illa duo velle. vn̄ si expri mat plus debet operari expressio q̄ si facta nō esset. C. de fide. l. non recte. ff. de lega. j. l. iij. Cōstat aūt q si nō expressisset non esset reuocatū primū cōtinēs primā formā ſm oēs: z tn̄ illa duo tacite intelligebant: ergo z si exprimant idem esse dz. Ali quid ergo plus requirit cū primū testamentū cōtinet primaz formā derogatorioz q̄ si nō contineret: videlz q exprimatur aliquid vltra id quod tacite inest. s. nō obstantibus quibuscū q3 verbis derogatorijs sicut requiritur qn̄ vsus est scda forma. Et hoc mihi videtur verissimū quicqd dicat Bar. Scdm que etiā si iuramentū habeat vim prime forme z non secunde fien da erat de ipso mentio: z sic non obstat oppositio supradicta.

¶ Scdo ad idē oppo. Nam qn̄ precessit vnicū tm̄ testamentū non est fienda specialis mentio de verbis derogatorijs in eo cō tentis: sed sufficit generalis clausula cassans z irritans ſm eū dem Barto. in. d. l. in. iij. col. versi. sed quero si esset ponere ca sum zc. tunc autē fienda est specialis quādo plura precesserūt. Sed hic non constat q aliud testamentū precesserit q̄ illud de quo in themate: igitur zc. Breuiter dictū Bar. nō placet nec vnq̄ placuit: qz lz plura precedāt in veritate: tamen in effectu nunq̄ dicit precedere nisi vnicū: z sic nunq̄ requireret specialis reuocatio. Et hoc ptz. Nam si mille testamenta fecisset testator omia reuocata sunt per vltimū cū decedere nō possit cum plu ribus testamentis nisi sit miles. ff. de testa. mili. l. querebat. in stitu. quibus modis testa. infir. §. posteriore. Si ergo vltimum cōtinet verba derogatoria: testator velit ipsum mutare nō suf ficiet generalis reuocatio cassans zc. ſm Bar. z tamen nō po terat referri nisi ad illud vltimū: qz lz plura precesserint testa menta non censentur precessisse ex quo reuocata erant: ergo et idem esse debet quādo vnicū tm̄ precessit: fuit enim mens eius qz quādo plura testamenta precesserunt: ideo non sufficit gene ralis clausula: qz posset referri ad alia in quibus non continē tur verba derogatoria: ideo requiritur q fiat specialis mentio vt referatur ad illud qd cōtinet derogatoria. Sed cum vnicuz tantū precessit non pōt referri nisi ad illud. ff. de libe. z posthu. l. ij. ideo sufficit generalis que imaginatio nō fuit bona salua sui pace: qz etiā in primo casu non potest referri nisi ad vltimū continēs verba derogatoria cum alia fuerint cassata per illud. Sicut ergo tunc non sufficit generalis clausula cassans zc. ſm eum: ita z cum vnicū tantum precessit. Alr̄s esset in immensuz restringere cōem doctrinā doctorū: z raro esset q specialis mē tio fienda esset. Casus autē in quib9 posset sufficere dicta ge neralis reuocatio melius z subtilius colligunt ex dictis Bal. in. l. sancimus. C. de testa. q sunt quattuor vt ex verbis p̄dictis appet q nō refero in quoz nullo sumus de p̄nti si bn̄ inspiciat.

¶ Tertio adhuc opponit q v̄ba plata in scdo testamēto isti9 dn̄e. s. sub quibuscūq3 z quacunq3 forma zc. sufficere debeant ad reuocationē primi: lz contineat clausulā derogatoriā p mul tos tex. iuris canonici qui vident hoc pbare q illa clausula nō obstantibus quibuscūq3 priuilegijs sub qbuscūq3 verbis z sub quacunq3 forma verboz zc. sufficiat ad tollendū spālia priui legia: etiā q cōtineant verba derogatoria: vt habet in cle. eos. in fi. de sepul. de sen. excō. alma. lib. vj. de pbē. c. ij. de exces. pla. c. vnico. eo. lib. cū infini is similib9. Et hoc videt expresse vel le Fede. de se. in. d. cōsi. xlvj. s. alleg. Sed ipse idē in cōsi. ccxvj. locutus est aliter dicēs de hoc semp dubitasse z varie respōdis se. finaliter habito colloquio cū multis peritis videt ibi tenere oppositū q per talia verba nō reuocent specialia priuilegia ha bentia clausulā derogatoriā q p alia priuilegia vel rescripta nō possint tolli nisi de ipsis z toto ipsoz tenore fiet expressa mē tio ne talia priuilegia reddantur inutilia. pro quo facit qd not. Cy. in. l. j. C. qn̄ impe. inter pup. z vidu. Breuiter qcquid sit ca sus noster est diuersus ab illis. Nā ibi loqtur in principe cuius potestas nō ita dz restringi sicut potestas testatoris: idcirco. Pro pterea nō sic pōt scire specialia priuilegia per totū mundū cō cessa tam a se q̄ a suis antecessoribus: sicut testator potest scire de suo testamento. Et ideo conueniēs fuit adinuenire certā for mam p quā papa possit libere tollere z inuēta est illa: sed nō sic in testatore: vt. d. l. si qs in prin. testamēti. Maxime aūt qd di xi in papa pcedit qn̄ pfert illa v̄ba legē cōdēdo vt in dictis ca pitulis: qz cum in illo v̄tat publica vtilitas principaliter larga sit interptatio. facit qd not. glo. in auf. quas actiones. C. de sa crosan. eccle. Cū v̄o pfert illa verba in priuilegijs z rescriptis cōcessis ad partis instantiā putarē vex qd dicit Fede. in. d. cōsi. ccxxv. vt nō sufficiāt illa verba: sed dici debeat nō obstantibus quibuscunq3 zc. etiam si de toto ipsorū tenore fienda esset men tio specialis: et ita est in vsu. z sic cōcor. cū predicta cōclusiōe. facit de dolo z contu. c. ij. de confir. vti. c. bone. de offi. delega. c. ex litteris. cum similibus.

¶ Quarto oppo. si dicta v̄ba sub quibuscunq3 z sub quacun q3 forma zc. nō sufficiūt ad qd superfluo ponunt in dicta reuo catoria p Bar. in. d. l. si qs in prin. z. s. tetigi. Rn̄deo si per se sola posita sint nil operant vt. s. dixi. Sz si adiungant cū alijs operant satis. vn̄ si dixit cassans oē aliud testamentū etiā si cō tineat v̄ba derogatoria sub quacunq3 forma z cōceptione ver boz. dico q per prima verba etiā si contineat verba derogato ria zc. tollunt ipsa derogatoria verba scdi testamēti posita in primo. Sed p scda v̄ba sub quacunq3 forma zc. dico q tollunt derogatoria verboz reuocatiuoz ipsoz derogatorioz. Pone dixit testator nolle valere scdm testamentū nisi cōtineat talis solēnitas etiā si in scdo contineat reuocatio illius clausule no lo ipm vel dictā reuocationē tenere. Certe prima verba nisi sit talis solēnitas dicunt reuocatoria testamenti secūdi. Sz secū da verba etiā in scdo zc. dicūtur derogatoria clausule reuoca torie. quā q̄stionē format Bar. in. d. l. si qs. ver. qro qd si v̄ba. Ego puto tunc q ad reuocandū tale testamētū nō sufficeret in secundo dicere nō obstātib9 quibuscunq3 verbis derogatorijs. qz per hoc tollerent prima tm̄. Sz si adijciant sub quibuscūq3 verbis z sub quacunq3 verborū forma zc. credo q sufficeret: qz per hec sequentia tollerentur verba secūdi derogatoria: z ita intelligo determinatonem Barto. in. d. ver.

¶ Quinto z vltimo oppo. q nō requirebatur specialis reuo catio in hoc scdo testamēto: qz in eo nil videtur factū contra id qd promiserat z iurauerat in primo. Nā pmiserat z iurauerat nō reuocare illud testamentū qd erat intelligendū de reuoca tione adēptiua nō de trāslatiua in eundē. ¶ Sz hic ille idem fi lius qui fuerat vniuersaliter institut9 in pmo institut9 est etiaz in scdo: z sic nō vr̄ primū reuocatū: sz poti9 in effectu cōfirma tum. l. posthum9. §. si paganus. ff. de iniusto testa. l. si qs priore. ad trebel. Cōstat aūt q testm̄ cōsistit in heredis institutione nō in legatis. l. j. §. q neq3. ff. de here. insti. Posito ergo q reuoca tū fuerit legatū quarte partis bonoz factū in primo nō cēset re uocatū vniuersalis institutio. Et sic nō vr̄ aliqd factū ꝯ dictū iuramentū: ergo nō fuit de ipo fiēda mētio. Sz ad hoc rn̄deo q testatrix p̄dicta in dicto iuramēto nō cēset se retulisse ad insti tutionē filij sz solū ad legatū quarte partis bonoz factū filie et nepotib9. Et hoc ptz primo: qz in dictū casum quo mutaret do nauit ipsi filie z nepotib9 dictā quartā: fuit ergo sua intētio nō reuocare dictū legatū. Itē pz qz de dicta quarta parte poterat ad libitū testari: de alijs tribus nō: quas necesse habebat relin quere filio masculo ex forma statuti in pūcto relati. vn̄ ad dictū casum nō intelligit se retulisse: sz ad illū qui erat in sua potesta te. Frustra em̄ fuisset iurare nō reuocare institutionē filij quā z si voluisset nō potuisset in effectu reuocare adimēdo: qz nō dicit velle q nolle nō pōt. ar. ff. de ꝯdi. z demō. l. pr̄ seuerinā. in prin. Fecit ergo ꝯ id qd iurauerat reuocādo legatū p̄dictū. Nec huic repugnāt verba immo cōueniūt: qz nō pmisit vel iurauit soluz nō reuocare testamentū: et non facere aliud testamentū: sed ad didit. z vltimā p̄ntē hāc volūtatē vel aliā voluntatē sub qbus verbis etiam legatū p̄dictū poterat ꝯprebēdi. debebat ḡ spālē mētionē facere de iuramēto ꝯ qd veniebat.

¶ Posset etiā opponi q primū testamentū fuit nullū: eo qz di cta quarta nō fuit relicta filie z nepotibus iure institutionis. in auf. vt cū de app. cogno. §. aliud quoq3 caplm. ergo de ipo vel eius derogatorijs verbis nō erat fiēda mētio. arg. de reg. iur. nō prestat. lib. vj. z tangit per Bar. in. d. l. si qs. v̄si. qd si ista v̄ba.

¶ Sed respōdeo q immo est validū: qz dicta filia dotata et ne potes ex alia dotata nō succedebāt matri z auie ex forma statu ti: ergo ipsoz preteritio nō reddit testamentū nullū ſm Bar. qui ita not. ff. ad tertul. l. ij. §. videndū. z Bald. in. l. maximū vi tium. in vlti. col. ¶ Ex quibus oībus cōcludit vt in primo lo co dixi primū testamentū non esse per secundū reuocatuz: maxi me quo ad dictum legatum quarte partis.

¶ Item z. vij. posset opponi q dictū legatū sit reuocatum sal tim per indirectū: qz institutio filij facta in primo testamēto vi detur reuocata: licet nō sit facta mentio de iuramento: eo quia per secundū testamentū quo ad illā nō est aliquid factū contra primū: immo ſm ipsum: qz nō est reuocatio ademptiua sz trās latiua de eodem in eundē vt. s. tetigi. Et si ita est q sit reuoca ta institutio primi testamenti similiter z legatū per consequēs reuocatum censetur q stare nō potest sublata institutione que est caput testamenti. ff. de his que in testamento delen. l. proxi me. Et multa directo fieri prohibentur que per obliquum conceduntur. l. prima. ff. de autoritate tuto. Licet ergo lega tum non sit reuocatū directo non facta mentione de iuramēto

tamen ex vi reuocationis institutionis reuocatum erit.
¶ Sed breuiter cōtrariū dici pōt: postꝙ enim iurauit nō reuo
care testamentū retulit se ad totū ⁊ principaliter ad institutio
nem. vnde licet in secūdo testamēto ille idē fuerit institutus: qꝛ
tñ re vera primū reuocaṫ vt ex eo nō possit agi: sꝫ ex secūdo nō
pōt negari: qꝛ factū fuerit cōtra iuramentū: qd eñ si interest he
redis habere magis ex primo testamento ꝙ̄ ex secundo. vñ dici
potest generaliter ꝙ lꝫ in secūdo testamento idē per oīa dispo
natur qđ in primo: necesse tñ sit specialē mentionē facere de re-
uocatorijs verbis primi: ⁊ sic dicta institutio in casu nostro nō
est reuocata. ¶ Preterea etiā si iurasset hoc dūtaxat. s. non re-
uocare legatū deberet intelligi. s. directo vel per indirectū. ar-
gu. de reg. iur. cum quid vna. Et ideo nec institutionē tali mo-
do poterit reuocare. s. instituendo in secundo illū quē institue
rat in primo ne ex hoc fiat contra iuramentū per indirectū. vn
de posito ꝙ talis institutio de se posset reuocari: tamen nō po-
terit propter aliud qđ nō reuocare promisit: ex quo de verbis re
uocatorijs seu iuramento non est facta mentio. Et sic remanet
suprascripta conclusio primo loco posita a multis oppositio-
nibus que fieri possent clarissime defensata. Laus deo.

¶ Consilium. cclxxxv.

1 ☞ Si trapezita siue bancherius habeat duos libros: quorū
in vno describantur creditores banchi tantū: in alio vero alij
creditores: et agatur mortuo mensario quis p̄feraṫ ex istis cre
ditoribus in bonis ⁊ pecunia reperta in dicto bāchio: an descri
pti in libro banchi sint potiores.
2 An illi qui pecuniam crediderunt vt satisfiat creditoribꝰ ban-
chi dicantur ⁊ ipsi creditores banchi. ⁊. 3.
3 Quomodo intelligatur ꝙ creditores in vna negotiatione pre-
ferantur in rebus eiusdem negotiationis.
Banchum. ista dictio dupliciter sumitur.
4 Intel. ad. l. ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credi.



In christi nomine amen.

1 ¶ † Uisis ⁊ ponderatis oībus suprascriptis super-
fluisqꝫ ⁊ onerosis allegationibus pretermissis rē de
qua agitur attingendo cōsidero ꝙ hic nō proponiṫ
creditores chartularij banchi pretēdere aliquā hypothecā vel
etiā priuilegiū aliqđ personaliū actionum prius ꝙ̄ creditores
chartularij volte: sꝫ oēs fore simplices cyrographarios credi-
tores: vnde occurrit p̄ma facie regula que est ꝙ oēs sint pares
nō obstante prioritate vel posterioritate tp̄is. ff. de priuile. cre. l
priuilegia. Nec ob ꝙ creditores chartularij bāchi preuenerint
in faciendo sibi solui ante bona possessa per qđ videntur prefe-
rendi tanꝙ̄ preoccupauerint. ff. que in fraudē credi. l. qui autē.
§. sciendū. ⁊. l. pupillus. in fi. qꝛ cautio prestita per eos de resti-
tuendo si apparuerit alios esse equales facit habere perinde ac
si eis solutū nō fuisset. ff. de tributo. l. ꝓcuratoris. in fi. cū. l. seq.
de pecu. l. ex facto. in fi. Restat solū videre vtrū ex eo solo ꝙ de
scripti sunt in chartulario banchi sint alijs preferendi. Et vi-
detur ꝙ sic duplici ratione. ¶ Prima qꝛ chartularium illud
est magis autenticū ⁊ dignū fide. Tū qꝛ rescriptū vt proponi-
tur manu publici notarij: aliud vero manu priuati: ergo ⁊c. C.
qui po. in pig. ha. l. scripturas. vbi videtur casus. Tum quia il
lud scribitur palā ⁊ teneṫ in publico: aliud vero clam ⁊ tenetur
in secreto: ergo melius presumitur pro primo. arg. ff. de admi.
tut. l. nō existimo. de iure fis. l. ita fidei. de ritu nup. l. fi. extra de
clande. despon. c. fi. vt eccle. benefi. c. vt nostrū. ⁊ qđ ibi no. Po-
tuit quidā in dicto chartulario volte scribere pro creditoribus
illos q non erant in fraudē ⁊ preiudiciū descriptorū in chartu-
lario banchi de quorū credito non dubitatur. Ideo sicut cōfes
sio scribentis nō preiudicasset descriptis in chartulario bāchi
ita nec eius scriptura que ab eodē ꝓcesserit autore. argu. ff. ad
velleia. l. seia. C. de dona. ante nup. aut. sed iam necesse. ⁊ quod
ibi not. ⁊ in corpore vñ sumiṫ. ⁊. C. debito. ven. pi. impedi. non
pos. l. j. de nō nume. pecu. l. fi. ff. de fi. instru. l. repetita. ⁊ qđ ibi
not. ⁊ qđ not. Cy. C. de iure dotiū. l. vbi adhuc. in. xij. q. Stetur
ergo chartulario volte ꝯ solū qđ esset si bona sufficerent ad sol
uendū omibus. At nūc cū non sufficiāt non stetur quatenꝰ pre
iudicat descriptis in chartulario banchi: vt. d. l. scripturas. cū
ibi not. vbi videtur hec. q. terminari. Secundo videnṫ p̄feren
di ex eo ꝙ dicta descriptio facta in chartulario bāchi facit eos
censeri proprie creditores banchi cū nulli alij in eo scribantur.
Sed in chartulario volte scribunṫ: alij etiā qui non sunt credi
tores banchi sed proprij ⁊ priuati creditores ipsius vel alterius
trafici seu mercantilis ꝯctus maxime cū scribens non habet so
ciū in bancho nec participē: vt in puncto proponiṫ. vnde nō se
quitur isti sunt descripti in chartulario volte: qđ diciṫ chartu-
lariū rōnis bāchi: ergo isti sunt creditores bāchi. C. de ꝓba.
l. neqꝫ natales. ⁊. l. ad probationē. vñ cogna. l. nō hoc. Credito
res aūt banchi videnṫ alijs preferēdi in rōne banchi: qꝛ magis
bācho ꝙ̄ ꝑsone credidisse vidētur: ⁊ sic nō sunt oēs simul cōfun-
dēdi: sed tanꝙ̄ ad diuersa patrimonia vocādi. l. procuratores.
§. si plures. ff. de tribu. ⁊. §. si duas. Itē qꝛ ꝓ creditoribꝰ bāchi
cautela recepta est ⁊ fides ⁊ approbatio publica qđ nō ē in alijs:
⁊ sic plus habere vidētur primi ꝙ̄ secundi. Nam modicum ad-
ditum vni ex partibus reducit ea ad imparia. l. maiorem. ff. de
pac. de rescrip. duobus. lib. vj.
¶ Breuiter his non obstantibus contrarium puto: scꝫ ꝙ om
nes prefati creditores debeāt esse equales: ⁊ ꝙ oēs veniant in
cōtributionē per librā ⁊ solidū. ¶ Moueor autē in casu nostro
potissime ex duobus p̄suppositis in puncto. Primū est qꝛ di-
cti creditores chartularij volte cū quibus contenditur ꝯtraxe-
runt cū defuncto pro satisfaciendo creditoribus bāchi: ⁊ ꝙ eo
rum pecunia peruenit in dictū banchum et in vtilitatem credi
torum dicti banchi: quod si ita est ⁊ expresse fuit hoc factum in
ter defunctū et illos ꝙ recipiebat ꝓ satisfaciendo creditoribꝰ
banchi: vel si hoc non apparet saltim incōtinenti fuit illis sa-
tisfactū quo casu presumitur actū a principio res est clara. Nā
⁊ si verū esset ꝙ creditores chartularij banchi deberēt p̄ferri cre
ditoribus chartularij volte deberet intelligi preterꝙ̄ illis qui
contraxissent vt satisfieret aliquibus creditoribus chartularij
banchi: hoc expresse acto vel saltim presumptiue ⁊ vere pecunia
eorū ad creditores predicti chartularij banchi peruenisset. his
enim duobus concurrentibus ꝙ actū fuerit ⁊ ꝙ peruenerit suc
cednnt illi in locū illorū creditorū banchi qui eorū pecunia di
missi sunt: vt ptꝫ in creditoribus mutuātibus vt satisfiat credi-
toribus priuilegiarijs. ff. qui bo. cede. pos. l. ij. de priuile. credi.
l. si ventri. §. fi. ⁊ not. per Cy. C. de his qui in priorū credi. loco
succe. l. j. ⁊ per gl. ⁊ Bar. in. l. aristo. C. que res pig. oblig. pos.
Sicut ergo creditores chartularij banchi sunt inter se equales
ita ⁊ cum illis q successerūt in locū aliquorū ex eis: ⁊ sic sapiūt
eandē naturā. ff. de condi. ⁊ demon. titie. §. filia. extra vt lit. pē
2 den. c. j. ff. si qs cau. l. eū qui. §. q iniuriarū. cū si. † Preterea nō
minus dicūtur creditores banchi q cōtraxerūt vt banchū con-
seruaretur ⁊ non deficeret oppressum creditoribus ꝙ̄ sint illi q
directo super trafico banchi cōtraxerunt cū illorū pecunia to-
tum banchum saluum factū fuit. arg. ff. qui potio. in pigno. ha
be. l. interdū. cū. l. seq. ⁊ de exerci. l. j. §. nō autē. ꝯiuncto. §. seq.
quid si mutuā. qui benefaciūt. facit etiā. l. ꝓcuratoris. §. si pro-
pter mercem. de tribu. vbi instrumētū taberne sine quo merces
expediri nō possent cōputatur inter merces: sic ⁊ istud creditū
sine quo banchū cōseruari nō potuisset computaṫ in bancho ⁊
inter credita banchi: licet directo non fuerit contractū s̄m tra-
ficum ⁊ stilū trafici ipsius banchi. Secundo moueor qꝛ dicitur
in pūcto ꝙ dicti creditores fuerūt descripti primo loco in dicto
chartulario magno banchi licet postea translati ad chartula-
rium volte. Nam ex primo dicto sequiṫ ꝙ eoꝝ creditū non pōt
in dubiū reuocari: cū per dictū librū autenticū de ipso constet:
⁊ sic in hoc non sunt melioris conditionis alij creditores char-
tularij banchi ꝙ̄ ipsi: cū dictū chartulariū de vtroqꝫ credito at
testetur ꝑ qđ manifeste tolliṫ qđ. s. in ꝯriū allegaui. d. l. scriptu
ras. C. qui poti. i pig. habe. Illa eñ lex dꝫ intelligi qñ de credi
to illoꝝ q habebāt priuatā scripturā aliter ꝙ̄ per eā nō consta-
bat: ⁊ creditores habētes instrumēta publica illa esse vera de-
bita negabāt. vnde priuata scriptura debitoris nō facit p̄iudi-
cium illis de quorū credito constat per instrumentum: vt exp̄s-
se patet ex notatis ibi per Cy. ⁊ alios. Sꝫ in casu nr̄o nō ꝓpo-
nitur ꝙ creditores chartularij banchi negent chartulariū vol-
te vel creditores in eo descriptos: sꝫ solū dicūt se illis p̄ferēdos
tanꝙ̄ creditores banchi cū illi lꝫ sint creditores: nō tamē po-
sunt cū de illoꝝ credito appareat per chartulariū banchi: pa-
ria ergo sunt ista credita quantū ad fidē ⁊ veritatem eoꝝ: p̄sup
posita itaqꝫ veritate vtriusqꝫ debiti: qꝛ nec negatur nec nega-
ri potest postꝙ̄ de vtroqꝫ constat per dictū chartularium.
3 ¶ † Uidēdū est scđo an p̄ferēdi sint creditores dicti chartularij
banchi ex eo ꝙ ipsi dicanṫ creditores bāchi ⁊ nō alij vel saltim
plus ꝙ̄ alij. Et breuiter puto ꝙ nō. Nā etiā illi dicunṫ credito-
res banchi ꝑ ea q̄ dicta sunt cū fuerint descripti in chartulario
bāchi ⁊ ꝓ soluēdo creditoribꝰ bāchi ꝯtraxerūt. Et etiā qꝛ chartu-
lariū volte nō minꝰ dꝛ chartulariū bāchi ꝙ̄ illud qđ retineṫ in
bācho ꝯnimo magis: eo qꝛ illud est chartulariū vniuersale to-
tius negotiatiōis bāchi cū i eo describanṫ oīa vniuersaliter tā
introitꝰ ꝙ̄ exitꝰ lucra ⁊ dāna socij ⁊ participes ⁊ oīa secreta ⁊ si
ne ipo statꝰ ⁊ cōditio bāchi videri nō pōt vt ꝓponiṫ. Chartula
riū vo magnū bāchi dꝛ particulare: eo qꝛ ibi describunṫ parti
culares erogationes pertinētes ad traficū banchi. Et iō dici-
tur chartulariū banchi magis ꝙ̄ illud: qꝛ in bancho materiali
retineṫ. Illud aūt dꝛ volte: qꝛ in volta retineṫ. Uñ notandū ꝙ
istud nomē banchum potest sumi dupliciter. Primo prout est
nomen

nomen iuris:⁊ tunc sumitur pro ipsa negotiatione banchi si-
cut dicimus de mensa qđ est nomen iuris.ff.de leg.ij.cū pater.
§.mense.⁊ qđ ibi plene per Bart.⁊ in isto nomine kalendariū.
de leg.iij.qui filium.⁊ tunc significat quandā vniuersitatem si
cut hereditas ⁊ dos.l.qđ dicit.ff.de impen. Secūdo modo su-
mitur pro bācho materiali:⁊ sic pro loco sicut hoc nomē taber
na.l.qui tabernas.ff.de contrahē.emp.⁊.l.ventri.§.in bonis.
de priuile.cre.⁊ not.Bar.in.d.§.mēse. Si ergo sumimus pri
mo modo tūc oīa chartularia de quibus facta est mētio in pū-
cto pertinentia ad vsum dicte negotiationis dicūtur chartula
ria banchi:quorū vnū est vniuersale cotinens oēm substātiā ⁊
veritatem banchi ⁊ ipsius principia:⁊ etiā illa ex quibus col-
ligi pōt finis an esse debeat lucrosus vel damnosus:⁊ istud reti
netur in volta ne oībus pateant secreta negotiationis qđ in
terdū non expedit.C.qñ ⁊ quibus quarta pars debetur.l.ij.
Aliud vero particulare qđ retinetur in bancho in quo scribū-
tur particulares erogationes ⁊ receptiōes. Alia vero duo par
ua sunt ad vsum hmōi particularis ⁊ in eius adiutoriū. Deno
minatio ergo illa q vnū dicat chartulariū volte aliud bāchi:
potius est facti q̃ iuris:⁊ potius a locis in quibus retinetur q̃
a negotiatione banchi ad cuius vsum oīa tendūt:⁊ sine qui
bus dicta negotiatio nō posset exerceri. Possunt ergo dici om
nia chartularia banchi capiendo bāchū pro negotiatione.tex.
est expressus in simili.ff.de tributoria.l.procuratoris.§.si pro-
pter mercem. Si vero contingat interdū in dicto chartulario
volte scribi aliqua negotia familiaria:tunc quantum ad illa
non dicetur chartulariū bāchi:⁊ de ipso tanq̃ de duplici char-
tulario iudicandū est.arg.dicti.§.si propter mercem.v.cetera
tñ.de eden.l.argentarius.§.j. In casu aūt proposito cū queri-
tur qui sint creditores banchi:⁊ qui non debemus sumere ban
chum pro negotiatione non pro loco: vñ oēs qui cōtraxerunt
contemplatione dicte negotiationis dicūtur creditores ban-
chi:lʒ in chartulario qđ retinetur in bācho nō sint descripti.vt
ptʒ in.d.l.pcuratoris.§.sed si plures.⁊.§.sed si duas. vbi prin
cipaliter ponderatur negotiatio:alr̄s esset in potestate banche
rij creditoribus bāchi preiudicare describendo aliquos in char
tulario banchi ⁊ aliquos non:⁊ sic eos bonafide contrahentes
secum:⁊ de ipso bene confidentes decipere qđ non est dicendū.
arg.ff.de iuris.om.iudi.l.si idē cū eodē.ver.ne in potestate.cuʒ
concor.ibi alleg.cōiuncta.l.C.de pac.si quis in cōscribendo.
circa mediū.ibi.⁊ ꝯhentes decipere ⁊c.ff.de arbi.l.iij.cōiūcta
l.vnuʒ ex familia.§.si.de leg.ij. Cum enī creditores banchi in
his que reperiuntur in bancho preferendi sint alijs extraneis
creditoribus:vt.d.§.si plures.cū seq.magnum esset preiudiciū
alicui si cōtraheret occasione negotiationis banchi:⁊ tamē in
chartulario banchi non describeret: qꝛ forte non placuit ban-
cherio si per hoc nō posset dici creditor banchi:⁊ tamen quoti
die contingit q hoc faciunt bancherij diuersis respectibus mo
ti:vel quia nolunt q omnia pateant ministris banchi vel alia
de causa. Ne igitur hoc incōueniēs sequatur non inspiciamus
in quo libro sit descriptus:sed an cōtraxerit occasione banchi
seu illius negotiationis vel nō.sicut in si.dicit tex.in.l.priuile-
gia.ff.de priui.cre.q priuilegia creditorū ex cā sunt estimāda
nō ex tempore. Nō ergo predicti minus dicent creditores ban
chi q in chartulario volte descripti sunt: etiā si in chartulario
banchi nō essent descripti:ex quo vt proponitur pro vtilitate
banchi ⁊ pro satisfaciendo suis creditoribus ꝯxerunt. Negari
nanqʒ non potest quin saltim occasione banchi creditores di-
cantur:cū occasio sit etiā remota causa.de maio.⁊ obe.c.solite.
in prin.ff.de auro ⁊ argen.lega.l.vxori.⁊ ibi per Bar.de fun.
instru.cum delanionis.§.asinā. Regula aūt officij mercantie
disponit de his qui sunt creditores occasione banchi:igitur ⁊c.
¶ Ceterum si in chartulario volte essent aliqua credita descri
pta ad vtilitatem bāchi. Et prefati creditores chartularij bā-
chi peterent illa sibi assignari tanq̃ credita banchi cum dictū
chartulariū volte approbarent pro se ⁊ eorū fauore tanq̃ char
tulariū banchi tenerent etiā contra se recipere eodē modo quā
tum ad debita ibi descripta.ff.de admi.tuto.l.cum querit.de
bo.liber.l.nā absurdū.de pcu.l.in cause.in prin. Quinimmo
etiam predictis omnibus cessantibus ⁊ posito q predicti non
essent creditores banchi vel occcasione banchi:ex quo tamen
de ipsorum credito constat:nec reuocatur vel reuocari pōt in
dubium concurrere debent cū creditoribus banchi per soliduʒ
⁊ librā super oībus bonis repertis in hereditate defuncti de-
bitoris:ex quo illi nō proponunt habere hypothecam vel pui
legium personaliū actionū: vt in prin.dixi.⁊ nō solū in bonis
immobilibus ⁊ alijs nō pertinētibꝰ ad banchū:sʒ etiā in pecu-
nijs reptis in bācho vel bācho debitis.qđ pbat. Nā ipsi cēsent
cōtraxisse cū illo occasione totius sui patrimonij vbicūqʒ esset
⁊ cuiuscunqʒ qualitatis:et ipsum totū patrimoniū censetur re
spexisse.vt dicit tex.in.l.hinc querit.§.pōt.circa mediū.ff.de
pecul.ibi dū dicit.cū enī qui cōtrahit ⁊c.⁊.l.si ex duobus.in si.
prin.eo.titu. ¶ Nec ob qđ.s̄.dixi creditores banchi in his que
reperiuntur in bancho preferendos esse alijs extraneis credito
ribus per.l.procurator.§.si plures.de tribu. Nā intelligo alijs
scʒ q ꝯxissent sup alia negotiatione diuersa a negotiatione bā
chi. Si qs enī duas negotiationes faciat creditores cuiuslibet
negotiationis censent magis credidisse negotiationi q̃ perso-
ne:⁊ ideo quilibet in sua negotiatiōe pferunt alijs quasi nego-
tiationes pdicte diuerse significent diuersas personas.⁊ ita lo-
quitur.§.si plures. Si vō faciant vnā negotiationē tm̄:tūc cre
ditores q ꝯxissent extra negotiationē cōcurrerēt cū illis q con
traxissent sup negotiatiōe etiā sup reptis in ipa negotiatione.
⁊ est rō:qꝛ illi ꝯxerūt ⁊ contraxisse cēsentur solū cū persona nō
cum negotiatione:⁊ ideo censent habuisse respectū ad totū pa
trimoniū persone tā ad patrimoniū negotiatiōis q̃ aliud:nō
sic est in creditoribus negotiationis q cū ipsa negotiatione cen
sent ꝯxisse:ideo si duas negotiationes exercebat bona cuiusli-
bet distribuerent suis creditoribus ⁊ creditores vnius non par
ticiparent de bonis alterius:vt pbat in.d.§.si plures. In pro-
posito aūt casu nō ponit q ille exerceret duas negotiationes:
sed vna tm̄.s.cambij:⁊ posito q aliquos ꝯctus mercantiales fe
cisset extra negotiationē bāchi pro satisfaciendo creditoribus
banchi:non propterea ppter vnā vicē diceretur mercator vel ne
gotiator alterius negotiationis.iuxta not.per Barto.in.l.ser
uis vrbanis.ff.de leg.iij. ¶ Itē non obst.si dicat q securitates
fuerūt pstite solū p creditoribus banchi ⁊ non pro alijs:qꝛ fa-
teor q contra dictos fideiussores nō esse cōsultum dictis credi
toribus si diceremus q non essent creditores banchi vel eiꝰ oc-
casione. Et in hoc essent melioris conditionis creditores ban-
chi q̃ ipsi. Sed in bonis in hereditate repertis quibuscūqʒ etiā
ptinentibus ad banchū debent esse pares vt.s̄.dixi. ¶ Ex qui
bus oībus cōcluditur q siue dicamꝰ illos descriptos in char
tulario volte de qbꝰ in pūcto pmittit esse creditores banchi si-
ue occasione bāchi siue nullo mō sʒ penitꝰ extranei debēt in di-
ctis bonis oibus cōcurrere cū creditoribus chartularij bāchi.
4 ¶ † Nec obstāt allegata in ꝯtrariū.s̄.in pūcto. Nā ad plura ex
eis ptʒ respōsio ex predictis saluo q̃ ad.l.si ventri.§.in bonis.
de priuile.credi.quē.§.dico nō obstare: qꝛ ibi deponens apud
mensam nō pfert alijs ex eo solo q descriptus sit in libro mēse:
vel ex eo q sit creditor mēse:sʒ ex eo qꝛ deposuit.talis enī cōtra
ctus depositi inter alios habet prerogatiuā ⁊ priuilegiū inter
personales actiōes.ff.depositi.l.si hoiem.§.quotiēs. Hinc est
q si nō vere deposuit sed mutuauit:qꝛ vsuras ex deposito rece
pit quo casu excedit naturā depositi.l.lucius.ff.depositi.non
habet priuilegiū vel progatiuā posito q apud mēsam cōtraxe
rit ⁊ sit creditor mēse:vt habet in.d.§.in bonis.⁊.§.quotiens.
s̄.alleg. ¶ Itē nō ob.illud capitulū regule.fideiussores ⁊c.
per quem videt colligi differentiā esse debere inter creditores
chartularij banchi ⁊ creditores chartularij volte:nec alr̄s sit in
utilis illius ver.puisio.eo qꝛ cū pro cautela creditorū bāchi fi-
deiubeant:⁊ ibi statuat q sint potiores creditoribus dicti ban-
cherij seu banchi necessario debet intelligi de alijs q̃ illis pro
quorū cautela fideiusserunt. Isti aūt nō possunt esse nisi descri
pti in chartulario volte q ⁊ si dici possint creditores bāchi pro
eis:tñ nō censent recepti fideiussores sed p descriptis in chartu
lario bāchi de quoꝝ potioritate quo ad fideiussores nō est tra-
ctandū cū eis a fideiussoribus satisfiat:⁊ sic vlterius nō agūt.
¶ Breuiter lʒ ista fuerit subtilis argumētatio tamē nō viget.
Nā dico posse intelligi etiā de illis creditoribꝰ p quoꝝ cautela
fideiusserūt. Pone enī q lōge maior est q̃titas q̄ creditoribꝰ de
bet q̃ sit illa quā fideiussores pmiserūt qđ frequenter ꝯtingit:
certe fideiussores soluēt quātitatē quā ipi pmiserūt ⁊ in residuo
recuperādo sup bonis bācherij pfati creditores pferent dictis fi
deiussoribꝰ volētibꝰ recupare qđ soluerūt:voluit enī q priꝰ sa-
tisfieret integraliter creditoribꝰ partim a fideiussoribꝰ partim
de bonis bācherij:⁊ si aliqd restabit habebūt fideiussores ⁊ nō
prius. ¶ Itē nō ob.q creditoribꝰ descriptis in chartulario bā
chi dʒ satisfieri infra tpa breuissima vtute dicte regule in ver.
cōpellant.q v.ad descriptos in chartulario volte nō pōt ada-
ptari. Nā lʒ viuēte bācherio ⁊ existēte soluēdo creditores descri
pti in chartulario bāchi hoc plus habeāt q̃ descripti in char-
tulario volte:eo tñ mortuo vel bonis nō sufficiētibus nō dispo
nit ille vsi.nec ex eo quoquo mō sequit q illi pferant istis:⁊ qꝛ
isti sunt casus diuersi de vno ad aliū nō ifert.ff.de calū.l.pe.de
mino.l.pap.exuli.ad carbo.l.de bonis.⁊ qđ ibi not. Laus deo.

¶ Consilium.cclxxxvj.

1 ☞ Filij exclusi vt nō succedant ab intestato an augeāt legiti
mam aliorum capacium vt eis ascribatur potius semis totius
hereditatis q̃ triens.

2 Pulchre quot modis quis dici potest exclusus: ꝛ quibus mo
dis faciat partem ꝛ quibus non.
3 An filia que propter statutum non potest succedere matri exi-
stente masculo faciat partem in hereditate matris vt maior le
gitima masculis debeatur: puta quia sint quattuor ꝛ filia: an
legitima semis vel triens hereditatis.
4 Et qd in bereditate patris vbi videṫ aliud concludere paul.
hic ꝙ in hereditate matris.



N christi nomine amē.

¶ Quoniā fundamentū huius articuli consistit
vt mibi videtur in eo qd dicit tex. in. l. pap. §. qm̄
aūt. de inoffi. test. videlicet ꝙ legitima est[a] portio
eius qd debeṫ ab intestato: ꝛ sic hodie vel tertia totius vel di-
midia totius ſm numerū liberoꝝ hereditatis debite inter om
nes diuidenda equaliter. vt in auṫ. nouissima. Ideo pro ple-
niori examine puta considerandos quattuor casus. Nā inter-
dum aliquis filius excluditur per legē tam a successione testati
ꝙ intestati. Interdū a successione intestati non testati. Inter-
dum a neutra excluditur per legē sed per testatorē exheredan
do: ꝛ sic per testamentū vel per seipsum filium renūtiando vel
delinquendo taliter ꝙ legitima priuetur. Interdum excludiṫ
non dico per testamentū sed ꝓpter testamentū qd si factū non
esset ab intestato admittereṫ vt i fratre īstituta nō turpi ꝑsona.
1 ¶ † Primo casu sine dubio non computatur in numero sꝫ ha
betur pro mortuo: ꝛ perinde disponitur de legitima ac si non
esset in rerū natura: ꝛ sic ſm numerū liberoꝝ alioꝝ remanen-
tium vt in deportato ꝛ effecto fratre minore. l. j. §. fi. de contra-
tabu. ꝛ. l. si necesse. §. si deportatus. de bo. liber. ꝛ no. in. d. auṫ.
nouissima. per Guil. ꝛ Bal. cū em̄ nulla portio sit: debeaṫ ab
intestato verū est dicere ꝙ nulla legitima fuit sibi delata tēpo
ra mortis testatoris: ergo non potest dici ꝙ accrescat fratrib⁹:
qꝛ ius accrescendi presupponit ꝙ quoquo modo sit portio de-
lata ab aliqua dispositione vel de facto vt in pro nō scripto qd
saltim a testatore deferṫ: licet de facto vel de iure vt in caduco
vel quasi ꝙ a principio tenuit sed ex postfacto annihilaṫ. Cete
rum portio que a testatore nullo modo fuisset delata nō potest
dici ꝙ accrescat in particulari successione vt si vnā partē fun-
di alicui relinqueret altera nulli relicta non accresceret: nō sic
in vniuersali ne cōtingat incōueniens. l. j. §. si ex fundo. de he-
redi. insti. Sic dico in portionibus que deferunṫ a lege: qꝛ in il
la tantū que quoquomodo fuit a lege delata locum habere de
bet ius accrescendi nō in illa que nullo modo. Sed tali inca-
paci nullo modo delata fuit: ergo si vnus de. v. filijs sit depor-
tatus vel frater minor nō potest dici ꝙ dimidia sit semis: et ꝙ
quinta portio que illū tangeret accrescat: sed erit triens ac si il
le nō esset in rerū natura. eodē modo si vn⁹ ex quattuor vel tri-
bus esset talis ceteri non habebunt integrū triētem per ius ac
crescendi: sed iure suo ac si soli existerent ꝛ eis solis totus triēs
delatus esset: ꝛ sic per amotionem obstaculi ꝛ cōcursus: idem si
vnus de sex esset talis ceteri habebūt integrū semissem iure suo.
¶ Secundum casum qui est magis dubitabilis ꝛ est casus no
ster reseruo in fine vt melius declarem.
2 ¶ † In tertio casu dico ꝙ cōputanṫ in numero quātū ad hūc
finē vt sciaṫ an legitima sit triēs vel semis nō quātū ad hoc vt
capiat: qꝛ ꝓponiṫ exclusus ꝛ sua portio tanꝙ defecta alteri ac-
crescit: nā a lege delata fuit: sꝫ ꝑ testatorē ablata vel per renun
tiationē expressam vel tacitā: iō ꝓprie dici pōt ꝙ accrescat di-
uersimode tñ. Nā siquidē est exclusus per exheredationem tūc
cum principaliter fiat in odiū exheredati ꝛ secundario in fauo
rem instituti apud quē voluit sine dubio remanere ꝙ exhereda
to auferebat distinguendū erit. An alij filij sunt instituti vni-
uersaliter: ꝛ tunc portio remanebit apud eos nō ex eo ꝙ filij: sꝫ
ex eo ꝙ instituti. Aut nō fuerūt instituti vniuersaliter sꝫ in cer
ta re: ꝛ sic habēt agere ad supplemētū: ꝛ tunc portio exhereda
ti nō applicabitur eis: sꝫ instituto ſm determinationē Bar. in
l. pater filiū. in. iiij. q. quā verissimā puto: nō tñ per illā ratio-
nem ꝙ in legitima non habeat locū ius accrescēdi vt statim di
cam: sꝫ ex eo ꝙ exheredatio secūdario facta dicitur incōmodū
instituti: ꝛ qꝛ sic ꝑsumiṫ voluisse testator: ꝛ sic nō ꝓprie habebit
institutus ex iure accrescēdi: sed virtute vniuersalis institutio
nis q̄ trahiṫ ad om̄e id qd alteri assignatū non fuit: ꝛ sic ad por
tionē exheredati. Si vero sit exclusus repudiatione vel delicto
ꝛ sic facto suo dico indistincte fratrib⁹ accrescere siue sint insti-
tuti vniuersaliter siue particulariter: qꝛ in legitima locum hꝫ
ius accrescēdi. quicqd dicat Bar. ꝑ. l. siue patronus. al's siue li-
bertus. §. ex duob⁹. ff. de iure patro. ꝛ de bo. liber. l. cōi liberto.
in qbus est hoc exꝑssum in legitima patroni. idē forti⁹ in legiti
ma filij q̄ est magis debita. vt not. in. l. si legatū. ff. de fal. ꝛ hoc
qñ deficit ipo iure ꝑ repudiationē: secus si ope exce. vt. l. si duo.

a ¶ Qd legiti-
ma est. Quanta
aūt sit legitima
tā ascendētibus
ꝙ descēdentib⁹
debita. vide do.
Alex. de imo. in
cōsi. cxj. in vlti.
col. in. j. ꝑte. et in
cōsi. xlv. in vlti.
col. ea. ꝑte. et in
ꝯsi. xlij. in. ij. col.
cū seq. in. ij. ꝑte.
ꝛ in cōsi. xxxj. in
fi. vlt. col. in. iiij.
ꝑte. ꝛ in ꝯsi. lxix.
ea. ꝑte. ꝛ. d. Ma
ri. sozi. i ꝯsi. xxx.
inci. ꝙuis. ꝟ. iij.
principaliter. et
ꝟ. xix. circa fi. cū
ꝟ. seq. ꝛ. d. Bar.
sozi. ei⁹ filiuꝫ in
cōsi. xciij. ꝟ. circa
tertiā dubitatio
nē. ꝛ ꝟ. ꝑterea le
gitima. ꝛ in ꝯsi.
cl. inci. ꝛ nos. ꝟ.
succedit alia. cir
ca me. ꝛ ꝟ. cōfir-
manṫ ꝑdicta. in
fi. cū seq. ꝛ in ꝯsi.
cviij. ꝟsi. his tñ
nō obstātib⁹. in
fi. in. j. ꝑte. ꝛ om̄i
no do. Pet. ꝑbi.
cor. in ꝯsi. xlviij.
in lr̄a. K. la. ij. i
ij. parte.

in prin. ꝛ ibi not. ff. de iureiur. Nec ob. l. ꝛ ꝑculo. de leg. ij. qꝛ ibi
nō erāt ꝯiūcti in delatione cōmodi: sꝫ in dn̄io serui cui legabaṫ
ꝛ sic nō bn̄ vr̄ allegari ꝙ sint ꝯiūcti cōiūctiōe legali. Sꝫ in casu
nr̄o oēs filij sunt cōiūcti in delatiōe legitime q̄ fit a lege. defert
em̄ vel triētē vel semissem oīb⁹ simul eq̄liter inter eos diuidēdū.
vt i auṫ. nouissima. ꝛ sic sunt ꝯiūcti vbis legis q̄ ꝯiūcto nō dꝫ mi
nus opari ꝙ verbalis cōiunctio testatoris ad inducēdū ius ac-
crescendi. vnde in hoc sequor Dy. ꝛ Iac. but. ꝛ Bal. nō Bar.
¶ In quarto casu principali qñ qs excludiṫ ꝓpter testamētū.
Notādū ꝙ lꝫ fratri debeaṫ hereditas fraterna ab intestato: nō
tñ debeṫ sibi legitima nisi sit factū testamētū ꝛ turpis ꝑsona sit
instituta: sicut ꝛ alijs veniētibus ab intestato debeṫ hereditas
ab intestato ꝛ tñ nō debeṫ legitima. Nā illi qb⁹ debeṫ nisi relin
quaṫ possunt q̄relare: isti ꝟo nō pn̄t: ergo eis nō debeṫ. Si ergo
frater instituat nō turpē ꝑsonā fratrē ꝑtereat ꝛ mr̄i aliqd relin
quat frater excludiṫ ex eo ꝙ factū est testamētū: ꝛ qꝛ turpis ꝑso
na nō fuit instituta nunꝙ sibi fuit legitima delata: ergo nō pōt
dici ꝙ accrescat matri ꝑ theoricā. s̄. datā: ꝛ in hoc sequor opi.
Barto. sed puto ꝙ perinde habeaṫ ac si dicto fratri nunꝙ fuis-
set debita ab intestato: sꝫ soli matri ex quo frater repitur totali
ter exclusus: ꝛ sic legitima mr̄is erit tertia totius ac si tota here
ditas fuisset ab intestato sibi debita: ꝛ sic iudicari dꝫ ac si cā in
testati fuisset eo modo quo cā testati: ꝛ in hoc sequor opi. Iac.
but. ꝛ Bal. in auṫ. nouissima. circa fi. Aliud em̄ est qñ excludiṫ
filius cui debeṫ legitima: aliud qñ alius veniēs ab intestato cui
nō debeṫ. Nā potior dꝫ esse cōditio alterius cōcurrentis secum
scꝫ matris cui debebaṫ legitima vt per exclusionē illius cēseaṫ
tota hereditas sibi fuisse debita vt sic habeat tertiam totius.
3 ¶ † Restat nūc expedire scd̄m casum. s. qñ fili⁹ excludiṫ ꝑ legē
ab intestato nō ex testamento vt in casu nr̄o vbi filie ab intesta
to nō succedūt extāte masculo: nec etiā preterite pn̄t dicere nul
lum. iuxta not. per Bar. in. l. ij. §. videndū. ad ter. ꝛ ꝑ Bal. in
l. maximū vitiū. circa fi. sꝫ ex testamento capere possunt in quo
dubitaṫ an tales filie cōputenṫ in numero vt sciamus in legiti-
ma masculoꝝ sit triens vel semis. Et videṫ ꝙ sic: qꝛ ista non est
tanta exclusio quāta est illa de qua dixi in primo articulo: ꝛ sic
nō pōt dici ꝙ habeanṫ ꝑ mortuis ex quo possunt ex testamēto
capere. vñ sufficit ꝙ extēt: lꝫ ab intestato nō succedāt vt sic tāꝙ
filie faciāt numerū. arg. l. filius. §. cū qs. ff. de leg. j. Itē qꝛ ex-
cludunṫ fauore masculoꝝ quoꝝ interest vt faciāt numerū: nō
tñ admittanṫ vt sic masculi habeāt semissem: ergo talis interp-
tatio fienda est. arg. ff. loca. si merces. in prin. cōiuncta. l. seruo
alieno. §. si testator. de leg. j. ꝛ de leg. iij. fideicōmissaria. §. inter-
dum. vel pōt dici ꝙ si nihil eis relinquaṫ habeantur ꝑ mortuis
qꝛ quo ad eas intestati obitū fecisse videnṫ: vñ cū ab intestato ex
cludanṫ hoc casu ꝑ mortuis habeanṫ: secus si aliqd eis relinqua
tur etiā minimū: qꝛ cū testamēto admittanṫ nō possunt dici ha
beri ꝑ mortuis ex quo aliqd est eis relictū ꝛ acceptare volunt:
qd videṫ attētasse Bal. sꝫ nō firmat in. d. auṫ. nouissima. in fi.
¶ Breuiter his nō obstā. credo ꝙ legitima dicto casu sit triēs
postꝙ em̄ femine ab intestato non succedūt cū masculis nulla
debeṫ eis legitima q̄ est portio portiōis ab intestato debite. vt no.
d. l. pap̄. §. qm̄ aūt. de inoffi. Et ptꝫ qꝛ nō rūpūt ꝑterite. vt no.
Bart. in. l. ij. §. videndū. ad ter. qd facerēt si deberet eis legiti-
ma. ad hoc de cōtratab. si post mortē. §. liberi. Igiṫ tanꝙ extra
nee nō ꝯputenṫ in numero filioꝝ quibus debeṫ legitima: ꝛ qui
bus oibus simul deferṫ equaliter inter eos diuidēda. Cū em̄ lex
reperiat eas extra debitū legitime nō defert eis sed masculis:
ergo ſm numerū masculoꝝ quibus defert nō ſm numerū om-
niū qbus oibus nō defert. Dispositio em̄ legalis relata ad ma
sculos dꝫ intelligi ꝛ limitari ſm numerū eoꝝ. ar. l. plenū. §. eq-
tij. de vsu ꝛ habi. de leg. iij. cū filie. nō pōt dici ꝙ portio semissis
filiaꝝ accrescat masclis cū nulla portio fuerit eis delata: eo qꝛ
tpe delationis. i. mortis reperiunṫ tales qbus nil debeṫ ab inte
stato: ergo lex sibi legitimam nō detulit: ergo nō pōt dici defi-
cere ꝛ accrescere: vt. s̄. dictū est. ¶ Nec ob. ꝙ ex testamēto sunt
capaces: nā ꝛ penit⁹ extranei sunt capaces: ꝛ tñ nō faciūt nu-
merū inter filos. Nā legitima nō regulaṫ a cā testati sed a cā in
testati sicut ius rūpendi qd a debito legitime causaṫ. ff. de con-
tratabu. l. j. scd̄o rn̄so. C. de libe. prete. l. maximū. ver. sancim⁹.
¶ Itē nō ob. ꝙ gr̄a masculoꝝ sunt excluse: qꝛ fateor ab vniuer
sali successiōe intestati: nō tñ sequiṫ ꝙ in successione legitime
q̄ est particularis faciāt numerū ad cōmodū masculoꝝ: videlꝫ
vt faciāt deberi semissem oīb⁹ eis: ꝛ postea portionē eaꝝ mascu
lis accrescere. Nescio em̄ videre vñ ista ꝯñtia descēdat quimo
nullū incōueniens est dicere: sꝫ poti⁹ iuri cōsonū est ꝙ sicut ma
sculi hoc volūt ꝑ se. s. vt femine secū nō cōcurrāt in successione
intestati sꝫ habeanṫ vt extranee penit⁹: ꝛ ꝙ eis solis tota here-
ditas deferaṫ: ita ꝛ teneanṫ aliud recipere ꝯ se qd ex illo necessa
rio descēdit: videlꝫ vt postꝙ nō ꝯputanṫ in nūero vno respectu
nō cōputentur

non computetur etiã alio vt vitet variato.l.in cause.ff.de procu.⁊ cõtrarietas in quã incurrent masculi cõtrariũ dicẽdo. Et q² q vult vnũ pro se ⁊ aliud sibi annexũ ⁊ necessario inde descẽdens teneat recipere cõtra se: vt not.ff.depositi.lucius.in fi.in vlti.glo. ¶ Preterea statutũ recipit interpretationẽ passiuaʒ vt ius cõe ad ipm extendat.l.j.§.j.ad legẽ falci.cũ ergo per statutũ femine excludãtur ab intestato ⁊ redacte sint ad instar extranearũ ius cõe de ipsis in delatione legitime nunꝙ̃ cogitasse censet: sed solũ de masculis qbus debet hereditas: ergo ipsis solis defert: ergo ꝯm eorũ numerũ tm̃. Preterea nõ debent masculi petere seu postulare vt femine cõputent in numero pro se cũ contrariũ nõ essent postulaturi cõtra se. arg.l. si rẽ ⁊ pretiũ. de peti.here.de solu.l.j. Nec possunt cõqueri masculi de hac interpretatione sicut nec possent cõqueri si femine nõ essent excluse per statutũ: sed excluderent per mortẽ ⁊ rediret de semisse ad trientem. Nam ⁊ nunc ꝓ mortuis habentur ciuiliter q̃ ciuilis mors equiparatur naturali.l.gallus.§.⁊ quid si statutũ.⁊.d.l.j.§.fi.de contratabu. Et de grauamine legis nõ possunt conqueri dicti masculi sicut nec de grauamine nature.ff.de verb.signi.si qua pena. maxime q² ex hoc grauamine ꝙ habeant pro mortuis sentiunt cõmodũ in successione intestati. compensent ergo cũ eo hoc incõmodũ.s.ꝙ ex hoc restrigat legitima ad triẽtem ꝯm numeꝝ masculorũ.ff.de aqua plu.arcẽ.l.j.§.fi.ibi. compensare q3 ⁊c.de publi.l.cotẽ.§.q maximos.de iureiur. eũ qui. ¶ Nec ob. ꝙ in diuersis effectib⁹ admitti põt variatio.l.pap.§.sed nec impuberis.ff.de inoffi.testa.q² ibi vtraq3 pars variationis poterat esse simul vera. Nã pupillaris substitutio vere est testamentũ patris respectu ordinationis: q² ipse ordinauit ⁊ sic respectu cause efficiẽtis. Itẽ vere est testamentũ filij respectu effectus seu successionis: q² per eã filio succeditur ⁊ non patri.l.patris ⁊ filij.coniuncta.l.coheredi.§.cũ filie.de vulg.⁊ pupil. Bene ergo potest pupillaris substitutio vtrũq3 allegare in diuersis instantijs ad diuersos effectus: q² non est ibi contrari⁹ sed filias computari in numero ⁊ nõ computari. ista sunt cõtraria. vnde si eligat eas nõ computari pro se tenetur hoc idem recipere contra se vt.s̃.dictũ est. qd est sustẽtabilius de iure q̃ dicere ꝙ possit vtrũq3 dicere ⁊ sibi ꝯ̃riari: maxime q² vt dixi non possunt dicere se ex hoc grauari: quia non aufertur eis aliquid qd vnꝙ̃ fuerit eis datũ: sed potius impedit ꝙ nõ detur.i.ꝙ nõ deferatur semis sed triẽs ꝯm eorũ numerum.arg.l.qui autem.

4 ff.que in frau.credi. Predicta in successione matris: † sed cum tractat de successione patris aliud dicerẽ. Nam filie non totaliter excluduntur a bonis paternis propter masculos: sed debent dotari: non ergo potest dici ꝙ habeãtur ꝓ mortuis seu extraneis: sed ꝙ portio eis debita ab intestato redacta sit ad dotem: ⁊ si quid vltra sit totum pertineat ad masculos. iuxta no. in.l.sancimus.C.de nup. sicut igit hoc est in tota portione intestati cum testamentũ factum non est: ita dici debet in portione ipsius portionis.l.in legitima si factũ est testamẽtũ.ff.de rei vendi.que de tota.cum simi. Ex hoc dico ꝙ facto testamento ⁊ institutis masculis extra vniuersaliter: lʒ femine sint preterite non rumpunt ex quo a successione repellũtur: tamen faciũt numerum vt faciunt legitimam inter oĩes esse dimidiam si sunt vltra quattuor: qua dimidia inter omnes equaliter diuisa tam masculos q̃ feminas videbitur an portio tangens feminas sufficiat ad dotẽ vel non: ⁊ si sufficit in dotem cõputatur si dos nõ est tanta quãta est portio legitime residuũ accrescet masculis sicut residuũ totius debite portionis ab intestato: cum statutuʒ velit eas contentari dot̃: si vero non sufficiat vt plurimum cõtingit ꝯm consuetudinẽ loci ⁊ qualitatis ꝑsonarũ: q² certa dos est legata. vt.j.proxime tãgitur. ⁊ dos excedit partẽ legitimã ⁊ tunc quatenus deficeret ad dotẽ deberet extrahi de altera dimidia hereditatis: nõ aũt deberet aliqd detrahi de portione legitime debite masculis ne statutũ factũ in eorũ fauorem operetur in eorũ odiũ: ⁊ sic si extraneus esset institutus vniuersaliter cedet hoc in eius grauamen vel in grauamen fideicõ. vniuersalis si filij sunt instituti ⁊ grauati vel in grauamen legatarioruʒ qd est conuenientius q̃ in grauamen masculorũ qui tractãt de damno vitando ⁊ illi de lucro.l.fi.§.licentia.C.de iure delibe. de codicil.l.fi. Nõ sic est cũ agitur de successione matris q̃ non tenetur dotare filias: ⁊ sic ab ea success. filie sunt penitus excluse ab intestato: igitur concludendo dico ꝙ non cõputent in numero filiorum vt faciãt legitimam esse semissem vt dictum est: ⁊ hanc partem tenendo omnia plane procedũt ⁊ sine inuolutionibus. Uerum si tenere vellemus in casu nostro filias ꝑdictas in numero computatari: ⁊ sic ꝙ legitima oim sit semis totius hereditatis: dico ꝙ iste semis non pertinet totus ad masculum vt ipse petit: tunc eñ posset a quolibet legatario diminuere ꝓ rata: sed dico ꝙ in eo debet computari legatum factuʒ filiab⁹: ⁊ quatenus est vltra pertinet ad masculos. qd sic probo: si masculus vult ꝙ cõputentur in nũero ⁊ q̃ portiones legitime pertinentes ad illas accrescant ipsi masculo: necesse habet dicere ꝙ dicte portiones fuerint ipsis filiabus delate: sed ipse repudiasse censentur vt sic sit locus iuri accrescendi: al's si diceret nõ delatas non haberet locum ius accrescendi ꝯm ea que in principio dixi. Sed hoc ꝙ videãtur repudiasse non potest dicere nisi quando eis nil fuisset relictum: ⁊ sic essent excluse tã ab intestato q̃ ex testamento: sed postꝙ̃ est eis relictũ ⁊ acceptant pro repudiantibus haberi non possunt quatenus relictum est: ergo illud non accrescit masculo: q² non perfecte deficit.l.si duo. in prin.de iureiuran.coniuncta.l. qui repudiantis. de inoffi.test. ⁊ si dicatur dictũ legatũ censetur eis factũ vt extraneis: ⁊ non pro legitima ex quo nulla legitima eis debebatur: ⁊ sic de altera dimidia non de illa que debetur masculo pro legitima. Respondeo ꝙ immo vt filiabus non vt extraneis. arg.ff.de excu. tuto.l.tutor.§.que tutoribus.in fi. de castren. pecu.l. dotẽ. in fi.extra de testa.requisisti. Item pro legitima ad quã.⁊ si ex forma statuti non teneret: tenebatur tamen de iure cõmuni ex quo vt dixi proponimus ꝙ ius cõmune eis deferat per consequẽs defert eam vt debitam: ⁊ si ita est potius censetur mater legasse pro eo ad quod tenebatur saltẽ de iure cõmuni ⁊ de iure naturali q̃ gratis ⁊ pro eo ad quod non tenebatur.ff.de dona.inter vir.⁊ vxo.l.sed si vir lana. in prin.⁊ ibi not.in prima glo.de lega.iij.vxorem.§. pater naturalis. de peti. heredi.l.fi. si cum dotem.§.si pater.solut.mat. Item si dicatur licet ius cõmune deferat filiabus legitimam tamen eodem instanti eas priuat ⁊ ipsam totam attribuit masculo propter dispositionem statuti: igitur non debet esse in arbitrio matris ipsam masculo auferre ⁊ dare feminis.arg.C.de secun.nup. aut. lucrum hoc. Sed respondeo verum est ꝙ eodem momento quo defert eas priuat ⁊ masculo attribuit si reperit eas priuatas etiam a matre: sed si non reperit hoc non facit. Pro cuius euidentia considero ꝙ legitima defertur tempore mortis ⁊ non prius cum prius nulluʒ ius habeat fili⁹.l.j.§.sed impuberi.de coila.bono.⁊ not.in aut. si qua mulier.de epis.⁊ cle.eodẽ autẽ momento mortis concurrit dispositio testatricis attribuens: ⁊ etiam dispositio legis similiter attribuens. Primo aũt necessario sequi debet cum habitus debeat precedere.l.decem.de verbo.oblig.cum igitur dispositio matris necessaria precedat priuationem legis non sequtur dicta priuatio: preterea statutum permittit matri ꝙ possit quoquo relicti titulo relinquere filiabus si vult: ergo debet intelligi.s.de illa dimidia que est debita pro legitima non de altera: quia nullum haberet dubium.l.j.in fi.ff. ad muni.fuit ergo intentio statuti ꝙ filie non possent legitimã petere contra voluntatẽ matris vel preter: sed si ipsa mater vellet eis relinquere posset: ⁊ sic ꝙ relinquitur eis in dicto semisse cõputat: al's superflua fuisset permissio relinquendi quam facit statutum.

¶ Concludo ergo dicta legata deducenda esse de semisse debito ꝓ legitima residuum ad masculum petere. Laus deo.

¶ Dubia sequentis consilij.

¶ Ex premissis omnibus oriuntur plura dubia: videlicet

¶ Primo nunquid ex reuocatione facta per Joannẽ.xxiij. infringat vẽditio seu alienatio facta ꝑdictis.P.⁊ Ja. fratribus cõfirmata ꝑ litteras apostolicas quondã Bonifacij ⁊ Inno.

¶ Secũdo querit an littere emanate a Joãne.xxij.dicãtur vel dici possint in totũ vel in partẽ surreptitie maxime cũ de emologatione sñie lata per arbitros facta per añdictũ.B. abbatẽ eius proprio noĩe ⁊ sindicario noĩe cõuentus nulla fuerit facta mentio in supplicatione: immo fuit narrata expressa falsitas: q² fuit dictũ ꝙ non emologauerat dictã sñiam q̃uis eã approbauerit ⁊ emologauerit vt apparet ex instrumẽto ipsi⁹ sñie: itẽ maxime etiã cũ de iuramẽto ꝑstito in ipo cõpromisso nulla fuerit per antedictũ.B.abbatẽ in supradicta supplicatiõe facta mentio.itẽ ex eo maxime cũ in dicta supplicatione omiserit narrare qualiter in dicto cõpromisso fuerat ꝓmissuʒ ꝑ dñm.B.abbatem suo noĩe ⁊ noĩe dicti cõuentus de nõ petẽdo aliqd rescriptũ aut priuilegiũ seu de grã aliqua nõ impetrãda quomodolibet per se vel per aliũ neq3 impetratis quouis modo vti rõne alicuius enormis aut enormissimi damni siue lesiõis iuxta formam compromissi.

¶ Tertio querit an ꝑ dictã reuocationẽ Joãnis intelligat annullatũ cõpromissum factũ per partes in arbitros: ⁊ sententia arbitralis siue laudũ latum per ipsos arbitros: ⁊ ratificatio et emologatio postea secuta.

¶ Quarto querit an ex impetratiõe rescripti Joãnis pena cõsecuta in cõpromisso quo ad ipsos.B. abbatẽ ⁊ cõuentũ dicatur cõmissa ita ꝙ possit de iure peti.

¶ Quinto an dicti fratres vigore dictaꝝ lr̃aꝝ q̃s vltio impetrarũt a martino papa possint ⁊ valeãt aliqua forma tueri.

¶ Consilium.cclxxxvij.

1 ☞ Venditio rei ecclesiastice facta solēniter vel confirmata ita vt valeat non potest per alium papā retractari.
2 An ꝛ quādo papa vel imperator possit priuare queʒ dominio rei sue sine causa. ꝛ. 3.
3 Et ꝙ papa potest sine causa tollere beneficium vni ꝛ dare alteri: non sic potest in laicis.
4 Et littere dicuntur surreptitie si contractus iurati nō fiat mētio in supplicatione.



In christi nomine amen.

1 ¶ † Primū dubiū procedit presupposito valore dicte venditionis seu virtute primarum lrārū domini bonifacij seu virtute cōfirmationis postea facte per eū: si enim nō valuisset nō esset tractādū an infringeret per litteras Joānis. ff. de iniusto testa. l. nā ꝛ si sub conditione. §. post defectū. de despon. impu. ad dissoluendū. cū ibi not. procedit etiā presupposito valore dictarū litterarū Joānis: si enim presupponatur ꝙ sint surreptitie vt tangitur in scdo dubio cū nō valeant vel ipso iure vel ope excep. l. cū vero. §. subuentum. ff. de fideicō. liber. l. i. §. hec verba. ne vis fiat ei. de rescrip. c. ad audientiā. ꝛ. c. super litteris. de re iudi. cum olim. ꝛ qd ibi per Inno. clarū esset ꝙ venditionē predictā non infringerēt. de regu. iur. non prestat. sicut nec scdm testamētū inualidū tollit primum. ff. de liber. ꝛ posthu. si fili⁹ qui in potestate. de iniusto testa. cū in scdo. ꝛ. l. ij. in prin. Presuppositis ergo dictis duob⁹ videtur dicendū dictas lrās Joānis. xxiij. dictā venditionem infrīgere: propter latā ꝛ amplā potestatē pape qui potest etiā ius alteri quesitū auferre sine cā: lʒ nō debeat. xxij. dist. c. j. ꝛ ibi not. in glo. ꝛ in specu. de legato. §. nūc ostendendū. ver. lvij. et ver. lxxxix. vbi plura dicit de magnitudine potestatis pape dicens ꝙ apud eū est pro ratione volūtas: ꝛ qd ei placet legis hʒ vigorē: nec est q ei dicere possit cur ita facis[a]. xix. dist. in memoriā. de cōces. preben. proposuit. Cōtrariū tū puto verius: nam presupposita validitate contractus fuit translatū dñiuʒ dictarum possessionū in emptores cū fuerit ꝓcessum ad traditionē. C. de pac. l. traditionibus. qui emptores sunt mere laici: ꝛ non suppositi tēporali iurisditiōi pape: q2 nō sunt de terris suppositis ecclesie romane quo ad tēporalē iurisditionem. ꝭm id qd habetur in. c. per venerabilē. qui fil. sint legi. ꝛ iō papa non potest eis auferre tale dñium: q2 iste esset act⁹ iurisditionalis. ꝭm eā q̄ no. p Bar. in. l. fi. C. si ꝯ ius vel vtil. publi. quā exercere nō pōt in laicos nō subditos. d. c. per venerabilē. lʒ aliqn̄ fallat: scʒ in defectū superioris tēporalis vt ibi ptʒ in. c. lʒ ex suscepto. cū ibi not. de foro compe. in quo casu de presenti nō sumus: q2 locū habet in iudicando inter vnū ꝛ alterū non in auferendo
2 ius alteri⁹ nō subditi maxime sine cā. † Preterea videm⁹ ecōtra ꝙ lʒ de natura priuilegij vel legis sit vt possint ad nutū cōcedentis vel statuentis reuocari. c. veniēs. de prescrip. de cōsti. c. i. lib. vj. etiā si ex eis esset aliqd ius quesitū alteri. prout not. Bal. ꝭm Nico. mat. in. l. qui se patris. C. vnde libe. Si tū est quesitū ius nō subdito: puta ecclesie per legē vel per priuilegiū imperiale nō pōt imperator illud auferre ꝭm Inno. q ita sentit in. c. nouit. de iudi. super verbo theodosius. ꝛ Dominicus in. c. j. de cōsti. in vj. ꝛ Alb. ꝛ Rof. in. l. priuilegia. de sacrosan. eccle. Idē ergo dʒ esse econtra si per litteras papales quesitum sit ius laico nō subdito maxime qn̄ nō per viā priuilegij sed per viam ꝯtus qui de sui natura nō est retractabilis. C. de act. et oblig. l. sicut. ff. cōmo. l. in cōmodato. §. sicut. etiā si celebrat⁹ sit a principe. C. de legi. l. digna vox. per Cy. extra de proba. c. j. ꝛ per Bal. post Nico. de mat. in. d. l. qui se patris. in antepe. col. qui etiā dicunt ꝙ per viā cōtractus dicit̄ fieri quotiēs interuenit pretiū. C. de predijs cu. l. fi. lib. x. Sunt eñ potestates distincte. s. sacerdotalis ꝛ imperialis: ꝛ quelibet ipsarum fuit immediate a deo cōstituta. in aut. quomō opor. epis. in princi. cū ibi no. Nec alter in messem alterius falcem immittere dʒ. l. sicuti. §. aristo. ff. si ser. ven. Diuisum imperiū cū Ioue cesar habet. ꝛ ideo non alter plus sua parte dominationē interponere. ff. de acq.
3 heredi. l. duo. ꝛ. d. c. nouit. de iudi. cū concor. † Nec ob. allegata s. in cōtrariū: q2 debent intelligi sane. s. qn̄ vellet auferre dñiū vel ius alicui sibi subdito: puta vni ecclesie: tūc posset etiā sine cā lʒ nō deberet. vt not. in. d. c. j. xxij. dist. de religio. do. cōstitutus. ꝛ ibi not. in fi. glo. magne. vel alicui laico subdito sibi quo ad temporalē iurisditionē: ꝛ tūc posset eo modo quo posset imperator: scʒ subsistēte cā publice vtilitatis nō aliter. ff. de rei vēdi. itē si verberatū. §. j. de euic. lucius. ꝛ qd not. in. d. l. fi. C. si cōtra ius vel vti. pub. per doc. de consti. que in ecclesiarum. per Inno. q2 in illis terris ꝛ personis sibi subditis quo ad tēporalē iurisditionē exercet iurisditionē imperialē ex donatione imperatorū facta ecclesie romane. iuxta not. in. d. aut. quomodo opor. epis. ꝛ ptʒ in. d. c. per venerabilē. Nō ergo dʒ vel pōt vti aliter ꝙ potuerit vti imperator a quo habuit. ff. de regu. iur. l. nemo plus. de acqui. rex do. l. traditio. j. q. vij. daibertum. de iurepatro. c. qd aūt. de dona. inter vi. c. nuper. ꝛ sic diligēter sunt cōsiderādi tres casus. Nā aut q̄rit̄ an papa possit auferre alicui ec-
b clesie dñiū rei sue[b] vel aliqd ius illi quesitū: ꝛ clarū est ꝙ sic ex sola volūtate ꝛ sine aliqua cā: lʒ facere hoc nō debeat p ea q̄ habent̄ in. d. c. j. xxij. dist. ꝛ. d. c. cōstitut⁹. de capel. mona. de priuile. c. antiqua. Et rō est: q2 dñiū rerum ecclesiasticarum proprie loquēdo nō est apud aliquā eccl̄iam ꝑticularē sed apud xp̄m: vt not. Inno. de cā pos. cū sup. Cui⁹ papa est vicarius cū oīmoda potestate in terris: eo q2 eccl̄ia catholica cui⁹ xp̄s est caput est vna cui⁹ principatus est apud ecclesiā romanā que fuit a deo immediate instituta: cetere vero ecclesie tanq̄ riuoli fuerunt institute ab ip̄a romana ecclesia: vt. d. c. j. xxij. dist. ꝛ. xxiiij. q. j. c. loquit̄. ꝛ iō quicqd iuris est apud particulares ecclesias: est etiā apud papā: qui vt dicit Joan. moñ. est pater patrū: ꝛ cū omi p̄lato in potestate ꝛ iurisditione cōcurrit. vñ qn̄ aufert rē alicui particulari ecclesie potius dicit̄ auferre administrationē ꝙ dñiū. extra de dona. c. ij. q2 dñiū est poti⁹ apud ip̄m papā cū sit apud xp̄m cuius ipse est vicarius vel apud ecclesiā catholicā q̄ est vna cuius ipse est princeps per illa verba xp̄i ad Petrū: pasce oues meas. ꝛ ideo in casu nostro posito ꝙ venditio facta per primas litteras nō valuisset: q2 nō fuisset seruata forma litterarū. de rescrip. cū dilecta. q2 nō inqsiuissent illi de cōtētis in supplicatione. arg. ff. de reb. eorum. l. magis puto. §. si es alienū. de trāsac. cū hi. §. si pretor. saltim rōne cōfirmatiōis postea subsecute: ꝛ per sublationē oīm defectuū factā scienter ꝙ facere potuit de his q̄ ꝯsistebāt in iure positiuo. ff. de excu. tu. l. idē vulpi. §. sunt qdā. fuit dicta venditio confirmata ꝛ effecta valida. ff. de adopt. l. adoptio non iure facta. de rebus eorū. l. ij. extra de transac. c. j. vt ex tp̄e cōfirmationis nō vt retro. per. l. iij. §. fi. ff. de offi. ꝓcō. q2 hoc casu q cōfirmauit dedit eo q2 prius datū nullā habebat subsistentiā plenā vel semiplenā. iuxta ea q̄ plene habent̄ ꝛ no. in. l. ꝛ q2. ff. de iuris. om. iudi. Et q2 om̄ia nr̄a facimus quib⁹ nostrā autoritatē impartimur. C. de vete. iur. enucleā. l. ij. §. omia enim ꝛc. Unde sicut si papa per seipsum dicta bona vēdidisset vel donasset dictis laicis sine dubio valuisset ꝛ fuisset in illos dñium trāslatū per rōnē quā. s. dixi ita ꝛ nūc. aut querit̄ an possit auferre dñiū alicui laico nō supposito sue iurisditioni tēporali: ꝛ tunc est dicendū ꝙ nullo modo etiā cū cā nō pōt p rescriptū cū talē actū iurisditionalē nō possit in ipsuʒ exercere. vt. s. dixi. Et iste est casus noster ꝛ idē dicendū est in clerico qui non esset subditus nisi ratione clericatus: vt q2 nō esset de terra supposita tēporali iurisditioni pape. nam dico ꝙ dñiū rei quā nō haberet vt clericus sed vt laicus quilibet puta ex successiōe vel suo ꝯtu aliūde ꝙ de bonis ecclesie sic non posset sibi papa auferre sicut nec alicui laico cū habeat vt laicus. arg. ff. de adop. si pater. §. j. ad exhibendū. l. de eo. §. fi. cū simi. ¶ Aut queritur an possit auferre dñiuʒ alicui laico supposito sue tēporali iurisditioni: ꝛ idem de clerico similiter supposito: ꝛ tunc est distinguendū eo modo quo distinguit̄ in imperatore. An cū cā cōcernente publicā ꝛ vniuersalē vtilitatē vel sine cā ꝛc. ꝛ alijs modis prout distinguit̄ plene in. d. l. fi. C. si cōtra ius vel vtilitatē publi. per doc. ꝛ iste nō est casus noster: q2 posito ꝙ isti emptores essent de tali iurisditione pape: tū subsistebat iusta cā concernens publicā ꝛ vniuersalem vtilitatem in auferendo eis: sʒ dūtaxat ipsius monasterij: ergo ꝛc. per not. in. d. l. fi. Unde cōcludit̄ ex predictis ꝙ lʒ Joan. xxiij. videatur voluisse auferre dictis fratribus ius eis quesitum ex dicta venditione vel ex laudo: non tamen pōtuit per iam dicta: etiā si sua reuocatoria nō esset surreptitia. ꝛ hec de primo ꝛ principali dubio.
4 ¶ † Quantū vero ad secūdū dubiū qd procedit presupposito ꝙ cessarent ea que. s. proxi. dixi. ꝛ ꝙ papa potuisset dictam venditionem ꝛ laudū infringere. dicendū est clare ꝙ non infringit q2 eius littere sunt surreptitie propter expressam falsitatem et tacitam veritatem ꝭm ea que narrātur in dicto secūdo dubio. Quis enim dubitat ꝙ istud habuit mouere animū pape: scʒ ꝙ Abbas non emologauerat sententiam arbitralem cū tū emologasset: si enim hoc expressisset verisimile est ꝙ papa sibi aditum preclusisset ne cōtra suū factū veniret saltim in penā eius. arg. eorū que notant̄ in. c. diuersis fallacijs. de cleri. coniuga. ꝛ de fil. presby. c. veniens. ꝛ. ff. de adop. post mortē. q2 inconstantia reprobat̄ maxime in clericis. de renū. cū illusio. in clemē. Similiter q2 omisit facere mentionem de iuramento prestito in cōpromisso ꝙ si fecisset verissimile est ꝙ papa noluisset esse autorem periurij. arg. eorū que not in regula ꝙ semel. de reg. iur. in mercu. ꝛ per Bar. in. l. si qs in prin. testamenti. in. iij. col. ff. de leg. iij. Modica enim taciturnitas vitiat tales lrās. ff. de in ius vocan. l. sed si hac. §. patronū. de natali resti. l. j. de rescrip. ad audientiam. ꝛ. c. super litteris. Preterea iste lr̄e cū sint alteri piu dīciales

Additio.

a ¶ Cur ita facis. Aduerte tū ꝙ nō p̄t facere legē ꝙ clerici ꝯueniri possint corā iudice seculari: a q2 anteq̄ esset petrus nō erāt cleci subiecti seculari. p illd dei. Nolite tangere ꝛc. ita no. dixit Ludo. ro. sing. cccc xiiij. incip. sʒ an pōt. p gl. quā dicit singulareʒ in c. si ip̄ator. xcvj. dist. ꝛ ꝓsequitur And. bar. in cōsi. xlv. inci. mandato ꝛ iussu dño rum. in. i. col. in ij. volu. N. F.

b ¶ Sue. Vide oīno do. Mari. sozi. in cōsi. viij. inci. pn̄s. ver. tertiodecimo. in. j. pte. ꝛ do Bar. sozi. eius do. Mari. filiū. in consi. clxix. inci. circa primū. v̄si. scdm tʒ ibi Abb. ibi. nā videm⁹. ꝛ ī cōsi. cclxxxv. inci. re. d. circa fi. p̄nci. in. j. parte.

diciales nō valēt parte nō vocata.l. nā ita diuus.ff.de adop.⁊
l.i.⁊ fi.de nata.resti.l.nec auus. de emanci.libe.cum si.
¶ Et ex predictis p3 rñsio ad tertium quesitum: q2 laudum ꝑ
dictas litteras non fuit reuocatum.
¶ Super aliis dubiis non expedit insistere. Laus deo.

¶ Casus.

¶ Ex forma statuti sufficit ꝙ tpe commissionis fiēde siue facte
dominus Michael foret de ciuitate dñi ptātis: nec tollit ꝙ si de-
sineret esse de curia dñi ptātis quin postea cōsulere ⁊ procedere
possit sup cōmissione sibi facta: cū semel eius persona extiterit
approbata prout ex lectura dicti statuti potest apparere in v̄si.
deinde iusdicēs magistratus vel assessor ⁊c. Tandem premissis
aliqualiter ⁊ attentis ꝑ dñm Joānem petrum vicariū antedi-
ctum corruptū extitit in effectu ad pronuntiandū ⁊ declarandū
executionē petitā fieri non potuisse nec posse obstantibus oppo
sitis ⁊ exceptis pro parte dicti Armani ⁊c. A qua tamen pronū-
tiatione ⁊ declaratione pro parte dictorū de orsatis prouocatū
⁊ appellatum extitit ⁊ de nullitate dictum maxime afferēdo fuis
se excessuz in exequēdo ex eo quia admittere recusauit exceptio
nes ⁊ defensiones factas pro parte ipsorum de orsatis ⁊c. vt. s.
⁊ etiam q2 nō poterat reuocare executionem ⁊ licentiam iam cō
cessam ⁊c. ⁊ etiam attentis ⁊ cōsideratis aliis rationibus ⁊ cau-
sis que in ipsa nullitate ⁊ appellatione deducte fuere. Pro nūc
inter cetera petitur consuli debere super predictis quid iuris: et
maxime super articulis infrascriptis.
¶ Primo an a tali asserta ꝓnuntia ⁊ declaratione fuerit ⁊ sit li
citum appellare vel de nullitate dicere.
¶ Scdo an possit opponi nullitas sententie late de consilio do
mini Michaelis maxime si nō ꝓueniat ex defectu iurisditiōis.
¶ Tertio an dicta sententia lata de consilio dicti dñi Michae
lis dici ⁊ censeri possit fore nulla: eo respectu: quia dictum con-
silium ipsius do. Michaelis datum ⁊ presentatum fuerit eius
officio iam finito ⁊ añ eius absentationez. ⁊ hoc vigore dicti sta
tuti de ordine iudiciorum ciuilium causarum. in ver. item ꝙ si
contingat magnificum ⁊c.
¶ Quarto p̄supposito ꝙ sit valida an eius executio impedia-
tur ꝑ sententiā latam ꝑ dictū dñm Joannem de antegnate.
¶ Quinto an attēto p̄cepto facto dicto Armano ad ꝯdicendū
ne dicta snīa lata de ꝯsilio dicti dñi Michaelis executioni mā-
daret: ⁊ attentis exceptis ⁊ replicatis ꝑ partes ⁊ executiōe post
ea subsecuta debuerit vlterius iudex exceptiones dicti Arma-
ni audire: vel etiam eas debuerit ante executionem admittere.
¶ Sexto an dato sine p̄iudicio veritatis ꝙ dicta executio ⁊ li-
centia concessa fuisset iniqua ⁊ non concedenda: an ex quo iam
concessa fuit potuerit ipse dñs vicarius eam reuocare ⁊ ꝓnun-
tiare non exequendo prout pronuntiauit.

¶ Consilium.cclxxxviij.

1 ☞ Qualiter a pronuntiatione ⁊ snīa de exequēdo possit ap-
pellari cā grauaminis expressa.
2 Si statutū apponit tp̄s ad appellandū ⁊ ad dicēdū de nullita-
te sentētie si inchoetur appellatio ⁊ labat tp̄s statuti nō poterit
dicere de nullitate appellans: l3 secus de iure cōi: q2 elapso ter-
mino ad appellandum potest dici de nullitate.
3 Si statutum requirat cōmissiones fieri alicui de curia potesta-
tis: ⁊ sic habenti aliquam qualitatem sufficit eam qualitatem
adesse tempore commissionis.
4 Sentētia erronea ⁊ sine ratione lata pro vno ex correis deben-
di non prodest alteri quem creditor obtinuit condēnari ꝑ aliaz
sententiam. ⁊ quid de eo qui soluit coacte alteri ꝙ creditori an
prosit alteri correo.
5 Et iudex cōmittens executionem fieri reiectis exceptionibus
oppositis videtur interloqui etiam super exceptionibus ꝙ sint
illegitime.

1 In christi nomine amen.

¶ † Ad primum rñdet ꝙ a dicta pronuntia ⁊ decla-
ratione potuit ⁊ licitum fuit appellare dūmō in ap-
pellatione fuerit inserta legitima cā grauaminis: puta q2 fue-
runt admisse exceptiones minus legitime ad impediendū exe-
cutionem sicut potuisset appellari econuerso a pronuntiatione
cōtraria. s. de exequēdo snīam cuz insertione cause contrarie. s.
q2 non fuissent admisse legitime exceptiones habentes execu-
tionē impedire: vt no. Cy. in. l. ab executione. C. quor appel. nō
reci. Bar. in. l. ab executore. circa prin. ff. de appel. In hoc enim
a excedit modus executionis: ꝓpter quē excessum licitum est ap-
pellare a pronuntiatione de exequēdo[a]: vt ibi habetur in text.
⁊ glo. ꝑ doc. fortius a pronuntiatione de non exequendo a qua
non reperitur expresse prohibitum appellare: licet reperiatur ꝓ
hibitum appellari ab executione: non enim debet vni parti lice
re qd alteri nō liceat: vt in regula iuris. ꝙ ergo dicunt iura non
licere ab executione appellari debet intelligi non expressa legiti
ma causa: sicut nec ab alia interlocutoria: quoniam executio et
pronuntia de exequendo vel non exequendo interlocutoria est
in cuius appellatione requiritur legitime cause insertio. l. ait p̄-
tor. §. permittitur. ff. de mino. sed cum insertione legitime cause
sic: ⁊ hoc est qd in dictis legibus subiicitur nisi modus exceda-
tur f̄m ꝙ glo. ⁊ doc. in dictis legibus videntur intelligere. perti
nebit aūt ad iudicem appellationis cognoscere an cause in ap-
pellatione inserte sint legitime vel nō: ⁊ sic an dicte exceptiones
debuerint admitti vel non admitti non ad iudicem exequentez
a quo appellatur. iuxta no. per glo. ⁊ doc. in. l. j. ff. nil no. appel.
pen. ⁊ si iudex exequens reputat eas non legitimas potest non
obstante appellatione procedere in executione quousq3 sibi fue
rit per iudicem appellationis inhibitum: sicut in appellatione
ab aliis interlocutoriis cōtingit in. c. non solum. de appel. li. vj.
⁊ si reperiantur nō esse legitime pronūtiabit non potuisse appel
lari. Idē ⁊ fortius si nullas exp̄ssit causas: al's pronuntiabit cō
trariā ⁊ reuocabit attentata. Et ista vident esse de mente docto
rū in dictis legibus si bñ inspiciaut: sicut ergo si fuisset appella-
tum a pronuntiatione de exequēdo cum exp̄ssione cause vel cau
sarū nō deberet iudex appel. pronuntiare appellationem nullā
ꝓpter hoc solum ꝙ interposita est ab executione vel a pronun-
tiatione de exequendo: sed solum ex eo: quia cause inserte non
sunt legitime vel non sunt vere: vt no. in. d. c. nō solum. in glo. su
ꝑ verbo diffinitiuam: vt quia exceptiones opposite nō habebāt
executionē impedire: licet nulla cū expressa in appellatiōe bene
posset iudex appellationis ꝓnuntiare eā nō tenere ꝓpter dictaz
cām: quia interposita est ab executione a qua sine iusta cā non
pōt appellari: ita ⁊ si fuit appellatum a ꝓnuntiatiōe de exequē
do in omnibus ⁊ ꝑ oīa: qm̄ ꝓcedunt ad paria. cōcludit ergo di-
ctam appellationē non esse nullā dūmō facta fuerit in scriptis
⁊ cum insertiōe cause vel causarū q̄ sint legitime ⁊ fuerint repte
vere. ⁊ legitimas dico esse si exceptiōes opposite non habebant
executionē istius snīe impedire. ⁊ hec de primo dubio.
2 ¶ † Circa scdm sine dubitatione dicēdū est non posse nunc alle
gari de nullitate dicte snīe late de consilio dñi Michaelis q̄ nūc
petitur executioni mādari: quia statutū p̄figit terminuz sex die
rū ad appellandum ⁊ ad dicēdum de nullitate ⁊ exp̄sse disponit
ꝙ vltra istū terminū nō possit: ergo ⁊c. iuxta no. ꝑ Innoc. in. c.
cū in tua. qui matri. accu. pos. cōstat autē statutum potuisse hoc
facere īter subditos. l. omnes populi. de iusti. ⁊ iur. ar. l. si ea. C.
¶ †Dico ꝙ ista Guilielmina vxor ⁊ heres bartholomei vltimo defuncti potest primo ex psona dicti bartholomei detrahere de ista hereditate legitimam q debebat Jacobo filio testatoris cui dictus Bartholomeus successit ex pupillari substitutiōe. Et hoc p talē rōnez. Nam ipse bartholomeus papillariter substitutus nō potuit in plus grauari p illā substitutionē fideicōmissariam. Si decederet sine liberis ⁊c.ꝙ potuerit grauari ipse filius pupillus:si tn̄ decessit dictus Bartholomeus post pupillarez etatē filij:id est dicere qđ si eo tpe quo decessit filius si viuere excessisset pupillarem etatez.vt.ff.de le.j.l.qđ fideicōmissum.⁊ ibi per Dyn. Sed ipsius filius per fideicōmissum non potuisset grauari in legitima.vt plene no.per Cy.C.de inoff.testa.l.ex tribus.quia legitima tanꝙ es alienum ⁊ propium patrimonium filij non cadit in fideicōmissum.ff.de vul.⁊ pup.l.coheredi.§.cum filie.de adop.l.si arrogator.§.sed an impuberi.de leg.ij.cum patronus.de inoffi.testa.l.papi.§.si quis impubes.C.eo.tit.quoniā in prioribus.ff.ad.l.fal.l.patrēfamilias.in prin.immo reijcit tale onus ipso iure ⁊ remanet legitima pura:vt no.ff.de here.insti.l.suus quoqz.in prin.C.de insti.⁊ sub.l.si pater.per glo.adueniente tn̄ conditione fideicommissa.substitutionis de residuo detrahitur quarta trebellianica.iuxta no.ff.de inoff.testa.l.papi.§.meminisse.per glo.⁊.C.ad legem fal.l.ꝙꝙ.⁊ in c.raynutius.⁊.c.raynaldus.de testa.que omnia cum locum haberent in persona filij si conditio substitutionis fideicommissi aduenisset:locū etiā habent in persona substituti pupillaris ⁊ etiam Guilielmine eius heredis:vt.d.l.qđ fideicommissum.⁊.l.si fundum.§.fin.de leg.j.⁊.ff.de leg.iij.l.heredem. ¶ Ex quibus sequitur ꝙ dicta Guilielmina de dicta hereditate potest detrahere dimidiā:secus si bartholomeus decessisset ifra pupillarē etatem filij. Nam tunc legitima filij caderet in fideicōmissum:⁊ sic non posset detrahere nisi vnā quartam trbellianicam:vt plene no.per Cy.in d.l.ex tribus.C.de inoff.testa.

2 ¶ †Secundo dico ꝙ si bernardus dotauit filiam de bonis communibus cū Bartholomeo potest similiter detrahere portionē que ꝯtingeret Bartholomeo rōne societatis.nam socius nō
a potest dotare filiam suam de bonis cōmunibus[a] nisi sit actū expresse.ff.pro so.l.si socius.p filia.vnde dictus Bernardus erat obligatus bartholomeo pro quātitate que ipsi Bartholomeo cōtingebat actione pro socio:⁊ per cōsequens Jacobus eius filius:q̄ qđē actio lz fuerit extincta adeūdo hereditatez dicti Jacobi ex pupillari substitutione:tn̄cū hereditas venit ad casum restitutionis pōt illud qđ debebatur deduci tanꝙ es alienū.ff.ad treb.l.debitor.§.fi.⁊ no.e.l.in fi.prin.p Bar.⁊.ff.de sol.l.stichum.§.aliqn̄.facit.l.a filia.post prin.ad trebel.⁊ de cōdi.inde bi.l.si is q hereditatē.⁊ de inoffi.testa.l.eum qui.§.fi.

¶ Tertius si dictus Bartholomeus soluit aliqua legata de ppria pecunia quorū legatorū onus pertinebat ad filium testatoris similiter pōt deduci:qꝛ dictus filius testōris erat obligat⁹ p illa pecunia dicto Bartholomeo actione negotioꝝ gestorum.ff.de neg.gest.l.q vtiliter.§.fi.que actio licet fuerit cōfusa p aditione tn̄ hz locū retētio:vt.s̄.proxi.dictum est.

Et idē dico de pecunia quā exposuit pro funere testōris nā ad illam habebat obligatum pupillum tanꝙ heredem eius.ff.de relig.⁊ sumpti.fune.l.at si quis.§.j.eadem sunt dicenda que in superioribus.pro eo vero qđ exposuit in funere ipsi⁹ pupilli nullam hz retentionem:qꝛ cum Bartholomeus esset heres pupilli ex pupillari substitutione ptinebat ad ipsum onus funeris:vt d.l.at si qs.§.fi.de re.⁊ sump.fune.tn̄ non potest ab alio repetere qđ sibi incumbebat. Laus deo.

¶ Consilium.cclxx.

1 ¶ Heres tutoris tenetur reddere rōnem administrate tutele:⁊ si petat aliqđ ab eo cui erat rō reddēda ante:⁊ qn̄ possit opponi cōpensatio de administratis ꝯtra heredē tutoris petentem.

2 Stante statuto ꝙ filia dotata nō succedat ab intestato an possit fieri pactū ꝙ dos reuertat̄ ad dotantem vel eius heredes ita vt preiudicet̄ legitime ipsius filie dotate.

3 Mater que non petijt tutorē infra annum an semper priuet̄ successione filiorum:⁊ quid si ipsa administraret nō decreta sibi ad ministratione tutele.



In christi nomine amen.

¶ Iste qui formauit casum omisit aliq̄ substātialia declarare:⁊ aliqua superflue posuit:⁊ ideo nō possum determinare. Respondetur tamen ƀm illa que possum pcipere.

¶ Ista Alasecunda petit a Banseta ex psona matris sue duo. Alasecūda primo petit dotem dicte matris sue quā dicit esse i bonis dicte Bāsete ⁊ ad quam pater dicte Bāsete restituendū tenebatur cū ad eum peruenerint omnia bona Alberti primi defuncti filiorum ⁊ nepotum. Scđo petijt portionez heredi.de bonis Blaccacij ⁊ duarum sororum quibus dicta mater successit vna cum Alberto patre dicte Bāsete. Quo ad primaz petitionem Banseta videtur se defendere vigore duplicis compensationis. ⁊ primo:qꝛ dicta mater per.xv.ānos.administrauit bona patris sui Alberti de q̄bus nō reddidit cōputū.vn̄ cum esset obligata ex dicta administratiōe:⁊ ꝯn̄s alascđa ei⁹ heres petijt dotē cū dicto debito cōpēsari. Querit̄ ergo hic de duobus.

1 ¶ †Primo postꝙ probat̄ dicta mater administrasse p dictū tēpus ⁊ rōne nō reddidit.vtrū Alascđa eius heres teneat̄ rōnem reddere. Et ad hoc r̄ndeo ꝙ sic.vt.C.de neg.ge.l.curatoris.⁊.l.curatorem.ff.de fideius.tutorū.l.j.⁊.l.fi.⁊.C.de heredibus tutorum.per totum.tenetur aūt de dolo ⁊ lata culpa dicte matris ⁊ de eo qđ ad dictam Alasecūdā puenit de dicta administratiōe.vt dictis iuribus habetnr.

¶ Secundo queritur vtrū de hoc debito rōne administrationis qđ adhuc nō est liquidatum:qꝛ non sunt reddita computa
b possit opponi cōpensatio[b] per Bansetā. Respondeo super hoc debet iudex considerare vtrū debitum dicte dotis que petitur p Alasecundā sit liquidum per cōfessionem tantum Bāsete. Nā tunc expectabitur ꝙ debitum administrationis liquidetur ⁊ sic fiet cōpensatio. ar.ff.de iureiur.l.eum q.an per instrumentum vel alio modo:⁊ tunc si pōt de proximo liquidari. idem ar.ff.de doli excep.l.apud celsum.§.si quis autem:al's autez de liquido ad non liquidum qđ non pōt de proximo liquidari non admittitur compensatio.vt.ff.de cōpen.l.fi.⁊ ibi no.per doc.

¶ Secūdo allegat compensationem in alio. Nam dicit ꝙ dos Cōstantie filie Alberti primi defuncti vigore pacti appositi in dotis cōstitutione debeat redire ad heredes dicti Alberti si Cōstātia decederet sine liberis que ꝯditio euenit.vnde cum Albertus pater dicte Bāsete fuerit heres dicti primi Alberti ⁊ p ꝯn̄s ipsa Bāseta:vt.C.de heredi.insti.l.fi.⁊.ff.de vulg.et pupil.l.paterfamil'.primis tabulis.ergo debet ad eam redire.cuz ergo

a ¶ Cōib⁹. Vide.d.bar.sozi.in consi.ccxiij.icip.in psenti.ver.circa aliam dubitatioiē.i.ij.parte.⁊.d.pet.phi.cor.in cōsi.lij.incip.quāuis.p totuz.in.iij.parte.⁊.d.Alex.de imo.in ꝯsil.ciij.in.i.⁊.ij.col.in.iiij.parte.⁊ in cōsi.lxxxvij.p totū.in.iij.parte.cū subscriptionib⁹ ꝙplurimorum doc.

b ¶ Cōpēsatio. Adde tn̄ ꝙ vbi cōpensatio locuz nō hz ex retētiōe suppleri pōt. vt p.d.pe.phi.cor.in cōsi.lxi.incip.visa.i lra.M.ad fin.ver.in tertia parte.⁊ ad id qđ hic dicit Paul.adde.d.Mari.sozi.in ꝯsi.xxix.incip.visis.⁊ sic accedit ad hec regula.

Alasecũda sit heres mariti dicte Constantie q ad dictã dotẽ restituendã tenebaẗ: ergo ⁊ ipsa teneẗ: ⁊ ideo dꝫ vna dos cuꝫ alia compẽsari. Queriẗ qd iuris. Rñdeo ꝙ dicta Alasecũda fuit heres primi Alberti vna cũ fratribus ⁊ sororibus suis sicut Albertus ex cuius persona venit Bãseta in stirpem ex ꝑsona guilielmi patris eoꝝ: ⁊ ideo pro illa parte ꝑ qua succedit dꝫ ad ipsam ꝑdicta dos redire: neqꝫ põt pro illa pte opponi cõpensatio. ad hoc. ff. de le. j. ab oĩbus. §. si a titio. ꝑ alijs vero portiõibus que tãgerent dictã Bãsetã ex ꝑsona patris sui cõsiderãda sunt que statim dixi. s. vtrũ ambo debita sint liqda vel nõ: ⁊ vtrum ambo sint debita pecuniaria vel altera cõsistat in spẽ: quia tunc nõ ad mitteret cõpensatio. ff. de pig. act. l. si cõuenerit. ⁊ hoc si dos dicte Cõstãtie est apud Alasecũdam. si vero sit apud Bansetam qđ in puncto mihi trãsmisso non declaraẗ: sed vtrũqꝫ innuitur. tunc potest dicta Alasecũda petere partẽ sibi cõtingentẽ tanꝙ vni ex heredibus ꝑsupposito ꝙ ordinatio facta per Cõstantiaꝫ de dicta dote non valeat: sed an valeat vel nõ oporteret videre verba instrumenti in quo fuit dos cõstituta ⁊ illam ordinationem: ⁊ vtrum dicta cõstantia dictã dotẽ habuerit de bonis paternis causatam ꝙ sufficiat ad sententiam vel non.

2 † Nam in qbusdã locis sunt statuta vel cõsuetudines ꝙ filia dotata nõ succedat ab intestato: ⁊ si ita esset in casu nostro pactũ appositum in ipsa dotis cõstitutione ꝙ si decederet constantia sine liberis rediret dos ad heredem dotantis saltim vsqꝫ ad legitimam nõ potuisset ꝑiudicare constantie nisi consensisset. C. de inoffi. test. l. quoniã in prioribus. q̃ omnia fuerũt omissa in cã narratiõis.

3 ❡ † Scđo petit Alasecũda portioneꝫ q̃ cõtingebat matri eius in bonis fratris ⁊ sororũ Alberti quibus successit vna cũ Alberto: econtra dicitur ꝙ dicta mater fuerat priuata[a] dicte successionis: qꝛ nõ petierat illis liberis tutorem infra annũ sup hoc fuisset declarãdum vtrũ dicti filij decesserint impeberes vel puberes. Nã primo casu esset ꝑuata: scđo nõ: vt. ff. ad tertul'. l. mfes. Itẽ fuisset declarãdum vtrũ dicta mater lꝫ tutores nõ petierit administrauerit bona Alberti etiam si nõ fuerit decreta tutrix. Nã tũc tenent qdã ꝙ priuareẗ: vt no. ff. q perãt tutores. l. credendum. Sed cõtrariuꝫ est verius. ff. ad tertul'. l. ij. §. si mater. v. ꝙ si pater. ⁊ ibi no. i gl. nõ eni sufficit administrare nisi legitime administraret: qꝛ ꝑ talẽ simplicẽ administrationẽ nõ ita cõsuliẗ pupillo cũ non possit actiones mouere: ⁊ alia exercere q̃ posset si esset decreta tutrix. vt. ff. de nego. gest. l. q̃ aliena. §. ꝙꝙ. Super eo vero qđ q̃ritur vtrum mater dicte Alasecũde potuerit istud vltimum testm̃ facere cũ primum fecisset ⁊ iurasset ipsum nõ mutare. certũ est ꝙ sic etiã nõ obstãte iuramẽto: vt no. plene ꝑ Bar. ff. de leg. iij. si qs in prin. testi. ⁊ ꝑ Inno. de ꝑbẽ. c. dilecto. xiij. q. ij. c. vltima volũtas. ⁊ ita disputando tenuit Ioã. an. ❡ Item cum queriẗ vtrum donatio facta per illas mẽsales in Albertuꝫ ⁊ eius heredes masculos sit finita: qꝛ decessit albertus sine heredibus masculis. Rñ. non: quia semel sumpsit effectum in ꝑsona alberti. ar. ff. ad treb. l. ex facto. §. si qs autẽ. ⁊ C. de insti. ⁊ sub. l. heredem. facit. de le. iij. l. eum pater. §. quindecim. si igitur ꝑdicta non sufficiunt mutatur casus magis per extensum ⁊ magis clarus cum omnibus monumentis. Laus deo.

Additio.

a ❡ Fuerat priuata. Adde lud. Ro. sing. 219. incipi. tu habes ꝙ maẗ. vbi an mater priuetur tutela filioꝝ ꝑhendo secũdas nuptias ꝑ vba de ꝑsenti: lꝫ non traducaẗ. Et qbus casib⁹ nõ priueẗ successione filij si nõ petat tutorẽ. vide eũdem Ro. sing. 104. incipi. scđo q̃ro si mẗ. D. F.

b ❡ Vel q̃ttuor. Adde do. bart. soꝛi. in ꝯsi. clxxj. incip. diu. v. con firmaẗ nam. i. ij. parte.

c ❡ Recurritur. Vide. d. pe. phi. soꝛ. i ꝯsi. xxviij. incipi. al's. ꝑ totuꝫ. in. j. parte.

❡ Consilium. ccclxxj.

1 ❡ Ad probãdã instrĩ falsitatẽ tres saltez testes reqrunẗ q deponant sensu corporeo nõ aũt intellectus iudicio.

2 Duo testes ꝑbant tenorẽ instrumẽti qñ nõ producitur aliquod instrumẽtũ: secus qñ ꝑduciẗ ⁊ testes dicũt aliud instrumentum esse alterius tenoris: nã stãdũ est ꝑducto: ⁊ an copie credaẗ si discordat cũ originali: qꝛ ꝑbatio redarguẽs de falso debet esse potentior ea de qua in contrarium opponitur.

3 Si testis dicat se audiuisse ea q̃ deponit ab omnibus: ⁊ notari⁹ scribat a pluribus an ꝑpterea sit falsarius: ⁊ an notarius possit adiuuare dicta partium addendo aliqua verba.

4 Si testis deponat per verbum scio: qꝛ pñs. ⁊ notarius scribat ⁊ addat prout credit an ꝑ hoc dicatur imutasse veritatem vt puniatur de falso.

5 Dubitans parum discrepat a negante.

Ratio sanguinis ꝑualet dolo ⁊ ideo excusatur notarius qui voluit parcere honori paterno etiã si al's de dolo posset puniri: qꝛ potius rõne sanguinis ꝙ dolo fecisse iudicandus est.

Falsum non cõmittitur sine dolo.



In christi nomine amen.

❡ Premittendum est ad euidentiam dicendoruꝫ ꝙ hic agitur de falsitate huius dispositiõis secrete que dicitur in aliquibus verbis mutata: vt in verbo omnibus: loco cuius dicitur positum pluribus. Quedam vero dicuntur addita vt verba illa prout credit ⁊c. Si igitur falsitas huius probatur tunc notarius venit puniendus non aliter: ⁊ in hoc stat substantia huius facti. Modo dico falsitatem huius scripture non esse probatam: ⁊ per cõsequens notarium non puniendum. ⁊ hoc ꝑbo multipliciter. Primo ex defectu numeri testiuꝫ. Scđo ex defectu depositionis eorũdem. Tertio ex ipsa falsi proprietate et natura. Quarto ex proposito ⁊ inteutione notarij scribentis.

1 ❡ † Circa primũ sciendũ ꝙ lꝫ hic plures testes sint recepti: duo tamen tantum videntur appropinquare ad probationẽ falsi: vꝫ Andreas fabri. ⁊ Bouitus graisse. Isti enim tantum deponũt se vidisse originalem informationeꝫ in qua non erant ista verba que sunt in ista que asseritur originalis. Alij vero testes de illa nil dicunt. Sed tantum ꝙ eis videtur ꝙ illa verba vt crediẗ nõ cõcordant cum suis depositionibus vbi redditur ratio ꝙ ꝑsens fuit ⁊c. Et sic testificantur de eo qđ ꝑcipitur iudicio intellectus non sensu corporeo. vnde potius videntur iudices ꝙ testes. Et ideo non est eis credendum. vt ple. no. Inno. de testi. cũ causaꝫ. Nihil enim mali dicunt notarium fecisse sed illa verba nõ bene sonare. hoc autem potuit esse ex defectu illius testis deponentis qui ⁊ si varia deponat notarius tamen scribere debet nec ꝑ hoc dicitur falsarius: immo falsarius potius diceretur si ommitterent. facit quod no. Inno. de proba. quoniam contra falsam. dicunt etiam illud folium in qua dicta informatio scripta est non esse de eodem papiro cum sequentibus nec de eodem signo. Sꝫ hoc non probat falsitatem notarij: quia ipsam non cõcludit necessario. ff. ne quis eũ qui in ius voca. est vi. exi. l. pe. §. docere. C. vnde cog. l. non hoc. ❡ Patet duos tantuꝫ testes appropinquare ad probationem falsi. Sed certe duo testes non sufficiũt ad reprobandum scripturam notarij de falso: sed requiruntur

b tres vel quattuor[b]: vt ple. no. C. de fide instr. l. in exercendis. de cõtraben. stipu. magnam. de fide instru. c. cum Ioãnes. Et si qs bene inspiceret ista leuis ratio sufficeret pro absolutiõe dicti notarij: quia nisi scriptura de falso redarguatur non potest notari⁹ dici falsarius. Et hoc est clarum sed altiora petamus.

2 ❡ † Et dico scđo hic deficere probationem falsi ꝑpter defectum depositionum: qꝛ hi duo testes non probant qđ intenditur. dicitur em̃ notariũ verba depositionis mutasse ⁊ addidisse que non erant in originali secreta quã isti testantur se vidisse. Sed nunc non apparet nisi copia eius. hoc autem directo probareñ duobus modis. primo si deponerent testes se vidisse notarium hoc facientem. secundo si produceretur illa quã isti asserunt originalem ⁊ facta comparatiõe ⁊ ambabus inspectis iudici de hoc cõstaret. Sed neutro ipsorum modorũ fit hic probatio. Sed quia non producitur prima: sed isti asserunt se vidisse tenorem. Sed cum ista constet illa vero non appareat huic standum est ⁊ credendum istam esse veram ⁊ originalem depositionem ⁊ nullam aliam fuisse nisi exhibeatur: vt. C. de proba. l. precibus. potissime cum iste notarius attestetur cui credendum est. C. de falsis. l. si quis decurio. Nam tenor scripturarum non probatur nisi per ipsarum inspectionem. de priui. c. porro. ff. de fide. l. fideiussores magistratuum. §. pro aurelio. nisi enim inspectis cognitisqꝫ verbis scripture iudex de ipsa deliberare non potest. ff. de transa. l. de his. cum igitur ista tantuꝫ appareat credere debet iudex istã esse veram ⁊ vnicam nisi alia sibi ostendatur. non enim debet iudex nisi eo qđ coram se producitur dare fidem. ff. de offi. ꝑsi. l. illicitas. §. veritas. ⁊ ibi no. nec sufficit parti dicere habeo istrumentum nisi illud exhibeat. ff. de eden. l. argentarius. §. cuꝫ autem. ❡ Sed si dicetur isti duo testes deponunt de tenore illius. Item illius extat copia ⁊ testes cum copia concordant ꝙ verba sunt in aliquo mutata: in aliquo addita. perinde ergo est ac si ipsa originalis producetur. C. de proba. l. si de possessiõe. ⁊ ibi no. de testi. l. testium. §. si. de priuile. cum olim. Sed hec non obstãt immo nec copie nec testibus credendum est in preiudicium hui⁹ que apparet nisi illa originalis ostendatur. C. de edẽ. auẗ. si qs in aliquo. sunt enim tam copia ꝙ testes in hoc casu exemplũ cũ de alia scriptura mentionem faciant: hec autem scriptura que apparet asseritur per notarium cui credendum est in hoc esse originalis. Sed originale per exemplum nõ potest de falso redargui: sed potius econtra. Nam quotiens de veritate exempli du

c bitatur ad originale recurritur[c] ⁊ illi staẗ. ff. de lega. ij. l. gaius. per Barto. vbi dicit stari ꝑtbocollo vel imbreuiature cuꝫ de instrumẽto publico dubitatur: quia originalior est: esset enim per ꝙ absurdum per copiam vel exemplum principale redargui. ar. ff. de vulg. ⁊ pupil. l. ex pupillari. ❡ Preterea cum de hac cõstet de illa non ꝑsumendum est illam aut esse eiusdem tenoris aut si est diuersi ꝙ non fuerit scripta manu eiusdẽ notarij: ne al's ꝑsumendo dicamus notarium deliquisse in suo officio qđ iura non presumunt. extra de prescrip. ad audientiam. de app. cũ parati. de renunti. in presentia. ff. de proba. ab ea parte. sed licet isti testes probent illam fuisse alterius tenoris ꝙ sit ista: non tamen probant illam esse de manu istius notarij. Nam istud nõ potest probari nisi per comparationem litterarum potissime cum de falsitate queritur. C. de proba. l. cõparationes. hec autem cõpa ratio fit

paratio fit ambabus scripturis exhibitis coraꝫ iudice ⁊ illo au-
toritatem interponente: ceterum solis testibus in comparatio-
ne non creditur: vt.d.l.probatur. cum scriptura melius oculo ꝑ-
cipiatur ꝙ̃ mente.ff.de his que in testa.delen.l.j. Et ideo lex in
talibus iubet reꝫ oculis subijci nec aliter iudex determinare po-
test.ff.finium regũ.l.si in ruptione.§.ad officiũ.sed illa scriptu-
ra de qua isti testes deponunt nec exhibita est nec exhibet̃ ad cõ-
parationem faciendã. Et ideo iudex estimare dꝫ ꝙ nõ fuerit de
manu istius notarij: qꝛ nõ dꝫ in via iudicij estimare notariũ de-
linquere nisi sibi cõstet ꝑ modũ a iure dispositum. ¶ Preterea
cum scriptura de falso accusatur in iudicio exhibẽda est: al's enĩ
redargui non potest. C.de fide instru.l.fi.si hoc est in illa que re-
darguitur forte esse debet in illa ꝑ quã redarguit̃: quia debet eẽ
maioris potẽtie sicut probatio reprobans instrumentũ potẽtior
esse debet: vt no. C.de fide instru.ĩ exercẽdis.extra.c.cũ Joãnes.
Sꝫ potẽtior ẽ ꝓbatio scripture exhibite ꝙ̃ scripture nõ exhibite
cum illa fiat per illum sensum corporis qui sibi adaptat̃.s.ꝑ vi-
sum: alia fiat ꝑ illũ q sibi nõ adaptat̃.s.ꝑ ĩtellectũ: vt.d.l.j.§.j.ff.
de his q̃ in te.delẽ. Sed potẽtior est illa probatio que fit per sen-
sum sibi appropriatũ ꝙ̃ illa q̃ fit ꝑ sensum extraneum. vnde in ꝓ-
batione dulciũ potẽtior est illa q̃ fit ꝑ gustum ꝙ̃ illa que fit per
odoratũ vel visum: vt no. Inno.extra de testi.cũ cãm. Ex qbus
cõcluditur ꝙ huic informationi exhibite ⁊ quã notarius dicit
esse originalẽ ⁊ vnicã tanꝙ̃ plenius ⁊ magis proprie approba-
re potius credendũ ẽ ꝙ̃ scripture q̃ nõ exhibet̃ quã isti testes di-
cunt fuisse alterius tenoris. Ex his pꝫ respõsio ad.c.cum olim.
de priuileg.⁊.C.de proba.si de possessione.vbi creditur testibus
a de tenore scriptureᵃ deponentibus. Nam illud verum cum alia
non apparet scriptura ꝯ̃ria depositioni: tunc enim ideo credit̃
ne veritas angustia probationum occultetur. C.de iure fisci.l.
facultas.ff.de rei ven.l.si in rem.⁊ ibi no.nec tenditur ibi vel se-
quitur ad aliquid odiosum. Sed ex specialitate quadam ne ve-
ritas occultetur cum non sit directa probatio sicut nec de audi-
tu auditus.ff.de proba.si arbiter.de aqua plu.arc.l.ij.§.ideꝫ la-
beo.⁊.d.aut̃.si quis in aliquo.C.de eden. Sed in casu nostro ap-
paret alia scriptura alterius tenoris ꝙ̃ illa de cuius tenore te-
stes deponunt. vnde testibus non est credendum cum ipsorum ꝓ-
batio sit de iure speciali vt dixi. Sed probatio istius est de iure
communi: quia per exhibitionem ius autem speciale cedit iuri
cõmuni.ff.de testa.mili.l.eius militis.§.militia. de mino.l.in
cause. Item quia sequeretur absurdum ꝙ impotentior proba-
tio tolleret potentiorem. Item quia tenditur ad rem odiosam:
scilicet ad probationem falsitatis. vnde dico illa iura non ha-
bere locum hoc casu. Et confirmantur predicta: quia cum nota-
rius dicat hanc esse veram informationem ⁊ depositionem nec
aliter deposuisse testem istum ꝙ̃ scriptum sit: hi autem testes di-
cant aliter fuisse primo depositum ⁊ aliter scriptum: prima vice
ꝙ̃ nunc reperiatur credendum est notario non testibus. Nam et
si testes omnes recepti dicant notarium aliter scripsisse ꝙ̃ depo-
b suerunt credendum tamen est notario propter fidem officijᵇ. vt
extra de prescrip.ad audientiam.arg.de ap.cum parati.⁊.ff.de
rebus eorum.l.mag.puto.⁊ not. in Specu. de instru.edi.§.re-
stat.ver.quid si dum.si ergo dictum tabellionis ꝑ̃ponderat di-
cto testium subscript.receptorum qui de facto ⁊ dicto suo certi
esse debent fortius preponderare debet dicto aliorum extraneo-
rum qui tantum de relatu testantur. Item posito ꝙ crederetur
testibus in hoc casu: tamen cum de falso queritur non creditur
nec testibus contra notarium nec econtra. vnde dicit Spe. ꝙ si
testis accusatur de falso ⁊ ipse dicit aliter sumptum eius dictuꝫ
ꝙ̃ dixerit: notarius vero neget ꝙ in q̃stione falsi nulli aduersus
alterum creditur cum debeant esse probationes luce clariores:
⁊ ideo nullus punitur. ⁊ in hoc dicit cõcordasse omnes doctores
bononienses in sua examinatione priuata. Ex cuius dictis vi-
detur hec qđ determinata. hoc ponit ipse in.d.§.restat.vẽsi.qd si
vnus.de inst.edi. Concludo igitur ex omnibus ꝙ cum alia ĩfor-
matio ꝙ̃ ista nõ appareat ⁊ hec dicat̃ eẽ vera vnica ⁊ originalis
licet ꝯ̃rium deponãt testes etiam si in hoc cõcurreret ipse pater
examinatus falsum tñ nõ est probatum. Et hoc de secũdo.
¶ Tertio dixi hunc notarium defendi ex ipsius falsi natura ⁊
3 qualitate. Nam falsum dicitur mutatio veritatis. vt in aut̃.de
fide instr.circa prin.† Sed posito ꝙ iste notarius illa verba mu-
tauerit vel addiderit non tñ mutauit veritatẽ sed exposuit. Et
primo in eo qđ dꝛ mutare verbum oibus sciendũ est ꝙ verba te-
stis sunt interpretanda ita vt non sint captiosa nec sapiant con-
trarietatẽ vel ĩpossibilitatẽ: sed benigne ⁊ ꝫm cõmunem vsuꝫ lo-
quẽdi.de testi.cũ tu.no. Inno.de rescrip.causam q̃.de testi.cum
clamor. Sed posito ꝙ testis dixisset se audiuisse ab oibus intel-
ligi tñ deberet.i.a pluribus.tñ qꝛ si aliter intelligeret̃ esset inter-
ꝑ̃tatio captiosa ipsi testi: qꝛ nõ potuit audire a minoribus infan-
tibus vel pupillis ⁊ sic testis esset mendax necessario. tum quia
hoc requirit subiecta materia cum sumus in probanda fama in
qua sufficit deponere de auditu plurium. ⁊ verba ꝫm subiectaꝫ
materiam exaudienda sunt.ff.loca.l.si vno.in prin.de iureiurã.
sed ⁊ si possessori.§.ꝙ si rerum. tum etiam quia sic se habet com-
munis vsus loquẽdi vt dicatur quis ab omnibus audiuisse qđ
a pluribus audiuit q vsus loquẽdi attẽdi debet etiã in dictis te-
stiũ.ff.de le.iij.l.liberoꝝ.§.qđ tamẽ cassius.⁊ not. Inno.in.d.c.
cũ clamor.de testi.ad fi.nec est ista interpretatio oĩno extranea.
Nam ⁊ ab oibus fieri vel dici videtur qđ a pluribus fit vel dꝛ.ff.
ad muni.l.qđ maior.de pac.iurisgentium.§.si.⁊.l.maiorẽ. Itẽ
⁊ verba generalia recipiũt restrictionem ne incidamus in incõ-
ueniens.ff.de muneri.⁊ hono.l.vt gradatim.§.⁊ si lege.de ser-
ui.l.si cui simplici.no.C.de sac.sanc.eccl.l.j.cum ergo non sit ex-
tranea non est abhorrenda.ff.de heredi.insti.l.talem.§.fin. Si
ergo notarius loco illius dictionis ab omnibus posuit a pluri-
bus nõ mutauit veritatẽ immo exposuit illud verbũ. Nam ⁊ ita
exponendũ erat etiam si notarius tacuisset vt dixi. Et licet hoc
non ꝑtineret ad notariũ q debet sempꝫ verba ponere prout dicũ-
tur: sed ꝑtineret ad iudicẽ nõ tñ si fecisset falsum cõmisit: qꝛ veri-
tatem nõ mutauit. Nẽpe tabellioni permissum est non mutata
substãtia verba ampliare addere ⁊ mutare ⁊ omnia ponere que
ad rẽ de qua agitur vtilia sunt. verba sunt Spe.in ti.de instru.
edi.§.instrumentum.ergo pu.sub.§.postremo.versi.item oppo-
nitur ꝙ res aliter.ibi.hoc aũt puto ⁊c.cuius verba satisfaciunt
pro excusatione istius notarij.erat enim vtile testimonio ꝙ lo-
co dictionis oĩbus poneret̃ pluribus ne reddatur testimonium
inutile ⁊ testis de mendacio redarguat̃: ⁊ sic videtur notario li-
cuisse hoc facere vt dictũ est. Ad ꝑ̃dicta facit: quia verba nota-
rij debent intelligi ꝫm iuris dispositionem. vt notat Barto.ff.
4 de testamen.tute.l.ꝙ si nepotes. ¶ † Sed videamus nunc de
verbis illis vt credit ⁊ prout credit. Et certe dico ꝙ licet dubi-
tationem in se sapiant non tamen discrepant nec sunt extranea
a fine depositionis vbi redditur ratio de visu ⁊ de presentia. Nã
etiam de facto ⁊ proprio ⁊ de eo qđ semel sciui vel in quo ꝑ̃sens
fui: non solum dubitare: sed penitus obliuisci possuꝫ: aut longi-
tudine temporis.ff.de acquiren.posses.l.peregre.in princi.per
Dyn.in dicta regula presumitur.lib.vj.aut intricatione nego-
tij.ff.de pecul.l.summa.argumen.ff.de pac.emptio.§.lucius.de
confes.l.cum fideicom.aut memorie labilitate.ff.de libe.lega.l.
fi.circa fin.princi.vbi hoc probatur.⁊ quod not. Barto.ff.de le-
ga.j.l.si res obligata.sic econtra potest quis se reddere certum
de eo qđ nescit per auditum vel vehementem opinionem.ff.de
testamen.tut.l.si quis ita.§.si quis cum ignoraret.ad fi.⁊ no. ex-
tra de testi.preterea. Cum ergo ista verba se compatiantur non
potest dici notarium commisisse falsum: quia veritatem nõ mu-
tauit nec depositionis substantiaꝫ. Sed dicetur immo: quia te-
stis locutus est assertiue dicendo se vidisse ⁊ fuisse presentem: hic
autem addidit verba dubitatiua: ⁊ sic facit testimonium vacil-
lare: qđ non valet: nisi fiat per verba assertiua: non enim testis
respondere debet per verbum credit: sed per verbum est: vt not.
in.l.ij.C.de iura.cal. Sed respondeo hoc faterer si notarius iste
amouisset verba assertiua ⁊ posuisset illa dubitatiua: tunc enim
ex toto mutasset substantiam testimonij: quia faceret ipsum nõ
valere cũ dubitans parum discrepet a negante: vt no. Innocẽ.
de maior.⁊ obe.inter quattuor.ad fi. Sed ex quo illa ṽba asser-
tiua non amouit: dico ꝙ illa verba dubitatiua trahuntur ad as-
sertiua ⁊ sic capiuntur cõsensu affirmatiuo: non negatiuo: sicut
in simili dicimus de verbis cõibus ꝙ si apponuntur iuxta ṽba
directa accipiũtur in sensu directo: ⁊ idem ecõtra si iuxta verba
obliqua: vt no.ff.de vulg.⁊ pupi.l.cẽturio.in.iiij.q. principali.
verba enĩ rõne adiũcti declarant̃ ⁊ determinantur.ff.de leg.iij.
l.vxorem.in prin.⁊.l.q̃situꝫ.§.j.⁊.l.ꝑ̃dijs.potissime per rõnẽ.de
leg.ij.cum pater.§.dulcissim⁹.de lib.leg.aurelius.§.sticho. Nõ
ergo ex illis verbis reddit̃ testimoniũ nullũ: imo pro eodem su-
munt̃. Nam ⁊ puto hoc testimoniũ valere credo titium mutuas-
se.x.seio: quia vidi ⁊ pñs fui. exponit̃ enim illud verbum credo
id est affirmo ꝓpter rõneꝫ q̃ subnectit̃: qꝛ vidi ⁊ tũc. Ex quibus
cõcludit̃ ꝙ cũ notarius iste verba assertina non amouerit: licet
vere probaretur ꝙ apposuerit illa verba vt credit ⁊ prout cre-
dit: cum per ipsa nõ mutet̃ rei substãtia non cõmisit falsum. fue-
rũt autẽ superuacue posita cum sufficerent assertiua: nec mutat
substantiam rei nõ necessaria ṽborum mnltiplicatio.ff.de au-
ro ⁊ arg.leg.l.pediculis.§.sed nõ mutat. ¶ Ad ꝑ̃dicta bene fa-
cit qđ no. Inno.in.c.fraternitatis.de hereti.⁊ Spe. in ti.de in-
stru.edi.§.ostẽso.ver.⁊ no.qđ si.vbi dicũt ꝙ licet ĩ instrumẽto in-
serant̃ aliqua q̃ nõ sint necessaria: si tñ illa nõ erãt suꝑuacanea
non reddit̃ instrumẽtũ falsum. Itẽ qꝛ ex appositiõe istoꝝ ṽboꝝ
nullus dãnificat̃: qꝛ testimoniũ remanet firmũ. vnde nõ dꝫ no-
tarius puniri: vt no.ff.de euic.l.fundum.in fi.per glos.si.in fin.
insti.de act.§.item mixta.⁊ quod no.in.c.super eo.de eo q cog.

a ¶ Scripture. Qualiter aũt testes depõere habeant de veritate scripture seu contẽtoꝝ ĩ ea ex quo ista sunt diuersa: scriptam fuisse: factam: ⁊ scriptam sub ista forma: et fuisse scriptã a tali. vide.d.bar.sozi.in ꝯs.cclxxiiij. inci.pi.in cã.ver.circa primũ.cũ ver.seq.vsqꝫ ad ṽsic circa scđm punctũ.in.ij.parte.

b ¶ Officij. Adde do.bar.sozi.ĩ ꝯsi.xxix.inci.primo aspectu.ver.itẽ notarius.ĩ.ij.parte.

a ¶ Seruatur. S Uide.d.pe.phi. cor.i ɔsil.cccxix. īcip.circa.in lr̃a S,⁊ in ɔsi.j.i,iij. parte,

cõsan.vxo.sue.quid enim offuit conatus ⁊c.ff.qd quisq; iuris. l.j. Et hoc de tertio puncto.

¶ † Postremo dico hunc notariũ defendi ex eius aĩo ⁊ proposito. Nam falsum nõ cõmittit͂ sine dolo.ff.de fal.l.j.in prin.⁊.l. impuberẽ.in prin.⁊ no.per Cy.C.eo.ti.l.nec exemplum.hic autem non fecit dolose qd probo. Nam quotiens aliqua cã subesse potest etiam non iusta excusatur quis a dolo.vt no.gl.ff.si quis ius di.non ob.l.j.in fi.magne glo.⁊ probatur.ff.de excu.tu.l.q testamento. Nam ⁊ actio doli cessat vbi aliud auxilium competit.ff.de resti.in integ.l.diuus.de dolo.l.j.§.ait pretor. Sed hic suberat alia causa:scilicet affectio paterni honoris ⁊ defensionis:non enim dolose fecit:sed pie:nec hoc fecisset in alio extraneo qd in patre fecit.quotiẽs enim ratio sanguinis cum alia ratione cõcurrit ꝑsumit͂ qs habere respectũ principaliter ad cãm sanguinis.ff.de excu.tu.l.tutor.§.q̃ tutoribus.extra de testa.requisisti.facit de libe.lega.aurelius.§.titius testamento.

¶ Ex quibus concluditur ꝙ cum iste non fecerit dolose:sed culpabiliter mitius est agendum cum eo vt non puniatur de falso nec priuet͂ officio. qd est magna capitis et honoris diminutio. ff.de manu.testa.l.testamento centurio. Sed posito ꝙ probaretur hunc mutasse veritatẽ qd nõ probatur quadã extraordinaria mulcta mulctandũ esset ad arbi.iudi.quia ꝑpter culpaʒ nõ punitur quis criminaliter ⁊ ordinarie:sed extraordinare.ff.de penis.l.respiciendum.§.delinquũt.insti.de iniurijs.§.pena.ff.pro soc.nec quicq̃.cum si.ad hoc facit optime.l.eos.ff.de recepta.⁊.l.graccus.C.de adult. Ignoscendum est enim ei qui paterna ductus affectiõe ⁊ pietatis stimulo etiam calũniosam accusationem instituit de iuregen.ff.de bonis liber.qui cũ maior.§.si pa.libertus.ver.si patris.qui bene facit ad hoc de excu.tu. amicissimos.§.lucius.ibi.ɔtra naturalem stimulum ⁊c. ¶ Ex quibus omnibus si bene considerentur luculenta pʒ huius notarij defensio que quideʒ necessaria puto esse de iure. Ego Paulus de castro minimus vtriusq; iuris doctor sub correctione cõsilij sanioris. Laus deo.

¶ Casus talis est.

¶ Pater ⁊ mater constituerũt filie dotẽ de bonis cõmunibus: ⁊ stipulatus est notarius dotem illã reddi filie vel alteri cui de iure deberet reddi in casum restitutionis.decessit filia in matrimonio relicta quadã filia que postea mortua fuit: pater ⁊ mater repetunt dotem a marito querit͂ an possint.

¶ Consilium.ccclxxij.

1 ☞ Pater dotãdo filiam si stipuletur reddi dotem filie vel simpliciter intelligitur eã stipulari filie vel liberis ipsius: ⁊ ideo nõ reuertitur ad patrem mortua filia cum liberis.

2 Consuetudo locorũ vicinoꝝ seruatur.

Consuetudo ciuitatis vel regni extendit͂ ad loca de nouo creata et eis adiuncta

3 Notarius stipulatus dotẽ reddi ei cui debet de iure reddi: intelligitur etiam stipulatus ei cui debet de consuetudine reddi.

4 Dos data pro omni eo qd filia habere dʒ in bonis patris intelligitur data ꝓ legitima:⁊ ideo mortua filia remanet penes eius filios ⁊ heredes.



In christi nomine amẽ.

1 ¶ † Quãtuʒ ad illam partem dotis quã cõstituit mater non est dubiũ ꝙ non venit restituenda postq̃ nõ fuit mater stipulata:sed debet remanere penes heredes filie:quia vt dicitur filie fuisse donata:vt.C.de rei vxo.actione.§.accedit.⁊ no.de dotis promis.l.fi. Quantum vero ad illam partem quã dedit pater dico idẽ. Nam postq̃ patre sciente ⁊ nõ contradicẽte notarius fuit stipulatus reddi filie vr̃ pater sibi donasse: q̃ quidẽ donatio etiã iure veteri põt consistere in ꝑsona filie.vt.ff.fami.herci.l.põpo.philadelphus.⁊ ideo penes heredes filie debet remanere.de hoc est casus legis exꝑssus.ff.so.ma.l.post dotem.ſm lecturaʒ Dy.vbi habetur ꝙ si pater stipulatur nomine filie dotẽ quã dedit vel stipulatur simpliciter quo casu intelligit͂ stipulatus noĩe filie non dʒ sibi restitui dos nisi filia decesserit sine liberis:secus si viuat vel cum liberis decedat:q2 tũc remanet penes liberos.⁊ idẽ est si ipsa filia stipulata esset vel alius noĩe filie sciente ⁊ cõsentiẽte patre:vt ibi no. per Bart.in.iiij.q. Quod autem talis donatio dotis facta filie fami.valeat ⁊ in ea possit habere heredẽ etiã iure veteri habet͂. ff.de iure do.l.inter socerũ.§.cũ inter.vbi est etiam casus de ista qõne ſm intellectum Odofre.⁊ Ja.de bel.in quadam questiõe disputata.facit quod no.in.l.si cum dotem.sol.ma.in prin.⁊.C. de inoffi.dona.l.ij. ¶ Preterea licet stipulatio ista non fuisset interposita tamen idem est:quia ſm generalem consuetudineʒ quam obtinet dos a patre profecta mortua filia iu matrimonio remanet penes maritum propter liberos.vt not.in.l.dos a patre.C.so.ma.etiam posito ꝙ ista consuetudo non probaretur vigere in loco vbi dos constituta:si tamen non probaretur contra

2 rium sufficit ꝙ probetur vigere in alijs locis vicinis:† q2 con

a suetudo locorum vicinoꝝ seruatur[a].extra de censibus.c.sup eo. c.ecclesijs.⁊.c.sopite.de consuetudine.c.cum olim.ff.de legi.l. de quibus.ij.responso.facit.ff.de test.l.iij.§.fin.de offi.proconsul.⁊ legati.l.obseruari.§.etiam.⁊.l.cum aliam.⁊ quod no.per Cy.C.de iure do.in.l.etiã.in additionibus post Ricar.malũ. qui dicunt ꝙ consuetudo Ciuitatis vel regni porrigitur ad loca de nouo creata ⁊ eis adiuncta.ar.de fun.instru.l.seia.§.tyrãne.⁊ de excu.tu.l.non tantum.§.liliensibus.⁊ sic talis consuetu

3 do obtinet prout attestantur glosatores.† notarius stipulãdo reddi illi cui de iure reddi deberet videtur stipulatus reddi liberis:quia illis debet reddi de consuetudine ⁊ sic de iure:quia cõsuetudo facit ius.ff.de legibus.l.de quibus.⁊ insti.de iure naturali.§.ex non scripto.ad hoc quod not.ff.solu.ma.l.gaius.⁊ ibi expresse per Barto.videretur tamen posse dici ꝙ cum talis consuetudo sit contra ius cõmune ⁊ odiosa siue onerosa patri nõ extendatur de loco vicino ad locum in quo nõ probatur esse.arg. de deci.c.tua.⁊.c.cum contingat.de capel.mo.c.ij.de prescrip. c.auditis.xij.di.c.omnia.xi.dist.catholica.⁊ plene per Innocẽ. de offi.archi.c.dilecto.in glos.not.⁊ ſm hoc dicta stipulatio vt reddatur filie vel alteri cui de iure debet reddi itelligi debet:scʒ patri cui de iure preposita cõsuetudine deberet restitui mortua filia:⁊ ita al's consului. sed q2 iura contrarie partis magis strin

4 gunt quicquid al's dixerim teneo quod.s̃. ¶ † Ultimo facit ad predicta:quia dos ista fuit data filie pro omni iure qd deberet habere in bonis paternis ⁊ sic loco legitime. argu.C.de inoffic. testamento.l.sancimus.circa princi.⁊.l.si quando.§.generaliter.⁊.ff.e.l.si non mortis.in princi.qd etiam potest fieri in vita patris vt ipsi filie pleno iure queratur.iuxta tex.ff.ad legem fal. l.cum quo de peculio.§.fi. In his autem que queruntur filijsfa. constat ꝙ ipsi habent heredes ab intestato in aut.de here.ab intestato.§.i.⁊.C.de legi.heredibus.l.lege.xij.tabularum.ab itestato ꝟo prima causa est tam liberoꝝ q̃ parentũ.eo.ti.in aut.in successione.⁊.ff.de inoffic.testa.l.pater filium. ¶ Ex quibus cõcluditur dotem istã nõ debere restitui patri mulieris:sed penes patrem liberorum tanq̃ heredem eorum remanere. Laus deo.

¶ Consilium.ccclxxiij.

1 ☞ Mulier habẽs actionẽ de dote priuilegiatam si ei renuntiat vt aliud habeat non dicitur habere eadem priuilegia in eo que prius habebat in dote.

2 Repudiatio facta ꝑ heredẽ nõ prodest substitutis sub conditione si heres decedat sine liberis:sed heredi heredis repudiantis douec ipse repudians viuit.



In christi nomine amen.

¶ Uxor istius testõris materq; heredis instituti succedit dicto heredi ab intestato decedenti vna cum sorore dicti heredis:vt.C.ad tertul.aut.defuncto. Nec obstat repudiatio facta per eã: quia non repudiauit nisi dotem ⁊ ius qd habebat de presenti:non autem hanc hereditatem que sibi non erat adhuc delata.iuxta illa que plene notantur in.l.qui rome. §.fi.de ver.ob.de le.iij.l.paulo calimacho.§.fi. Item dictaʒ hereditatem adiuit:quia prout mihi dicitur recepit possessionem ⁊ administrationem bonorum.ff.de acqui.here.l.gerit. sequit͂ ergo ꝙ ipsa tenet͂ vxori ipsius heredis ad restitutionem dotis ꝓ

1 portione hereditaria. ¶ † Sed nunc queritur vtrum dicta mater possit petere ꝙ ante omnia deducat͂ tm̃ de bonis ꝙ sufficiat sibi ad alimenta per ipsum retenta ⁊ quãtuʒ renuntiauit ⁊ etiã quinquaginta francos:an vero sit primo soluenda dos vxori istius heredis. Rñdeo hanc vltimam partem puto veriorem ꝙ vxor heredis preferatur in dote sua primo:quia hec mater non facit inuentariũ.vnde posito ꝙ bona non sufficerent:tamen tenet͂ ad integram solutionem dotis.ff.so.ma.l.que dotis. Item posito ꝙ inuentariuʒ fecisset:tñ vxor istius heredis prefertur cũ habeat actionem de dote priuilegiatam.vt pʒ expresse.C.de iure delib.l.fi.§.in computatione.ibi.dum de tempoꝝ tamen prerogatiua ⁊c. Nec obstat si dicatur ꝙ etiam dicta mater habebat actionem de dote que precedebat dotem istius ⁊ sic dʒ sibi preferri:vt.C.qui poti.in pig.ha.l.assiduis.§.exceptis.nam illi actioni renuntiauit ⁊ retinuit sibi alimẽta ⁊ quinquaginta francos: sed huic retentioni non insunt illa priuilegia que erant in actione dotis.vt expresse pʒ.ff.de noua.l.aliam.facit.ff.de mino.l.si iudex recõuento. Concluditur ergo vxorem heredum preferendam esse in recuperatione dotis sue.

2 ¶ † Sup eo vero qd queritur vtrum cõsobrini dicti heredis secũdo loco substituti debeant statim admitti ad substitutionem postq̃ sorores heredis primo loco substitute renuntiauerunt oi iuri earum. Videt͂ ꝙ sic ac si essent mortue.ar.ff.de inoffi.testa.l. qui repudiantis. Contrarium est verum:q2 testator voluit hereditatẽ ad

reditatem ad eos peruenire si ambe sorores decedant sine liberis. qd pz: qr substituit vltimo morienti: vt. ff. de vulga. & pup. l. vel singulis. Non ergo sufficit alteram esse mortuam: vt. C. de impub. & aliis substi. l. pe. ff. e. l. quidam testamento proculum. & qd plene no. ad treb. l. heredes mei. §. cu3 ita. Nec obstat dicta repudiatio: quia illa excludit repudiantes non tamen facit admitti istos cosobrinos anteq purificetur eorum conditio. vnde bona debent esse penes heredem heredis quousq altera soror moriatur sine liberis: vt. ff. de iure fisci. l. statutis. §. cornelio. de leg. ij. l. peto. §. predium. extra de dona. inter virum & vxo. c. nuper. Nam illa repudiatio sororum nõ debet prodesse istis consobrinis sed heredi cui facta est & heredib' suis. ar. ff. de his qbus vt indig. l. post legatum. §. amittere. de colla. bonorum. l. ij. §. si duo. & ff. de litigiosis. l. fi. & qd no. de foro compe. c. si diligenti. in glo. super verbo perdant. Laus deo.

¶ Casus talis est.

¶ Quidam notarius testamētum suū manu propria scripsit et in eo posuit nomina trium testiu3. Instituit autē i eo quattuor liberos suos. s. Isnardū Jacobū Joannetū & Joannetam: qui ioānetus & ioanneta erant pupilli & in eodem testamēto substituit hoc mō: v3 si ioānetus decesserit in pupillari etate vel post ea qñcūq substituo isnardum iacobum & ioannetam. Item si ioanneta decesserit quandocūq sine liberis substituo sibi ioannetum & suos. Mortuus est pater anteq recitaret testamentum coram testibus. S3 filij post eius morte3 recognouerūt illud eē scriptū manu propria ipsius & etiā mater ipsoru3 pupillorū tutrix. decessit deide Joānetus primo i pupillari etate postea decessit Joāneta similiter in pupillari etate supstitibus aliis duobus fratribus mater ipsa vult venire ad successionem eorū vna cum fratribus supstitibus: queritur an possit.

¶ Consilium. cclxxiiij.

1 Testm̄ scriptū manu patris notarij cū trib' testibus valet inter liberos etia3 si decedat testator anteq recitauerit testamētum ipsis testibus.

2 Sicut v3 testamentum patris imperfectu3 inter liberos sic etiā v3 pupillaris sustitutio in eo facta.

3 Substō pupillaris qualiter excludat matrē in medio existentē.

4 Si substitutio fiat sub hac forma substituo titium & suos: an fratres titij dicantur sui vt succedant vt substituti cum titius mortuus sit ante pupillum cui erat substitutus.

Verba debent intelligi prout adaptari possunt.

In christi nomine amen.

¶ Uisis oibus pūctis mihi traditis & allegatiōibus factis tam i iure q in facto. Reduco oia sub compendio ad tria principalia dubia. ¶ Primū est de valore testamēti paterni. Scdm est de valore substitutionum in eo factarum. Tertium est de ipsarum substitutionum effectu.

1 ¶ † Quātum ad primū qrit vtrū istud testm̄ paternum valeat. videt q nō: qr nō fuit recitatu3 corā testibus & sic nullus pōt de ipso testificari. ff. de le. iij. l. fideicō. §. j. vbi vr̄ casus. de testa. mili. l. diuus. & l. luci'. & ita videt tenere glo. de testa. l. si is q. Ↄ̄riū ē verū: qr hoc testm̄ fuit pfectū quo ad volūtatē testātis q habuit ipsum p pfecto & absoluto cū decesserit post p iteruallū tpis. ar. C. de fi. instr. l. Ↄ̄ctus. nec ob. q nō fuit recitatū corā testibus. Nam hoc nō nocet qñ fit inter liberos: qr nō reqrit solēnitas iuris: s3 sufficit qbuscūq iudiciis probetur volūtas patris. vt. C. fami. her. l. fi. & de testis. hac cōsultissima. §. ex impfecto. facit. l. que3 heredi. de reb. dub. & ita expsse determinat bar. in. d. l. si is q. facit qd idē no. de cōdi. & demō. l. si ita scripsero. In casu autē nostro satis cōstat de volūtate testatoris: qr filij recognouerunt se mel illā scripturā eē de manu ipsius testatoris etiam ipsa mater qd sufficit: vt. ff. depositi. l. publia. §. fi. & qd no. in. l. admonēdi. ff. de iureiu. p Barto. non ergo d3 audiri mater postq semel recognouit. ar. eorū q no. Inno. de elec. c. p inqsitionē. & C. de non nu. pecu. l. generalr. Illud aūt Ↄ̄stat q notarius pōt cōficere testamētū suū manu propria & etia3 publicare. ff. de testamentis. l. seruus. & ibi no. per Barto.

2 ¶ † Quātu3 ad scdm qrit an ille substōnes inquātum sunt pupillares valeāt. vr̄ qd nō. Nā pupillaris substitutio est testamētum filij: vt. C. de inoffi. testa. l. ex tribus. ff. de vulg. & pupil. l. patris & filij. Sed isti filij qbus erant facte substōnes non potuissent sibi substituere fratres sibi substitutos cum duobus vel tribus testibus: s3 adminus qnq fuissent necessarij licet sint de venientibus ab intestato: vt in. l. hac consultissima. §. si quis autē. C. de testa. in testō autē isto tres tm̄ fuerunt testes. vnde videt q l3 valeat testm̄ vt isti filij possint succedere patri. vt in. §. ex impfecto. non tm̄ vt possint succedere inter se cum vt dixi nō possent se adinuicem instituere cū minori numero quinq testiu3. Bar. tamen expresse determinat cōtrarium q substitutio pupillaris potest fieri in testō impfecto vbi sit numerus trium testiu3 si substituant alij liberi sicut hic fuit: vt ipse not. in. l. ij. in versi. sexto dixi. ff. de vul. & pupil. Sed nescio si rōnem pdictā cōsiderauit. ab ipsius tm̄ opinione non est tutu3 recedere in consulēdo postq alterius doctoris autoritatem non habemus in contrariū. Respondeo ergo ad Ↄ̄rum fortificādo dictū suū q licet pupillaris substitutio sit testm̄ filij quo ad successionem: tm̄ quo ad ordinationē dicit testm̄ patris. vñ licet filius nō potuisset instituere fratres corā tribus testibus tm̄ pater bene potuit substituere sicut videmus in simili: qr si filius ordinaret testm̄ non posset auferre

a matri legitimā[a] & tm̄ si pater ordinat pupillariter substituendo bene potest. vt. l. pap. §. sed nec impuberis. de inoff. testō. Item pater potest filio facere necessarios heredes quos ipse filius nō posset sibi facere vt in. l. sed si plures. §. quos possum. de vulg. & pu. Si ergo potest ista pater que cōcernūt ipsam successionē ratione cuius substitutio pupillaris dicitur testamentum filij. fortius potest substituere cū tribus testibus cum hoc cōcernat simpliciter ordinationē ratione cuius dicitur testamentum patris. vt. d. l. patris & filij. & no. in. d. §. sed nec impuberis. Itē quia pupillaris substituto est pars & sequela paterni testamēti: vt in. c. si pater. in fi. de testa. li. vj. vñ nō d3 alia solēnitas requiri q i ipso paterno al's turpis eēt pars q suo nō cōgrueret vniuerso. Itē dicit accessoria: paternū vō principale: vt. l. ex pupillari. de vul. & pu. vñ d3 seq ipsi' pris naturā: vt sicut ibi sufficiūt tres testes: ita & i illa. arg. ff. de publi. l. si ego. §. q tm̄ p alluuionem. de pac. dot. l. inter socerum. §. cū inter. in fi. de leg. j. l. si ex toto. in prin.

3 ¶ † De tertio vō qsito. s. de qualitate & effectu istar substitutionū. Rñdeo quo ad illā que facta fuit ioāneto nō est dubium qd fuit pupillaris expressa: qr facta fuit cū distributione tpis si decederet in pupillari etate vel postea qñcūq & ipse decessit in pupillari. vnde succedūt substituti penitus exclusa matre: vt. l. pcibus. & ibi no. per glo. & p Bar. in. l. cēturio. in. ij. prin. q. de vul. & pup. Quātū vero ad substitutionē factā Joānete dico q illa fuit cōpēdiosa facta p vbū cōmune. vñ fm cōmunem opinionē si decedat in pupillari etate iterpretatur directa pupillaris qñ mater nō est in medio vel qñ est: sed fuerūt substituti filij testōris vt no. p Bar. i. d. l. cēturio. i tertia qōne pncipali. imo vr̄ ide3 si extranei fuerūt substituti: vt in. c. si pater. de testa. li. vj. l3 Bar. dicat q ibi fuerūt verba directa. S3 si bene Ↄ̄sideretur magis videntur cōia q directa. ¶ Cū ergo ista ioāneta decesserit in pupillari etate mater excludit & hereditas ipsius venit ab substitutos. Dicet aliqs: q sunt isti substituti. nam fuit substitutus sibi ioannetus & sui: sed ioānetus decessit in vita isti' ioānete: ergo substitutio facta est caduca: quia nō potuit eam trāsmittere ad suos: vt. l. sed si plures. in princi. de vul. & pup. & l. q habebat. de suis & legitimis. l. si ex plurib'. Rñdeo verū est q ē effecta caduca quo ad ipsum ioānetū: sed quo ad suos ioāneti non: quia videntur principaliter & expresse substituti sicut ipse ioānetus sub cōditione. Tamē si substō nō haberet effectū in psona ioāneti: & sic ipse ioānetus primo videat vocatus ad substitutionē & in eius defectū sui. vñ l3 ille mortuus fuerit isti nō excludūtur imo exclusio illius ē inclusio istor. ff. de lib. & post. l. gallus. §. qdam recte. & qd ibi no. §. & qd si tm̄. Non eni veniūt isti ex psona ioāneti: qr tūc procederet oppositio: sed veniūt ex psona propria vigore substitutionis de ipsis facte: sicut si princeps cōcederet feudū Titio & liberis eius: mortuo Titio vocant liberi ex persona propria & nō patris. vñ etiā si pater vellet nō posset eos puare: qr nō habent ab eo: sed a principe postq fuerunt expresse noiati in cōcessione. vt plene no. p Bart. in. l. vt iurisiurandi. §. liberi. de ope. liber. sic ergo i casu nr̄o cū isti sui fuerint expsse noiati in substitutione veniūt ex psona propria & nō ioāneti nec mors illius eis nocet imo viā eis aperit q erat añ pclusa cū ioānetus q primo fuerat vocatus ad substitutionē eis obstaret & nūc nō ob

4 stat. facit. l. peto. §. frater. de le. ij. † Itē dicet aliqs q isti fratres ioāneti nō possunt dici sui: qr nō erant in eius potestate. vt. l. in suis. de libe. & posthu. & l. gallus. §. nūc de lege. ibi. is omnis virilis sexus &c. Sed rñdeo illud verbū. & suos. non est ita stricte intelligendum: quia plerūq testōres de tam subtili interpretatione iuris non cogitant. vt. l. nō aliter. de leg. iij. sed debet intelligi de venientibus ab intestato ipsi ioanneto fm gradus prerogatiuam. argu. eius qd no. C. ad turpil. l. si femina. & ff. de accus. l. ij. in verbo suorū. & ad legem cor. de sic. l. j. §. j. in verbo. vel suis. ad hoc facit: quia verba debent intelligi prout possunt adaptari: vt. l. si vno. in prin. ff. locati. & de iureiur. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. facit. l. heredibus. §. si. ad trebel. & de leg. ij. cu3 pater. §. cum inter. de pecul. l. nec seruus. de condi. & demon. l. quibus diebus. §. dominuo. de v. obli. stipulatio ista. §. hi quoq. In casu vero nostro nulli possunt dici magis sui istius ioanneti q isti fratres qui sunt sibi proximiores ab intestato: & etia3 sibi succedunt ex testamento vigore pupillaris substitutionis.

a ¶ Legitimā. Adde Bald. in consil. cccxiij. in iiij. pte. vbi ide3. & in cōsil. cccviij. in. ij. pte. vbi de pterita an possit priuare matrem legitima.

Additio.

¶ Adde tu Lu. Ro. Ↄ̄si. cxxx. incip. viso testamēto. M. F.

vñ dico matrē debere penitus excludi ⁊ ad illos deuenire totā
hereditatē ioanni ⁊ ioannete. Posito vero ꝙ Isnardus exclu-
derẽ posset redire ad donationē suā: q: non intēdebat illam re
mittere nisi ius successionis esset sibi saluū: ergo ⁊c. ff. de inoffi.
test. l. nihil. §. si cum filius. ⁊ l. eum qui. in princ. ⁊ l. mater decē-
dens. Circa approbationem vero testamenti non multum insi-
sto: quia non est necessarium. Laus deo.

Casus.

Quidam Pontius dominus Montis lauri habens filium
ex prima vxore noīe Guidonē ipm emācipauit ⁊ dedit sibi to-
tam terram suā qbusdā castris retētis de quibus posset ad libi-
tū disponere. itē fuit actū inter ipm ⁊ dictū Guidonē in quadā
transac. ꝙ si dictus Pontius decederet sine liberis masculis ex
alia vxore procreandis dicta bona retenta redirent ad dictum
Guidonem: ⁊ idem si dicti masculi decederent sine filijs mascu
lis. cōtingit ꝙ ex scda vxore habuit Guilielmū ⁊ Joannē quē
Joānem ipse ⁊ vxor eius vouerūt religiōi scti Joannis: postea
Pontius fecit testamētum ⁊ dictū Guiliel. q erat iunior here-
dem instituit Jo. qdam legauit non iure institutionis ⁊ māda-
uit ꝙ religionē intraret. Itē in eodē testō cōfirmauit cōtēta in
transactione Jo. neglecto mādato paterno ɔxit matrimonium
⁊ filiā dalfinā suscepit postea contra Guili. mouit qōnem super
testō cum quo transigit vt vnum castrum deberet habere in ce-
teris testamentū cōfirmauit ⁊ decessit relicta dalfina filia que
nūc petit bona paterna diuidi dicēs testm̄ nullum: vel si non est
petit castrum qd in transactione deuenit. qritur an possit.

2 nendi. per doc. † Cū igit̄ in casu nostro ista mulier babeat vnuz testē bonum qui deponit de certa scientia ⁊ de visu ⁊ sic facit semiplenam p2obationem habeat etiam vnū alium scilꝫ p2imū ꝓductum co2am dn̄o iudice qui deponit ꝙ ille Ioānes fuit cōfessus se teneri dicte mulieri ī summa petita. Isti duo sufficiūt ad ferendam sn̄iam p2o muliere. casus est in. c. cum dilectus. de succes. ab intest. habet etiaz duos alios qui deponunt ꝙ audiuerunt istam mulierem repetentē a dicto Ioāne illud in quo sibi tenebat̄: ⁊ vnus eoꝝ dicit de certa summa scꝫ de duodecim flo2enis: ille vero respondit ꝙ nō habebat tūc sed q̄ citius posset redderet per qđ videt̄ confessus se teneri. argu. ff. de leg. j. l. etiam boc modo. ⁊ qđ ibi no. cū ergo isti tres testes p2obent confessionem alter vero p2obet rei veritatem sufficienter p2obatuz est. vt. d. c. cū. dilectus. vnde miro2 ꝙ contra illam sit data sn̄ia. Et si dicatur ꝙ isti tres non sunt contestes in p2obando cōfessionem: q2 vnus deponit de confessione facta modicuz ante q̄dragesimam: alij duo de requisitione facta circa festum sancti Michaelis ⁊ sic non conco2dant in tempo2e. Respōdeo saltim illi duo qui dicunt circa festum sancti Michaelis sunt cōtestes. Item posito ꝙ nullo modo essent contestes: q2 vnus deponeret de confessione facta die lune: alter de confessione facta die martis: alter de confessione facta die mercurij tamē p2obant: quia non inducuntur p2incipaliter ad p2obanduz confessionem sed ad p2obandum debitum qđ ex ipsa confessione p2obatur: sicut dicimus in simili cum quis vult p2obare se fuisse in possessione iurisditionis: ⁊ vnus testis dicit ꝙ vidit eum suspendere vnum hominem die lune: alter dicit ꝙ vidit aliū suspendere die martis: alter ꝙ alium die mercurij. Nā isti non reputant̄ singulares lꝫ non conueniant in tēpo2e: q2 non inducunt̄ ad p2obandū suspensiones ꝑ suspensiones sed possessionem iurisditionis q̄ per suspensiones ꝓbat̄: ⁊ ideo tales sufficienter p2obāt. vt no. in Spe. de inquisitio. §. j. versi. qđ si vnus. ⁊ de teste. §. iam de interrogato2ijs. v̄. breuiter. ¶ Consulo igit̄ iudici vt ad maio2ē claritatem ⁊ cautelā buic mulieri petenti deferat iuramentum: ⁊ si iurauerit ꝓ ipsa ferat sn̄iam. vt in. c. fi. de iureiuran. ⁊. C. eo. tit. l. in bonefidei. ⁊ d. l. admonendi. lꝫ etiam si non peteretur secure posset ex dictis attestationibus idem facere ⁊ conscientiam suam q̄ cum p2edictis verisimiliter cōcurrere debet: ⁊ etiā v̄itatem saluare: vt clare ostensum est. Esset enim magnum peccatum ⁊ quasi furtum tot ꝯcurrentib⁹ p2o ista domina sibi auferre quod gratiose mutuauit: ⁊ qđ iste reus ingratus de sua ingratitudine ⁊ malitia commodum repo2taret. Laus deo.

¶ Casus talis

a ¶ Continuatuz. Adde bal. ī ꝯsi. xcij. ī. j. ꝑte. ⁊. d. Pet. phil. co2. in ꝯsi. lv. in littera. C. la. ij. ī ij. parte. ⁊ ī ꝯsil. xxxi. in littera O. in. iij. parte.

b ¶ Probari. Adde. d. Bartho. sozi. in ꝯsi. clxxxvij. īcipiē. ī ꝯtrouersia. versi. ex qbus oīb⁹. circa fi. ⁊. v̄. ꝯfirmant̄ p2emissa. ī. ij. parte. ⁊ adde. d. Pet. ꝓbi. co2. in ꝯsi. iiij. incipiē. multū. in littera. G. in. j. parte. ꝙ p2obatio sumit̄ ex cōiecturis q̄ iudicez mouent nec certa doctrīa ꝓbationum dat̄.

c ¶ Arbitrio iudicis. Adde. d. Bartbo. sozi. ī ꝯsi. clxxxvij. in v̄. ex qbus oīb⁹. in fi. ⁊ in consil. cclxij. incipiē. in causa. v̄si. ꝓpterea etiā.. circa fi. in. ij. parte. vbi idem.

❡Casus talis est.

❡Quidā maritauit filiā suam Mariā z cōstituit ei tot in dotem pro omni iure qđ habere posset in bonis paternis z maternis. Itē fuit actum ꝙ maritus donaret sibi iocalia pro capite vsqꝫ ad valorē centū floreñ. Itē ꝙ si dictus maritus predecederet in matrimonio donabat sibi centū: q marit⁹ veniēs ad mortem vltra p̄dicta legauit sibi alia centum: mortuo ergo marito dicta vxor donauit in q̄dā vltia volūtate cuidā capellanie dictam dotē. Itē dicta iocalia z dicta centuꝫ sibi debita ex donatiōe. Itē dictū legatū de centū repudiauit: z hoc factū sine consensu patris in cuius erat potestate z mortua est. nunc pater ab heredib⁹ viri petit dotē z dicta centū donata z etiā alia centū legata z vlterius illa centū ꝓ iocalibus: heres mariti dicit illa fuisse donata capellanie. Queritur quid iuris.

❡Consilium.cclxxxj.

1 ☞Donatio facta in testamēto si fit inter viuos valet etiam rupto testamēto: z qñ intelligatur ꝙ fuerit inter viuos.

2 Donatio aduentitiorum in quibus nullus vsusfructus patri acquiritur potest fieri sine consensu patris.

3 Ornamentorum muliebrium non est vsusfructus: sed vsus qui sine dedecore masculis non aptatur.

4 Si filia remisit z quietauit patrē de omni eo qđ speret in bonis paternis an dos sit sua pleno iure vt de ea soluto matrimonio disponere possit ad libitum.

5 Si vtilis actio est penes vnū directa penes aliū qs preferatur: z qd debeat facere habens vtilē ne soluat habeñ. directam.



In christi nomine amen.

❡Primo videndū est qualis fuerit ista donatio facta per Mariā filiamfamil. vtrū fuerit vltima volūtas vel ꝯct⁹ qđ est necessariū scire ꝑpter id qđ statim querā. Secūdo vidēdū est vtrū valuerit quo ad ista de qbus agit. Tertio posito ꝙ valuerit vtrum iste Guilielmus heres mariti possit se defendere aduersus patrem petentē de iure illius capellanie

1 ❡†Quo ad primum videret dicendū ꝙ fuerit vltima volūtas cum fuerit facta cōtemplatione mortis z de morte facta fuerit mentio z in multis collata post mortem. vt. ff. de dote preleg. l. seia. z plene no. sol. matri. l. que dotis. z sic videt non valere: q2 filiusfamilias nec testari nec codicillari potest⁸. vt. ff. de testa. l. qui in potestate. de leg. iij. l. iij. §. si filius. de leg. j. l. ij. Rñdeo fateor ꝙ quo ad multa fuit vltima voluntas: sed quo ad bona de quibus agitur fuit contractus scꝫ donatio inter viuos: vt pꝫ ex tenore instrumēti dum dicit ꝙ donauit inter viuos donatione pura zc. q̄ verba nō faciunt vltimā voluntatē sed ꝯctum. ff. de verb. signi. l. verba gesserūt z ꝯxerunt. C. qđ me. causa. l. si donationis. q ꝯctus potest fieri in vltima volūtate. vt. ff. de assigna. lib. l. j. §. assignare. z. l. fi. z no. in. l. heredes palaꝫ. §. fi. de testa. Et posito ꝙ vltima voluntas nō valeret tñ valere pōt ꝯctus in ea factus q2 nō dependet ab ea. vt. ff. de inoffi. testa. l. etiā. z qđ ibi no. facit qđ no. p Pe. z Cy. C. de non nume. pecu. l. generaliter. z per Bar. de leg. iij. cū quis decedēs. §. codicillis. z de rebus eorum. l. fi. Item ex alio patet ꝙ fuit donatio: q2 facta notario presenti z stipulanti nomine capellanie qđ in vltima voluntate non requiritur. vt. ff. de leg. ij. cuꝫ pater. §. donationis. q2 non refert in vltimis voluntatibus cum quo testator loquatur zc. de leg. j. seruo legato. §. si testator. z. l. si seruus. §. q margaretam. de leg. iij. fideicōmissa. §. interdum.

2 ❡†Scđo querit vtrū ista donatio facta per Mariā valuerit. z primo quero de illis iocalibus vtruꝫ potuerit ipsa donare capellanie. videt ꝙ non: q2 illa q̄ vnus cōiugum lucrat ab altero sunt aduentitia. C. de bo. que lib. l. j. z. l. q̄cūqꝫ. sed aduentitia nō pōt filiafamilias donare sine cōsensu patris nec alio modo alienare. eo. titu. l. cū nō solū. §. filijs aūt. notat. ff. de dona. l. filiusfamilias. in gl. fi. ❡Cōtrariū credo. nā illud est verū in casibus in qbus pater in aduentitijs hꝫ vsumfructū: q2 tūc ꝓhibetur ne fiat p̄iudiciū patri. Secus si talia sunt qbus vsufru. non habeat: vt pꝫ in. d. §. filijs. in verbo dūtaxat. qđ importat affirmationē: in ꝯrio casu cuꝫ sit dictio taxatiua. ar. ff. de alimē. leg. l. iij. §. cū titio. C. de trāsac. l. si ideꝫ. de ꝓba. l. rationes. de cau. posses. z proprie. c. cū ecclesia sutrina. Nam in illis pōt libere disponere cū nullum p̄iudiciū resultet patri sicut posset de castrē-

3 si peculio vel quasi: vt no. ff. de dona. l. ij. †Sed in illis iocalib⁹ nullus cadit vsusfructus: sed vsus tantū. iuxta no. ff. de rei. vē. l. cū in rem agit. in fi. prime glo. ❡Itē ille vsus nō pōt pertinere ad patrem: q2 sunt ornamēta muliebria qbus vir nō pōt vti sine vituperatione z dedecore. vt. ff. de aur. z argē. leg. l. vestis. §. vestimenta. vnde nō dicit habere posse qđ sine dedecore non pōt. vt ibi no. in glo. de ꝟbo. signi. l. nepos proculo. de cōdi. insti. l. filius. Nā talia nō vident ad aliū vsuꝫ parari nisi ad vsum mulieris. de au. z argen. l. arg. §. ornamenta. vnde vir donando videt voluisse ꝙ ad mulierem tantū pertineat vsus z non ad patrem: ergo ad ipsum nō ꝑtinet. vt. C. de bo. que lib. aut. excipitur. ❡Ad hec facit: q2 hec filia iusta rōne mota fuit ad donandum capellanie: q2 ad piam causaꝫ z pro solute anime que causa iusta est. ff. de dona. inter virū z vxo. l. si spōsus. §. ꝯcessa. versi. ꝓinde z si maritus. Sed pro causa iusta pōt filius donare etiam de ꝓfectitio peculio. vt. d. l. filiusfamilias. ff. de dona. post prin. ponit autem ibi exemplum gl. si donat matri vel coniunctis personis. Ista autem donauit ecclesie que dicit mater nostra: q2 sicut mater carnalis generat nos ad hoc seculuꝫ: ita ecclesia regenerat nos ad seculum futurū: z licet donauerit vni capelle totum tñ ecclesie que vna est donasse videtur. ar. xxiiij. q. ij. c. loquitur. ❡Si vero querit de donatione centuꝫ florenorum sibi facta p maritū vtrum potuerit donare in preiudicium patris vel refutare. Rñdeo nō: q2 in pecunia ꝯsistit cōmoditas que quodammodo vsumfructū operat. vt. ff. de vsufruc. earum rerum que vsu consu. l. ij. z. l. hoc senatus. z. l. quoniā. que commoditas vsufruc. potest pertinere ad patrem: ideo sine licentia sua ordinare nō potuit. vt dicta. l. nō solū. §. filijs autē. ❡Preterea filiusfamilias non potest legatuꝫ vel hereditatē aut donationē sibi factam inuito patre repudiare etiam vbi solus vsusfructus queritur patri z si fecerit totuꝫ queritur patri si vult: vt in. l. cū oportet. §. j. de bo. que lib. vbi potest colligi determina-

4 tio huius dubij. †si vero queritur de dote respōdeo constitutio dotis fuit facta huic filie pro omni iure qđ habebat tam in bonis paternis ꝙ maternis ꝓpter que qdem bona paterna z materna promisit maritus facere ꝙ ipsa quietaret z remitteret patri dotanti: non tamen constat mihi ex productis ꝙ remiserit. ❡†Dico ergo sic ꝙ aut ista filia non remisit z tunc cōstitutio dotis fuit simplex z ideo soluto matri. per morteꝫ viri debebat redire ad patrem a quo profecta erat. vt. C. solu. matri. l. dos a patre. nec habet hic locū retentio ꝓpter liberos ꝭm opi. Mar. postꝙ vir predecesserat. vt no. ff. solu. matri. l. si dotale. de dote preleg. l. j. in prin. ❡Item mortua filia etiam solu. matri. consolidata fuit actio de dote in patrem etiaꝫ si tempore quo filia decessit superuixisset filius vel filia ex ea. vt no. ff. solu. matri. l. post dotem. per Bar. in vlti. vel. penul. col. versi. item facit ad aliud zc. qui refert ita fuisse determinatū Bonoñ. bene pocto doctores. isto ergo casu non potuisset hec filia donare in preiudicium patris. vt. ff. sol. matri. l. ij. §. itē si volōtate. Si vero dicta bona paterna z materna remisisset tunc videretur istam dotem habuisse in recompensationem illorum bonorū: ergo esset idem censendum de eo qđ de illis. vt. l. si eum. §. qui iniuriarū. si quis cau. Modo sic certuꝫ est ꝙ de bonis paternis nō potuisset disponere inuita patris: q2 nullū ius formatuꝫ videtur habere etiaꝫ quo ad legitimā: vt. ff. de colla. bo. l. j. §. si impuberi. de libe. agno. l. fi. no. C. de sacrosa. eccle. auf. si q̄ mulier. ❡Itē similiter de bonis maternis disponere nō poterat. vt. d. §. fili⁹ autē. ergo nec de ista dote que successit loco ipsorū: nisi qs diceret ꝙ dando dotem pro illis bonis videat dedisse quo ad proprietatē z vsumfructū z tunc disponere potuisset ꝭm ea que. s. dixi. sed hoc non est mihi bene clarū: ideo vellē super hoc maturius deliberare. Patet ergo ex predictis ꝙ illa donatio valuit tantū quo ad iocalia: quo ad dotē vo vel donationē centū florenorum non valuit de presenti nec potest iste Guilielmus se defendere aduersus patrem vxoris. Dicunt tamen quidam doc. ꝙ post morteꝫ patris reconualescit: q2 cessat patris interesse in cuius fauorem prohibita erat alienatio. arg. ad hoc. ff. de vsuc. cū vir p̄diū. ad trebel. l. filiā fratrib⁹. in aut. de nup. §. quoniā. sol. matri. l. ij. §. deniqꝫ. ad macedo. l. iulianus. §. si filius. Sed hoc vr ꝯ mentē. §. filius aūt. cōiuncta. l. ꝙ ab initio. de reg. iur. nec est presentis speculationis: q2 pater viuit ideo omitto.

5 ❡†De tertio z vltimo si queritur vtrum iste Guilielmus possit se defendere aduersus petentem quo ad illa iocalia propter donationem factam capellanie. Videtur ꝙ non per ea que no. ff. de rei ven. l. fructus. in vlti. glo. si agervecti. vel emphi. pe. l. ij. Sed respondeo ꝙ per illam donationem trāsiuit vtilis actio in capellaniam contra heredes mariti: directa vero remāsit penes donantem z heredem eius. argu. C. de actio. z oblig. l. ij. q̄ vtilis prefertur directe. ff. de procur. l. in cause. §. fi. est ergo conclusio ꝙ postꝙ iste Guil. nondū soluit patri petenti penes queꝫ sunt directe actiones ꝙ rector capellanie penes quem sunt vtiles denuntiet sibi ꝙ non soluat: z tunc soluere nō tenetur. vt. C. de noua. l. ij. z ibi no. per docto. quicquid gl. ibi sentiat. imo videtur ꝙ nec requiratur denuntiatio ex quo iste Guil. scit alteri competere vtiles. vt no. ff. de transac. l. fi. per gl. verum q2 alia glo. est contraria. C. que res pig. oblig. poss. l. nomen. ideo securior est prima opi. ꝙ ille rector denuntiet vel veniat ad causaꝫ. facit ad predicta qđ no. per Barto. ff. ad trebellia. l. facta. §. si heres. Laus deo.

8 ❡Pōt. Sed nunqd possit testari de dote. vide Bal. in consil. ccccxliij. i. iij. parte. z quid de legitima et trebellianica si sit grauat⁹. vide p eū in cōsil. xcix. in scđa parte.

¶ Casus talis est.

¶ De quadam examinatione testiũ facta super quadam substitutione parte non vocata vtrum valeat.

¶ Consilium. ccclxxxij.

1 Si dubitet̃ de substitutione vtrũ sit facta necne debent in examinatiõe testiũ citari illi qbus facta dicit̃: ꝛ etiã qui veniũt ab intestato ad illa bona: al's non valet. ꝛ nu. seq.

2 Et lꝫ habentibus spem succedendi: cã sibi defendere ꝛ cõseruare: nec propterea dicuntur sollicitj de hereditate viuentis.

3 Decretũ ꝑ iudicẽ iterpositũ quo casu dici possit obreptitium.



In christi nomine amẽ.

1 ¶ † Dubitatio poterat esse q꞉ cũ tempore examinationis testium viuerent filij nõ videbat̃ ꝙ essent aliqui vocandi. nam filij non: q꞉ substitutio super qua examinabant̃ non poterat habere locũ in vita ipsorꝫ sed post mortẽ. Sed illo tpe nõ poterant illi filij interesse ptendere q꞉ mors omnia soluit. vt in aut. de nupt. §. deinceps. ꝛ no. ff. si cer. peta. l. eius q in prouincia. Sed vocãdi nõ sunt nisi illi quorum interest. de maio. ꝛ obe. inter quattuor. Item nec venientes ab intestato illis filijs videbant̃ vocandi: q꞉ nõ poterant aliud interesse ptendere nisi q꞉ illis filijs erãt successuri. Sed hoc pretendere nõ poterant in vita ipsorũ viderent̃ sollicitj de hereditate viuentiũ: hinc est ꝙ spes illa succedendi in vita alterius nõ est probabilis. ff. de vulg. ꝛ pupil. l. ij. §. interdũ. de colla. bo. l. j. §. si impuberi. de lib. leg. l. post emancipationẽ. §. illud. ꝛ ibi per Bar. Non ergo erãt vocãdi rõne istius iteresse nec spei que erat improbabilis. ad hoc. C. de pac. l. fi. ¶ Contrariuꝫ dico ꝙ tam filij ꝙ̃ illi q successuri erant ei ab intestato vocãdi erant ꝑ ea que plene ꝛ copiose allegata sunt per venerabilẽ allegantẽ. ¶ Nec obstant ꝑdicta. Et primo de filijs ꝛ dico ꝙ in vita ipsorum poterant interesse ptendere ꝙ eis non esset facta substitutio post mortẽ. qđ patet. Nã si eis esset facta nõ poterãt de illis bonis disponere. C. cõmu. de leg. aut. res que. Sed si non esset facta poterant disponere tam in vita ꝙ̃ post mortẽ: sed nostra interest habere liberã nostraꝫ rerum administrationẽ. ff. si qs a paren. fue. ma. l. non vsqꝫ adeo. C. de ꝯben. emp. l. dudum. Itẽ interest nostra habere in bonis nostris heredẽ: vt. ff. de interro. act. l. ij. qđ interesse habere nõ poterãt isti filij in bonis illis si facta esset substitutio fideicõmissaria: q꞉ ꝑ illã nõ succederet̃ eis: sed primo testatori. vt. ff. de vulg. ꝛ pupil. l. coheredi. §. cũ filie. ¶ Preterea substitutio fideicõmissaria cõtinet onus: sed illorum filiorũ intererat ꝙ illud onus non esset eis iniunctũ: hinc est ꝙ propter tale onus appositũ in legitima dabat̃ olim q̃rela: hodie vero remanet qđ non esset si filiorũ non interesset: vt. C.

2 de inoffi. testa. l. omnino. ꝛ. l. quoniã in priorib[9]. ¶ † Iteꝫ dico ꝙ illorũ venientiũ ab intestato intererat substitutioneꝫ nõ esse factã ꝑpter spem succedẽdi quã habebant: quã qdẽ spem pmittitur eis defendere ꝛ ꝯseruare: vt patet in matreꝫ venientibus ab intestato pupillo qbus pmittit̃ in vita pupilli spem quã nõ habẽt succedẽdi ꝯfirmare petẽdo tutorẽ ĩfra ãnũ. C. de legi. here. l. sciãt. ff. ad tertul. l. ij. §. si mater. Nec ob. ꝙ nõ debẽt esse sollicite de hereditate viuentiũ: q꞉ verũ est agendo ꝛ prouocãdo: sed defendẽdo possunt si ꝓuocati sunt. ar. ei[9] qđ dicimus de excõmunicato. de excep. c. cũ inter. ꝛ qđ no. de iudi. c. exhibita. in glo. que incipit. exceptio. ¶ Ad predicta facit. ff. de euic. l. pater. vbi dicit̃ ꝙ interest patris defendere spem quã habet recuperandi dotẽ vel spem ꝯsolidationis ꝑ mortẽ filie etiaꝫ in vita ipsius filie: sic etiã econtra interest filie conseruare spem cõsolidatiõis quã habet etiã in vita patris. vt patet. ff. de mino. l. iij. §. sed vtrum. in fi. Debebãt ergo citari illi quos proxima causa successionis cõtingebat tẽpore examinationis testiũ. ff. de ven. inspi. l. j. §. denũtiari. de testi. albericus. cũ ibi no. ¶ Preterea si fuissent citati forte aliquaꝫ causam allegassent ꝑpter quã

3 iudex examinationẽ nõ fecisset. arg. ff. de arbi. l. si in tres. † Sed qñcunqꝫ aliquid officio iudicis petitur in quo possit esse aliqs specialis ꝯdictor: ibi debet ille citari: si vero nõ sit specialis debet fieri proclama generale: vt no. per Innoc. de maio. ꝛ obe. c. humilis. de procur. c. in nostra. Et si non fiat tunc decretum interpositum per iudicem põt dici obreptitiũ quasi per importunitatem vnius partis obtentũ: ꝛ sic non valet. arg. ff. de fideicõmiss. liberta. l. si vero subuentuꝫ. ne vis fiat ei. l. j. §. hec verba. §. deinde. l. si pretor. §. marcellus. vel potest dici ambitiosum: q꞉ cum iudex debeat vtriqꝫ parti cõsulere: q꞉ positus est ad discernenduꝫ veritatem: ꝛ sic pro vtraqꝫ parte sicut testis: vt no. C. de eden. l. is apud quem. si aliquid facit contra partem absentem ꝛ inauditam videtur facere ob fauorem ꝛ gratiã partis presentis ꝛ sic est ambitiosum: ꝛ per consequens inualidũ. arg. ff. de decre. ab ordi. fa. l. ambitiosa. ad trebel. l. seruo inuito. §. cum pretor. ꝛ qđ ibi per glo. facit de cau. possess. ꝛ proprie. c. j. in fi. ij. q. j. nos in quẽꝙ̃. C. si ꝑ vim vel alio modo. l. fi. Itẽ nõ solũ sunt vocãdi illi quorũ interest de ꝑsenti: sed quorũ interesse põtest in futurum. ff. de aqua plu. arcen. l. in diẽ. ꝛ. l. in ꝯcedendo. ¶ Ex quibus patet ꝙ prima examinatio nõ valuit: sed nec secunda q꞉ laborat eodem morbo ꝛ etiam maiori: q꞉ fuerunt recepte mulieres que in testamento esse non possunt. ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. Laus deo.

a ¶ Familie. Qui autem tũc veniant ꝛ comprehendantur, vide do. Alex. de imo. in cõsil. lvj. i. ij. colum. in prima parte.

¶ Casus talis est.

¶ Testator qui erat presbyter ꝛ Ven. in suo testamento inseruit taleꝫ clausulam. iteꝫ lego cuilibet de consanguineis meis habitantibus in mandamento gaudiatij vtriusqꝫ sexus cuilibet decem florenos auri semel tantum.

¶ Est in facto ꝙ testator habebat habitantes in dicto mandamento fratres ꝛ sorores habentes liberos.

¶ Item habebat plures consanguineos in diuersis gradibus tam masculos ꝙ̃ feminas habentes liberos. Modo queritur vtrum omnes predicti admittantur ad legatum ita ꝙ cuilibet soluantur decem floreni: vel si non admittantur omnes qui erunt admittendi.

¶ Consilium. ccclxxxiij.

1 Quando fit legatum consanguineis: quomodo intelligatur tale relictum: ꝛ an omnes de familia veniant ad vtilitateꝫ legati.

2 Quãdo fit legatũ quibuslibet de familia an omnes quotquot erunt venient ad tale legatum insolidum. ꝛ. 3.

3 Et quid si filius sit institutus heres ꝛ grauat[9] tali legato. ꝛ qd si sit institutus extraneus: ꝛ vsqꝫ ad quem gradum admittantur cognati.



In christi nomine amen.

a ¶ Notandum est ad euidentiam ꝙ si testator facit vnũ legatũ familie[a] sue isto nomine collectiuo puta legat decẽ: tunc habemus iura clara que dicũt ꝙ primo admittuntur nominati: ꝛ si illi non sunt admittuntur proximiores in gradu alijs exclusis. vt. ff. de leg. ij. cum ita. §. in fideicõmisso.

1 ꝛ. l. peto. §. fratre. C. de verbo. signifi. l. fi. † Idem est si quis faceret vnum legatum consanguineis ꝛ sic sub verbo indefinito: q꞉ videtur cognationi factum ꝛ sic familie sicut econtra factũ cognationi videtur factum consanguineis. ff. de reb. dub. l. si cognatis. ꝛ ibi no. facit. eo. ff. ti. l. ciuibus. ideo autem est in predictis: q꞉ per talem interpretationem soluantur verba testatoris ꝛ mens. de verbis patet: q꞉ licet proximiores in gradu admittantur ad legatum ceteris exclusis: tamen verum est dicere familie vel cognatis esse relictum etiã si vnus solus esset in proximiori gradu ꝛ multi in inferioribus: vt patet. ff. de lega. j. l. filiusfamilias. §. diui. lo secundo. circa fi. ibi dum dicit. Verus est enim in familia reliqsse ꝛc. de leg. iij. l. is qui cum plures de lega. ij. vnum ex familia. C. de fidecõmiss. l. voluntas. De mente vero similiter patet: nam mens testatoris est ꝙ legatũ sit vtile ꝛ aliquod emolumentum contineat: al's enim derisoriũ esset ꝛ nullum ꝙ non presumitur velle testator. hoc patet. ff. de leg. ij. l. meuius. post principium. ibi. debitor autem ꝛc. de leg. iij. q cõcubinam. §. qui hortos. ꝛ ibi notatur de leg. j. l. si res obligatas. ibi. vel potest aliquid esse superfluum ꝛc. ꝛ no. eo. titu. l. legato generaliter. in glo. magna. Modo quando vnicum est legatuꝫ si diceremus omnes de familia admitti posset reddi inutile puta si legatum esset modicum ꝛ multi essent in familia. ꝛ ideo bene statuit lex ꝙ potiores tantũ admittantur in gradu postꝙ̃ verba hoc patiuntur ꝛ mens testatoris non refragatur ꝛ legatum vtile redditur. ff. de leg. j. l. ab omnib[9]. post principiũ. Sꝫ nos sumus in casu valde diuerso ꝛ in quo diuersa est ratio. vnde cogimur aliud dicere. Nõ enim hoc legatum factum fuit consanguinitati vel cõsanguineis sub noĩe indefinito vt dicũt

2 illa iura. Sꝫ cuilibet ex ꝯsanguineis † que dictio cuilibet est dictio vniuersalis: q꞉ ad verificationem sui requirit concursum omniũ. vt. ff. de arbi. l. nõ distinguemus. §. cũ in plures. Itẽ est distributiua: q꞉ cuilibet legatum attribuunt insolidũ vt. ff. de lega. ij. l. si pluribus. in prin. ꝛ ibi no. de heredi. insti. l. hoc articulo. ꝛ ibi no. per Bar. vnde nõ esset verũ dicere ꝙ cuilibet consanguineorũ foret legatũ nisi omnes cuiuscũqꝫ gradus admitterentur ꝛ cuilibet insolidũ: non ergo debemus recedere a verbis postꝙ̃ aliter non possunt saluari ꝛ voluntas testatoris non repugnet. vt. j. dicam. de leg. iij. non aliter. in princi. Et argu. de exerci. l. j. §. si is qui nauim. Preterea ex quo ista qualitas consanguinitatis competit cuilibet insolidum licet sint in diuersis gradibus constituti dictio distributiua cuilibet videtur similiter legatum cuilibet insolidum attribuere. ar. de lega. j. qui filiabus. §. j. ¶ Preterea hic non intendebat testator vnũ legatum facere sed plura: quia voluit multiplicari summas ſm numerum personarum: ꝛ sic tot sunt legata quot summe. ff. de verbo.

de verb.obli.l.scire debemus.vnde ptz ꝙ habuit respectuz ad singulas psonas z singulos cōsanguineos nominasse videt.ff. de administra.tuto.l.si duo.de leg.iij.l.si chorus. Nā z filij vident noīatim exheredati si qs heredat omnes filios suos.ff.de libe.z posthu.l.titi⁹.in prin.nō ergo sequit hic illa absurditas quos legatū videt inutile si omnes admittant insōlidū.z ideo dico nō debere remitti vt saluentur verba generalia testatoris. Nec ob.si dicat ꝙ idē debet dici de vniuersali qd de indefinita: nā iterdū multo z plus operat vniuersalis.de leg.iij.l.iulian⁹.
3 sed dicet aliqs† ꝙ ista iterpretatio erit ꝯ voluntatē testatoris: qꝛ p hoc multū grauabit heres ꝙ nō presumit velle testator. de leg.ij.l.titia.§.q in vita.z.l.sempronius.z.l. si ita relictum. in prin. Sed rñdeo ꝙ ꝯria cōiectura sumit ex psona testatoris heredis scripti z quātitate hereditatis:nā testator erat clericus z instituebat sibi extraneū: nā si fuisset laicus z instituisset filiuz nō esset credendū ꝙ voluisset eum ita grauare.arg.de iure codi cillorum.l.is quī.z.d.§. q in vita. item relinquebat pinguem hereditatem z soluendo oībus adhuc diues remanet. Postꝙ ergo verba cōsonant ista cōiectura preualet alteri.facit qd no. ff.de in integ.resti.l.diuus. Si autē querit vsqꝫ ad quē graduz admittant.puto ꝙ vsqꝫ ad septimū gradū:sicut ad successionē. ar.ff.de gradi.l.nō facile.in prin.z qd no.C. ad tertul.l. si femi na.lꝫ qñqꝫ reperiat ꝙ intelligant vsqꝫ ad quartuz gradum.de episco.z cleri.auf.licentiam.z in.c.non debet.de cōsanguini.z affini.sed illi sunt casus speciales z aliam rationem habentes vnde nō sunt trahendi ad casum istum. Laus deo.

¶ Casus.

¶ Ponit i facto ꝙ Berengaria filia Joānis heredis vxorqꝫ Pontij benedicti existens in infirmitate de consensu dicti pris sui fecit donationē causa mortis p quā inter cetera donauit di cto eius marito qnquaginta floreñ. aur. Jtē piereto benedicti viginti floreñ. aur. Jtē ioāneto veherij fratri suo viginti flore. aur. Jtē liberis rñdibamet.decem florē.aur. Cetera vero bona sua dedit ioānete Benedicte filie sue z dicti Pontij. z si dicta ioāneta decederet qñcūqꝫ sine prole legitima eadē bona dedit donatione cā mortis p medietate matri sue Berengarie:z pro alia medietate dicto Pontio marito suo. Inclusis tñ in ipsa medietate dictis quinquaginta floreñ.sibi donatis:z legitima q̄ sibi posset cōpetere p mortē dicte Joannete filie sue. ¶ Contingit autē in facto ꝙ dicta Berenga. a dicta infirmitate con ualuit: et dicta ioanneta filia sua ipsa matre viuente decessit. ¶ Modo queritur vtrum valeant predicta donata per dictā Berengariam causa mortis modo predicto taliter ꝙ donata tñ ea petere z consequi possint.

¶ Consilium.cclxxxiiij.

1 ☞ Donationi causa mortis potest substitui z directe z p obliquū z tenet substitutio etiam mortua donataria viuo donatore:z qualiter directe fiat vel oblique.
2 Donatio facta contemplatione periculi cessante periculo reuocatur:z quid in dubio qñ non fit per modum cause.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Si qritur vtruz ista donatio fuerit reuocata ex hoc ꝙ filia prima donataria decessit in vita donatricis. dico ꝙ nō quo ad eos q sibi substituti erant: sꝫ maritum z matrē dicte donatricis.ff.de vsufruc. leg.l.si ab eo.C.de cadu. tol.l.j.§.z cū triplici.cōiuncto.§.p scdo.in qbus habet ꝙ mortuo illo cui facta erat substitutio in vita testatoris adhuc durat substitutio: z loquunt de substōne fideicōmissaria per quā substitutus habebat capere p manus illius cui substitut⁹ erat: fortius ergo in directa p quā capit a seipso vñ mors illius minus sibi nocet.qd etiā colligit.ff.de vulg.z pupil.l.qdā testamento. ¶ Sed in casu nostro fuerūt isti directo substituti: qꝛ donatrix vsa est his verbis: vꝫ si dicta filia decederet sine liberis donabat pro medietate tali z p alia medietate tali zc.q̄ verba donabat zc.faciunt in psenti casu substitutionē directā. iuxta no.p Dy. ff.de dona.causa mor.l.si cui mortis.z de lega.ij.l.vt heredib⁹. z ibi p Bar.z.C.de dona.causa mor.l.j. Jtēꝫ ptz ex eo:qꝛ dicti substituti nō stipulabant in illū casum ad illā filiā primaꝫ donatariā cū esset infans: sed stipulabant ab ipa donatrice. Primo enim casu fuisset obliqua si habuissent pcipere p manus filie. vnde cū in psona filie fuerit reuocata magis fuisset dubiuꝫ an reuocata fuisset quo ad substitutos: sed in scdo casu cū habeāt pcipere ab ipsa donatrice minus habet dubij.ar. ad hoc.ff.de adimē.lega.l.iij.§.j.z.§.si quis ita. ¶ Si queritur vtrum fuerit reuocata donatio: quia donatrix recōualuit ab infirmitate in qua iacebat tempore donationis tunc maius est dubiuꝫ. Nā si dixisset hoc expresse donatrix ꝙ in illū casum volebat reuoca ri vel si dixisset ꝙ ideo donabat : quia dubitabat mori de illa infirmitate:z sic illa īfirmitas esset causa donatiōis;tūc cessan te infirmitate tanꝙ causa finali cessaret etiam donatio z ipso iure esset reuocata. ita vident loq leges.ff.de dona.causa mor. l.senatus.§.nec dubitauerūt.z.l.si mortis causa. de dona.l.j. §.itē cū ipse.si cer.peta.l.nō omnis.de adimen.leg. alumne.§. fi.tales enim pfationes p modū cause apposite iducunt causaꝫ finalē.ff.de heredi.insti.l.fi.sed in casu nostro neutrū istorū fecit sed simpliciter narrauit se infirmaꝫ nec dixit ideo se donare qꝛ dubitabat de illa infirmitate mori z certuꝫ est ꝙ multi infirmā tur q non propterea mori dubitant.vnde lꝫ infirmitas det tunc occasionem donationi: qꝛ propter eam inducitur ad cognitionem mortis ad quā al's non induceret non propterea talis infirmitas est causa finalis donationis:qꝛ non facit eam propter mortē quā dubitat ex instāti infirmitate: sꝫ pp̄ter illā quā scit se aliqñ posse cōtingere q̄ pp̄ter instātē infirmitatē inducitur: sicut peccator qui aliqñ percussus a deo aliqua aduersitate inducit ad contritionem z mortis cogitationē quā de present: tñ non dubitat.non ergo videtur ꝙ isto casu sit reuocata donatio postꝙ non expresserit.argu.C.de condi.ob causam.l.si repeten di.z qd no.per Dy.in.l.j.de dona.causa mor.in prima glosella.al's sequeret absurdū ꝙ si qs in quacūqꝫ leui infirmitate constitutus donaret causa mortis eo recōualescente reuocata esset
2 donatio qd nō est dicēdū.† verūtamē glo.ordinaria.in.l.iij.de dona.causa mor.videt determinare ꝯrīū ꝙ qcunqꝫ qs in infirmitate cōstitutus vel periculo donat eo liberato ab illa infirmitate vel periculo reuocata est donatio nec distinguit an donās hoc dixerit vel nō sed pōt intelligi fm pdicta:z ita videt eaꝫ intelligere Bar. si cōsiderent verba sua. dicit em̄ ꝙ cū illa causa adijcit de instāti periculo vel infirmitate videt ad illa se astringere z ideo reuocata est ipsa cessante z sic innuit ꝙ debeat addici per modum cause. ¶ Breuiter cuꝫ correptione sanioris puto sic dicendum ꝙ si constat infirmitatem illam fuisse grauē adeo ꝙ verisimiliter dubitabat de ipsa mori licet nō fuerit expressum in donatione donatio sit reuocata per illam glo.qꝛ cuꝫ dixit se donare causa mortis videt se retulisse ad illā quā ex instanti infirmitate dubitabat:al's autem si hoc nō cōstet postꝙ in instrumento nō fuit dictū ꝙ nō sit reuocata per rōnes allegatas pro ista parte.item dico ꝙ onus probandi talem fuisse infirmitateꝫ de qua verisimiliter poterat dubitare mortem incumbit ei qui dicit reuocatam esse donationem.ff.de proba.l.ei qui diem po terat probare per medicos vel obstetrices sibi assistētes vel custodes qui audiebant verba z querelas suas: vel si fecit alia signa de dubitatiōe mortis qꝛ ꝯfessa fuit z recepit corpus Christi z similia.item dico posito ꝙ esset reuocata si postea declarasset se velle decedere cum eadem voluntate adhuc remaneret firma donatio quasi ex recenti voluntate. arg.ff.de leg.iij.l.j.§.si filius.de bono.posses.fm tabu.q ex liberis.§.testamento.qd est verum si pater consensisset:al's ius sibi quesituꝫ ex reuocatione donationis nō potuisset filia sibi tollere.ff.de pac.l.fi.sol.mat. l.insulam.§.fi.cum simi. Laus deo.

¶ Casus talis est.

¶ De quadam remissione facta per quādam filiam fratri suo ad instantiā z assseuerationē matris de omnib⁹ bonis paternis hoc acto ꝙ dotaretur de certa summa vtrum valeat.

¶ Consilium.cclxxxv.

1 ☞ Remissio facta a filia fratri suo etiam iurata potest retractari si fuit decepta persuasionibus z dolo matris vel si nō fuit insinuata:nā nec iuramento potest insinuationi renūtiari.z.2.
2 Juramentum nō extenditur ad incogitata nec ad id de quo nō est verisimile fuisse actum si expressum fuisset.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Siue dicamus istā getantiā vel remissionē habere vim venditionis ex eo qd filia ista remittebat bona pro pecunia, iuxta no.per Bart.in.l.ij.ff.si cer.peta.siue vim donationis ex eo ꝙ plus ascendebat valor rerum ꝙ esset illa pecunia.ar.ff.de contrahen.emp.l.si quis donationis.tamen vtroqꝫ casu dicendum est ipsaꝫ de se non valere : quia res immobiles minoris sine decreto non possunt alienari.ff.de re. eorum.per totum.C.de predijs mino.l.prediorum.z.l.si quidem.cum tamen ad reuocationeꝫ eius agitur ipsa pecunia percepta restituenda est:vt.d.l.prediorū. Item inquātum vim donationis habet.i.in eo qd extendit summam dotis etiam si decretum interuenisset non valeret: quia decretum interponi debet in fauorem z prouisionem minoris non in odium qd est semper cum donat.C.si maior fac.ra.ha.l.fi.ff.de tute. z ra.di.l.j. §.j.item si ascendat summam quingentorum propterallud nō valet si non fuit insinuata.C.de donat.l.datam. nec potest illi
a iuri de insinuatione loquenti renuntiari[a]: quia introducta fuit propter publicam vtilitatem:ergo zc.ff.de procur.l.filiusfa.§. milites.de postu.l.quos prohibet.solu.matri.l.alia causa.§.

a ¶ Renūtiari. Adde eūdeꝫ pau.s. in consi. cccxlv.nume.ij.

eleganter. z ita tenet Guil. de cu. in. l. illud. C. de sac. san. eccle. z Old. etiā ita cōsuluit. vnde nec cū iuramēto videt̄ posse renū tiari qd nō valet ꝯ pub. vtilitatē ꝑstitū. de foro cōpe. c. si dilige ti. in fi. no. bar. ff. ad. l. fal. l. seius z augeri⁹. Itē ꝓpter aliud di cta getatio vr̄ nō esse seruāda. nā si verū est hoc qd ponit: vꝫ ꝙ mater vt induceret eam ad remittēdū asserebat ꝙ omnia bona q̄ remittebat nō ascēdebāt ad illā summaꝫ. ꝛc. z tū multo plus valebant: vel asserebat ꝙ erāt implicita litigijs: qd erat falsuꝫ: tūc ꝯstat ꝙ inducta fuit ꝑ dolū: q2 si veritatē sciuisset illud non fecisset. z ideo nō valet. ff. de dolo. l. si qs affirmauerit. in prin. z. §. j. z. l. cū a te. z. l. si legatarius. tales eniꝫ false persuasiones dolū inducunt: vt dictis. ll. z ideo reddit̄ remissio nulla. vt no. in. l. de tutela. C. de in integ. rest. ti. generali. in gl. vel si qs dicat ꝙ dolus tertij nō reddit actū nullū: vt. l. eleganter. in princ. ff. de dolo. saltim reddit ipsuꝫ annullādū in subsidiū: cū ꝯ tertiū nō pōt haberi recursus vt ibi no. vel illud verum de dolo peni tus extranei: secus si sit tutor vel gestor negotiorū vt ibi simili ter no. z. l. sed ex dolo. in prin. eo. titu. quācūqꝫ opi. teneas nō

2 est in effectu seruāda remissio facta ꝑ dolum. † Itē ex hoc pꝫ ꝙ iuramentū nō facit eaꝫ recōualescere: q2 nō extēdit ad icogita ta. de iureiur. c. pe. z ibi no. z ad nostrā in tertio. z. c. veniens. nec ad id de quo nō est visimile fuisse actū si fuisset expressuꝫ. de homici. c. cū iuramentū nō autem est verisimile ꝙ omnia bona remisisset ꝓ tāta summa si sciuisset multo plus valere maxime mulier cuius genus auarissimum est. ad velleia. l. si ego. Item cum remittebat z iurabat intelligebat̄ si vera sunt que sibi asse rebant̄. ar. de rescrip. c. ex parte. in primo. Habent eniꝫ iuramē ta tacitā conditionē: vt no. de rescrip. constitu. cum si. Postq̄ ergo de nouo venit ad notitiam suam ꝙ res aliter se habet nō nocet sibi iuramentum. ar. de except. pastoralis. de testi. presen tium. de elec. c. vt circa. lib. vi. Laus deo.

¶ Consilium. ccclxxxvj.

1 ¶ Hic habes pulchram distinctionē vtrū habētes bona in loco in quo nō habent domiciliū teneant̄ ꝓ illis bonis soluere collectas in eo loco: an vero in loco domicilij.

2 Constitutio facta per rectorē ꝓuincie quatenus est contra iura cōia disponētia aliter de collectis soluendis non valet.

3 Cōfirmatio pontificis an z qn̄ possit ꝑiudicare: z ꝙ ꝯfirmatio principis debet intelligi quatenus nil fiat contra ius cōmune. Princeps qn̄ videatur tollere iura licet mentionē non faciat.



In christi nomine amen.

¶ Prio videndū est q̄liter de iure cōmuni possiden tes bona in loco de montillis vel in ei⁹ territorio de beant cōtribuere in collectis. Scdo de valore ordinatiōis du dum facte in comitatu venesini vtrum procedat de iure.

1 ¶ † Quo ad primū^a distinguēdi sunt tres casus. Nā aut loqui mur de collectis impositis ꝑ ipsam villā ꝯcernentib⁹ statū z cō seruationē ipsius ville: puta ad refectionē vel edificationē mu rorum vel alicuius pontis sine quo villa nō posset inhabitari vel aqductus: z tūc dico ꝙ omnes possessores debēt ꝯtribuere ꝓ solido z libra siue habeant domiciliū in loco siue nō dūmodo possideāt in territorio: nullius enim possessor a talib⁹ oneribus⁹ excusat̄. C. de op. pu. l. ad portus. z. l. omnes z de imu. ne. cō. l. fi. lib. x. in verbo possessores. de sac. san. eccle. l. ad instructiōes. talia enim onera videnf realia: q2 nō solū ꝯcernunt ꝯseruatio nem ambitus loci: sed etiā omniū possessionū in territorio posi tarū: nisi enim locus inhabitaret̄ possessiones remanerent in culte: z ideo sicut possidētes bona īfra locum ꝯtribuere tenent̄ ita z possidētes in territorio qd censet̄ pars ipsi⁹ loci. arg. ff. de iudi. l. insule ad municipa. l. qui ex vico. C. de epis. z cle. l. nulli. ff. de offi. prefe. pto. l. i. §. cū obrē. Cōstat autem ꝙ onera realia possunt indici possessionib⁹: lꝫ dn̄s earū non sortiat̄ in loco do miciliū vel forū: vt no. ꝑ Innocē. de foro cōpe. postulasti. Est autem cōueniens vt postq̄ possessiones territorij ex inhabita tione loci recipiunt culturā z curā: z sic meliorationē. ff. de iure fi. l. iij. §. diui. ꝙ ex earūdem possessionū redditibus locus z in habitatio conseruetur. iuxta illud. Cōmoda qui sentis iungas onus emolumentis. z de reg. iur. l. ꝭm naturā a ꝯrio sensu. z eo. tit. c. qui sentit. z. c. rationi. ff. de vsufruc. l. vsufructu legato. §. fi. cuꝫ. l. seq. z. l. pendētes. §. si quid cloacarij. Interdū vero col lecta nō respicit statuꝫ loci vel eius inhabitationē sed cōitateꝫ ipsius z ꝑsonas eiusdē: z tunc talis collecta non pōt indici per ipsam cōitatē nisi incolis ipsius loci vel habentib⁹ ibi forū: ta lis enim collecta indicit̄ ꝑsonis pro rebus: z ideo oportet ꝙ ꝑ sone sint subdite: ita intelligo. l. rescripto. §. fi. z. l. munerum. §. mixta. z. §. preterea. z qd ibi dicit̄ ꝑ argumentū a speciali. ff. de mune. z hono. Possessoribus ergo nō habentibus ibi forū non indicunt̄: q2 nō sunt de populo illo: sed si indicant̄ per locuꝫ in quo sortit̄ forū tunc etiaꝫ ꝓ bonis alibi sitis soluenda est. ar. ff.

a ¶ Quo ad a primū. Ad ma teriā discurre q̄ habent̄ in cōsil. xxij. icip. videt̄. in pria pte. p. d. Pet. phil. cor. ī ꝯsil. xcix. icipiē. circa. in littera L. z seq. ea. pte. z ī ꝯsi. ccxvij. in cipiē. circa. ꝑ to tum. in. ij. pte. z bal. ī ꝯsil. cxxx viij. in. j. pte. z ī ꝯsil. ccccxxxiij. ī iij. parte. z dn̄m Pet. phil. cor. ī ꝯsil. lxxij. icipiē. in hac. ī littera M. z. N. in. iij. parte. z in cōsi. lxxxij. ꝑ totuꝫ. ea. parte. z in cō si. cxciij. icipiē. lꝫ ꝑ totum.

b ¶ De iure. Qualiter auteꝫ intelligat̄. vide Bal. ī ꝯsi. cxxx iiij. in. iij. parte.

de reb. eor. l. magis puto. §. illud queri. prima vero collecta ꝑo tius rebus q̄ ꝑsonis indicit̄. z ꝭm istā distinctionē intelligo gl. que est. C. de mulie. z in quo loco. l. j. que dicit ꝙ cū alicui inco le collecta imponit̄ res alibi site nō cōputant̄ ne in duobus lo cis res tales tallient̄. Nā illud est verum cū imponit̄ pro onere loci. nā tūc nō debēt dicte res talliari nisi in loco in cuius terri torio sunt: si enim talliarent̄ in loco in quo dominus earū do miciliū hꝫ: tūc in duob⁹ locis talliarent̄ qd esset incōueniens. econtra vero si imponat̄ pro onere cōitatis tunc in loco tantū domicilij: q2 de cōitate illa dn̄s est: z sic intelligo opinionē do ctorum aliquorū reprehendentiū illā glo. Interdū vero colle cta nō imponit̄ ꝑ ipsam villā specialiter: sꝫ imponit̄ generali ter ꝑ supiorē totius ꝓuincie seu cōitatis: puta ꝑ papā vel recto rem iponit̄ vna collecta generalis toti comitatui: puta vigin ti milibus. deinde distribuit̄ quātitas ꝑ loca vt vnus locus sol uat mille: alter duo milia: alter tria milia: tunc nō est hic dispu tandum an possessores bonorū habeāt domicilium in loco vel non cū imponat̄ ꝑ illū cuius iterdicto subditi sunt vbicūqꝫ ha bitent vel vbicūqꝫ bona possideāt. sed est ꝯsiderandum que sit mens supioris in distribuēdo ꝑ dicta loca. z rn̄deo ꝙ mens ei⁹ est ꝙ quilibet locus soluat partē suā pro possessionibus sitis in suo territorio. Nō eniꝫ distribuendo cōsiderauit personas tan tum nec bona que alibi possident: sed bona tantum que in loco sunt: al's enim sequeret̄ inconueniens ꝙ si habitatores de mon tillis pauca bona haberēt in territorio: q2 ꝑ maiori parte sunt forensium ibi non habitantiū sicut de facto etiā contingere pos set ꝙ habitatores dicti loci soluerent in duplo vel in triplo pro possessionibus suis q̄ habitatores aliorū locorū si bona extra neorū ibi non inhabitantiū non cōtribuerent in dicta summa ꝙ esset iniquū: q2 in talibus est equalitas seruanda. arg. C. cō mu. diui. l. pe. in fi. de fructi. z lit. expen. l. fi. de proxi. sac. scri. l. in sacris. §. in oibus. lib. xij. de re mili. l. fi. §. ita vꝫ. Item seque retur ꝙ possessiones que sunt in territorio loci de montillis ex cuius inhabitatione recipiunt culturam z aditamentum vt di ctum est nō prodessent illi loco: sed alteri in quo dn̄s habet do micilium ꝙ esset similiter inhumanuꝫ. arg. C. de serui. l. fi. ꝑses. de alluuionibus. l. fi. ibi duꝫ dicit. ne doleant diligentes ꝛc. de bo. que libe. l. cū oportet. in prin. ibi dum dicit. z filij non luge bunt ꝛc. Facit qd habet̄ de cōstitu. c. cū. M. ferrariensis. in gl. super verbo industriā. dico ergo ꝙ si cōsiderata mente superio ris z bona eqtate ac iuris dispositione distributio quātitatum facta ꝑ loca dꝫ itelligi ꝭm q̄titatē possessionū existētiū in terri torio dicti loci: z ideo dicte possessiōes debēt ī illa summa ꝯtri buere: lꝫ dn̄s eax alibi habeat domiciliū: ex qbus sequit̄ rn̄sio.

2 ¶ † Ad scdm: vꝫ inquātū ordinatio facta ī venesino cōcordat predictis valuit: inquātum vero contradicit nō valuit de se: q2 non potuit rector tollere ius cōmune. C. de offi. prefec. preto. l. normam al's formam. xxv. q. ij. c. institutionis.

3 ¶ † Patet etiā ex ꝑdictis rn̄sio ad tertiū: scꝫ vtrū cōfirmatio pape valeat inquātū ꝑdictis ꝯdicit: sup quo ꝯsiderandū est ꝙ dicta cōfirmatio nō fuit facta motu ꝓprio: sed ad instātiā cō munitatū venesini asserentiū predictā ordinationē ꝓcedere de iure: vt patet ex tenore ipsius. ex quo pꝫ ꝙ papa nō intendebat

b iura tollere: sed perinde est ac si cōfirmasset si z prout de iure^b. Cū ergo iura dicent ꝯrīū repellenda est confirmatio maxime si dicta cōfirmatio preiudicialis est alijs. C. de preci. impe. offe. l. rescripta. si ꝯ ius vel vtili. pub. l. fi. de rescrip. c. si qn̄. Nec ob. de consti. c. j. lib. vj. vbi princeps videt̄ tollere iura: lꝫ mentionem nō faciat: q2 illud est verū cū legē cōdit proprio motu. Secus si ad postulationem alterius aliquid cōcedit ꝑ supra dicta iura. ¶ Preterea hoc pꝫ ex eo ꝙ papa dicit circa fi. si aliquid cano nicū non obsistat. canon em idē est ꝙ regula: regula ꝑo dicit̄ q2 recte ducit. i ij. dist. c. canon. Ius autem ciuile recte ducit: z ideo canonicū z regulare dici pōt. ar. C. de legi. l. leges. si ergo iura ciuilia obuiant videt̄ obuiare qd canonicuꝫ: z ideo cōfirmatio nō ꝓcedit. Preterea nō solū ciuilia sꝫ etiā mere canonica iura obuiare vident̄: q2 cū nō reperiat̄ in eis ꝯriuꝫ etiam ꝑ canones sunt leges seruande: z ꝑ canonibus habent̄: vt no. de oper. no. nun. c. j. Preterea posito ꝙ semel valuisset cōfirmatio: hodie tū non videt̄ seruāda: q2 qn̄ facta fuit pauci forēses tenebāt bona in territorio de montillis: hodie vero quasi omnia tenent̄ ꝑ fo renses. z ideo si seruaret̄ esset multū dispendiosa incolis. Pri uilegiuꝫ aūt vel cōcessio principis cum ex post facto deducit ad iniquū compendiuꝫ non debet seruari. de decimis. c. suggestū. in tex. z glo. q̄ optime facit. Sequit̄ ergo ex ꝑdictis ꝙ dominus rigens non obstante ordinatione vel confirmatione predicta debet executioni mandare z dn̄i camerarij cogere possidētes bo na in loco vel territorio de montillis: lꝫ ibi non habeant domi cilium ad cōferendū in collectis z alijs oneribus ꝭm ea que. ꝯ. dicta sunt. Laus deo z beate Marie virgini.

¶ Consilium

¶ Consilium.cclxxxvij.

1 ☞ Filiusfa. sicut est capax dotis ꝛ dona. ꝑpter nuptias ita ꝛ
obligationis eiusdem.
2 Heres detrahit qđ sibi debet a defuncto qñ est grauatus resti-
tuere: licet per aditionē confuse sint actiones.
3 Donatio ꝑpter nuptias cōputatur in legitimā: ꝛ qđ vltra est
potest grauari filius restituere.
4 Si dubitat an is cui substitutum est filios habuerit: ꝛ an prede
cesserint instituto quis probet.
5 Qui non facit inuentariū an perdat trebellianicam.
6 Et qñ legitima ꝛ trebellianica nō sufficiūt ad dotē filie saluo
honore nō deduci pōt de fideicōmis. vltra eas portiones.



In christi nomine amē.

1 ¶ Pro declaratione primi dubij ꝛ aliquoꝝ alio-
rum que cū ipso simul expediā: † premitto ꝙ sicut
filius vel filiafamilias sunt capaces dotis ꝛ dona
tionis propter nuptias: vt. l. pompo. philadelphus. ff. famil.
hercis. ꝛ no. in. l. ij. C. de inoffi. dona. ita ꝛ obligationis pro do-
te vel donatiōe. arg. eoꝝ q̄ no. C. de inoffi. test. aut. vñ si parēs.
erat ergo pater obligatus huic filio suo Frācisco ad id qđ pro
2 miserat ꝛ nondū tradiderat. † Scđo premitto ꝙ lꝫ per aditionē
hereditatis cōfundant actiōes quas heres hꝫ cōtra defunctū:
cum tñ rogatus est restituere hereditatē: potest aduersus fidei-
commissariuꝫ retinere qđ sibi debebatur. C. ad. l. fal. l. imponē
da. ff. ad treb. l. debitor. ꝛ ibi no. ꝛ si restituit retentione non fa-
cta potest repetere quasi plus soluerit ꝙ̄ debuerit. eo. ti. ad tre-
bel. l. pe. ꝛ idem est cum restituit non retenta quarta trebelliani
3 ca per errorem facti. eo. ti. l. heres cū debuerat. † Tertio premit
to ꝙ si pater quando grauauit filium suum de restituendo here
ditatē non fecisset mētionē de eo qđ sibi promiserat in donatio
ne ꝑpter nuptias: sed simpliciter ipm̄ grauasset de restituendo
hereditatē si decederet sine liberis: tūc adueniente casu substi-
tutionis potuisset filius vel eius heredes facere duplicem detra
ctionē seu retētionē: nā primo potuissent deducere illud qđ fue
rat promissum p patrē tanꝙ̄ es alienū. ff. ad treb. l. a filia. in pñ.
ꝛ. l. pr̄ filiā. ad. l. fal. ꝛ illud qđ ꝑpter istā causaꝫ detraxisset fuis
set cōputatū in legitima: adeo vt pro legitima aliud nō detra-
heretur si illud suffecisset. C. de inoffi. testō. l. qm̄ nouella. Iteꝫ
si plus fuisset ꝙ̄ ascenderet legitima similiter nō fuisset restituē-
dum: vt dictis iuribus. scđo potuisset detrahere trebellianicaꝫ
vt dicūt etiā dicte leges. Nūc aūt in casu nostro pater voluit ex
presse ꝙ illud qđ ꝓmiserat nō exigeret p filiuꝫ qđ facere potuit
quatenus erat vltra legitimā: qꝛ sicut in illo pōt filius grauari
vt alteri det: ita ꝛ prohiberi ne deducat: qꝛ per hoc vr̄ grauari
vt restituat fideicōmissario. ff. de leg. ij. l. fi. §. filio. ꝛ notat. C. de
rei vxo. act. §. videamus. in q̄bus locis no. per doc. ꝙ filius vel
filiafamilias pōt grauari in dote ꝛ donatiōe propter nuptias
quatenus est vltra legitimā. Prohiberi aūt ne deducat idem
est: vt dixi. ff. ad. l. fal. l. debitor. Ad solutionem ergo veniendo
dico ꝙ actio quā habebat ipse fili⁹ p aditionē hereditatis fuit
confusa. Item si heredes dicti filij Francisci possiderent bona
possent aduersus fideicōmissariū petētē restitutionē retinere.
primo de eo qđ ꝓmissum fuit quantū sufficeret ad legitimā ꝛ vl
tra hoc etiā trebellianicā: ꝛ sic medietatē bonoꝝ: residuū aūt ve
niret restituendū. Si vero bona possideant p fideicōmissarium
vel eius heredē. i. p illā Serenettā tūc possunt heredes dicti fi-
lij oīa repetere vt de oībus retineāt medietatē si pōt fieri cōmo
de vel in aliq̄bus rebus ꝭm arbitriū iudicis: vt. d. l. heres cū de
buerat. ad treb. facit. ff. quorū legato. l. j. §. rediguntur. si vero he-
redes dicti filij possiderēt aliqua q̄ sufficerēt ad legitimā ꝛ tre-
bellianicā ꝛ essent ambo cōtenti ꝙ in illis tm̄ rebus detraheret.
heredes aūt filij nō vellent repetere illa q̄ possident p dictā Se
renettā: qꝛ nō recepit de manu sua hoc facere nō posset etiam si
Serenetta esset parata statim docere de fideicōmisso. nā illo ca
su fideicommissarius est legitimus ꝯdictor: vt no. C. de edic. di.
adri. tol. l. fi. p glo. ꝛ doc. ad treb. ff. l. filiā fratribus. An autem
possit aliq̄d detrahi ex ꝑsona filiorū Francisci. rñdendum est ꝙ
nō: qꝛ cū pr̄ eos ꝓcederet tpe mortis nihil eis debebat. ff. de in-
offi. test. l. si q̄s filio exheredato. ꝛ de inoffi. testa. l. pater filium.
4 ¶ † Ex ꝓdictis pꝫ rñsio ad quattuor prima dubia. Itē ad. vij.
penultimū ꝛ vltimū. Sup. v. quo querit cui incūbat onus pro-
bandi an heredi Cōstātie ꝙ ipsa Constantia decesserit cum li-
beris: vel dicte Serenette ꝙ decesserit sine liberis. postꝙ̄ cōstat
ꝙ Constantia semel habuit liberos. Respondeo si constaret ꝙ
dicti liberi decessissent dubitaret tñ vtrū anteꝙ̄ Constantia vel
post: tunc Serenetta haberet intentionem suā fundatā: qꝛ pre
sumeretur cōditionē fideicōmissi extitisse ꝛ sic liberos ꝓdecessis-
se. ff. ad trebel. l. ex facto. §. si q̄s aūt. vbi est casus. ꝛ no. de rebus
dub. l. qui duos. §. cum in libello. p Bar. Incumberet ergo, tūc
onus probandi heredibus constantie ꝙ decesserit cū liberis. si
vero cōstat ꝙ habuerit: non tñ constat ꝙ mortui sint: ꝛ dubita
tur an presumatur habuisse tpe mortis ex quo semel habuit. ꝛ
rñdeo ꝙ non presumitur habuisse nisi probetur. ꝛ sic idem dico
qđ in casu ꝓcedenti vt incumbat onus probandi heredibus Cō
stantie. textus est cum glo. ordinaria. ff. de excusa. tuto. l. spado
nē. §. qui absolutus. ꝛ maxime hoc verum est in casu nostro vbi
heredes cōstantie agunt contra Serenettam ꝛ sic incumbit eis
onus probandi illud qđ est fundamentuꝫ sue intentionis. ff. de
5 proba. l. ei qui. C. eo. ti. l. actor. † Sup sexto quo queritur vtruꝫ
a heres qui non confecit inuentariuꝫ priuetur trebellianica[a]. ista
q̄stio mouetur p docto. C. ad. l. fal. aut. sed cū testator. ꝛ p Bar.
ff. ad trebel. l. marcellus. qui plures rationes arguendo hincin
de determinat ꝙ non priuetur: ꝛ ipsoꝝ determinationē sequor.
fi.ciui.iud.l.ij. Posito aūt ꝙ inuestigassent talis inuestigatio
ꝑsumiṫ simulata ꝛ fraudulēta cū nō cedat in vtilitatē minorū:
ideo ipoꝝ autoritas iterposita ꝯ veritatē nō valet nec ꝯctū va
lidat.ff.de tu.ꝛ cu.da.ab his.l.seie egresse.ꝛ.l.tutor petitus.

3 ¶ †Scđo vr̄ obstare: q: statutum ṗdictū vr̄ intelligendum qñ
cōtractus minorū fierent cū extraneo: secus si cū sorore.C.de fi
dei.l.volūtas.ar.extra de iurepa.c.ex insinuatiōe. Nā ꝛ feuduꝫ
sine ꝯsensu dñi prohibeṫ alienari.ar.ff.de in diē adie.l.vbi aūt.
§.cū igitur.quibus mo.pig.vel hypo.sol.l.sicut.§.supuacuuꝫ.
de acq.here.l.ij.§.q bonis. Et tñ frater fratri sine cōsensu dñi pōt
a alienare[a].x.colla.de alie.feu.c.ꝛ si clientulus.§.fratri vero.de
alie.feu.pater.c.j. Itē ꝛ emphiteosis nō pōt alienari sine reqsi
tione dñi: ꝛ tñ ex duobus emphiteosis alter alteri pōt alienari
sine dñi requisitione.no.per Guil.de cu.ꝛ bart.ff.de condi.in
deb.l.ꝛ ideo.per eundē Bar.de leg.j.si domus.§.fi. Sed ad.l.
voluntas.rñdeo ꝙ loquatur quādo ꝓhibitio alienationis est
limitata.s.ne fiat extra familiā cū fiat sorori non prohibeṫ: q:
non fit extra familiam. hic aūt prohibitio ista simplex est ꝙ in
nullū fiat sine solennitate statuti. Ad.c.ex insinuatione.respō
deo ꝙ loquiṫ in duobus habentibus iuspatronatus insolidū:
quo casu alter alteri cōcedere pōt: lꝫ in extraneū non possit sine
cōsensu epi. Et est rō: q: alter alteri cōcedendo nullū ius in eū
transfert cū quilibet habeat ius insolidū ꝛ solā administratio
nē: vt ibi no.in gl.lꝫ nos nō sumus in casu illo: vt pꝫ ad sensuꝫ.
¶ Ad id qđ diciṫ de feudo ꝛ emphiteosi. Respondeo ꝙ per alie
nationem factā in fratrē non fit deterior cōditio dñi superioris
cū ille in quem fit sit obligatus ad seruitiū vel pensionem.vnde
cū illa ꝓhibitio principaliter fiat ne ius dñi ledatur: ꝛ in casu
predicto non leditur: ergo valet: sed in casu nostro prohibitio
est ob hanc causaꝫ ne ledantur minores: ꝛ in hoc casu ita ledun
tur donando sorori sicut donando extraneo: ergo ꝛc.de iurepa
trona.adigere.§.quamuis.

¶ Tertio principaliter videṫ obstare ꝙ ista soror erat ingressa
monasteriū tēpore donationis: ꝛ lꝫ nō esset professa: tamē pro
fessa videbaṫ habenda.ar.ff.de testa.mili.l.penul.qđ etiam ex
euētu apparet: q: monasteriū est ingressa: ꝛ sic a principio vide
batur professa.ar.ff.ad sille.l.si exheredatus.de vsufru.sed ꝛ si
quid.§.j.ergo talis donatio non est subiecta regule ꝛ solēnitati
statuti: q: statuta laicorū non possunt ligare monasteria: nec
super cōtractibus factis cū monasterijs vel cū ecclesijs aliquid
disponere.vt no.in.l.fi.C.de sacrosan.eccle.per Bart.ṗm Ol
dra.quem ita dicit determinasse in publica disputatiōe: vide
licet ꝙ statuta que certā solēnitatē adhibent in cōtractibus nō
habent locū in contractibus que fiunt cū ecclesijs vel monaste
rijs que non sunt subdita statuētibus: ꝛ vergunt cōtra ecclesia
sticam libertatem: videlicet cōtra priuilegiū eis datū per illaꝫ
legem. constat aūt ꝙ contractus factus cum monacho vel mo
niali videtur factus cum monasterio: sicut factus cū seruo vide
tur factū cū dño.ad hoc qđ no.Inno.de priuile.cum olim. Sed
rñdeo hoc posset procedere si iam fuisset illa soror professa tem
pore donationis: sed vt presupponitur nondū erat professa nec
poterat profiteri iure ꝓhibēte: vel ꝑpter fragilitatē etatis: vel
q: intra annum professionis: ideo talis donatio nō videbatur
facta monasterio: sed ipsi sorori: ꝛ licet postea ꝓfessa fuerit: non
tñ retrotrahitur professio ad tempus quo erat prohibita.iuxta
ea que not.per glo.in.l.talis scriptura.§.fina.de lega.j.C.de
dona.inter virum ꝛ vxo.l.donationis.ꝛ per doc.de lega.ij.se
quēs qstio. ¶ Preterea posito ꝙ fuerit etatis legitime ad pro
fitendum ꝛ potuerit profiteri iure nō prohibente: tñ ex quo nō
erat professa tēpore donationis: lꝫ postea fuerit professa non re
4 trotrahitur illa professio.qđ pꝫ. † Nam beneficiū eius q est in
fra annum probationis nō potest alteri conferri: vt in.c.benefi
ciuꝫ.de regu.lib.vj.nec valet ipso iure collatio nec cōfirmareṫ
lꝫ postea profitereṫ: vt ibi pꝫ. Sꝫ certe si professio retrotrahere
tur talis collatio depēderet ex futuro euentu: ꝛ secuta professio
ne confirmaretur.ff.si certū peta.l.proinde.ideo aūt non confir
matur: q: non retrotrahitur.ff.de rei vēdi.si a te.ꝛ de excep.rei
iudica.si a titio.de excep.doli.apud celsum.§.si a titio. Preter
ea status qui erat tempore donationis debebat attendi: cū ille
esset certus: non aūt status futurus qui erat incertus: quia po
terat nō profiteri.ff.de statuliber.l.statuliberi a ceteris.in prin
cipio.ꝛ.l.statulibe.de in diem adiec.l.vbi aūt.§.idem marcel
lus.sed tēpore donationis non erat adhuc religiosa: sed secula
ris: vt in.c.religioso.§.fi.de senten.excō.lib.vj.igiṫ iudicandū
est de ista donatione ac si facta fuisset seculari: non aūt religio
se seu monasterio: vt.ff.de assi.libe.l.sub cōditione.ꝛ qđ no.per
Barto.in.l.iulia.verum debitoreꝫ.de conditio.indebi. circa fi
nem. ¶ Ex quibus omnibus concludo vna cum suprascriptis
dominis doctoribus consulentibus ipsaꝫ donationem nullius
fuisse vel esse efficacie vel momenti. Ideoqꝫ per ipsos donato
res posse infringi seu contrauenire tam per moduꝫ exceptionis
ꝙ actionis.ff.de reb.eorū.l.magis puto.§.fi.C.de agri.ꝛ censi.
l.quemadmodum. Laus deo.

¶ Consilium. cccxxxiij.

1 ☞ An donatio facta ei que futura sit vxor in compensationē
nobilitatis etiam facta a minore valeat ꝛ teneat: ꝛ est conditio
nalis si matrimonium sequatur.
2 Si fiat donatio future vxori vt in dotem conuertatur cōtracto
matrimonio dicitur impletus modus ꝛ conuersio facta.
Dos potest esse contracto matrimonio per verba de ꝑsenti ꝛ pa
ctum vel sta.de lucranda dote: tunc locū habere pōt vir: tñ nō
lucratur fructus dotis nisi subeat onera matrimonij.
An decedēte tali vxore ante copulam possit pater puelle agere
ꝯ minorē maritū: ꝛ an habeat actionē cōtra eū qui se ex deposi
to confessus fuit dictam donationem seu pecuniā habere.
3 An si pupillus se non potuit obligare: quia non sint seruate so
lennitates statuti: alter possit se obligare.



In christi nomine amē.

¶ Visis oībus scripturis mihi traditis: ꝛ his q̄
superius solenniter scripta ꝛ cōsulta sunt per exi
mium legū doctorē dñm Onofriuꝫ de perusio: ad
hoc vt eneruēꝫ aliqua dubia q̄ mihi occurrunt circa istud nego
tium satis inepte cōpositum: queram de quattuor igitur q̄ per
ordinē apparebūt nō sequēdo ordinē dubioꝝ.s̄.formatoꝝ. ad
que omnia patebit responsio ex his que dicā in vltimo quesito.
1 ¶ †Primo igitur quero de vno quod est fundamentum om
nium dicendorum.s.que fuerit intentio Joannis martiros er
ga Geneurā ꝛ Antoniotum eius patrem super qua depositum
fuit fundatum. Respondeo vt ex omnibus scripturis colligiṫ.
Intentio Joānis fuit donare Geneure trecentos nummos si
secum contraheret matrimoniū in premium dicti matrimonij
ꝛ recompensationē nobilitatis Geneure. iuxta ea que no.in.l.
si voluntati.C.de dotis promis. ꝛ in hoc intentio dicti Joan
nis circa dictā donationē fuit conditionalis.s.si matrimoniuꝫ
contraheretur. Item voluit ꝙ dicti.ccc.nummi cōuerterenṫ in
dotē: et sic essent apud ipsum quousqꝫ matrimonium duraret:
nec ante cogi voluit ad eos exbursandum ꝙ̄ matrimoniū esset
solutum: ꝛ in hoc intentio sua fuit modalis cū istud veniat im
plendum perfecta donatiōe. Nam hic est ordo vt prius a Joan
ne in Geneurā ex donatione videanṫ peruenisse: deinde econ
tra a Geneura in Joannem profecta ꝛ in dotem conuersa.ff.
de donat.inter virum ꝛ vxorem.l.iij.§.fina.de iure do. si spon
salibus.§.j. si cer. peta.l. lecta. Constat autem ꝙ ea que an
te quesitum emolumentum fiunt: vt est hic conuersio in do
tem: faciunt modum.ff.de condi. ꝛ demon.l. cum tale.§.j.ver.
quid ergo. vbi traditur hec regula per iuris conditionem. ad

a ¶ Alienare. Vide bal.in ꝯsi. xvj.in.j.pte. vbi ponit nunqd in proximioribus alienari possit. Adde tñ ꝙ regu lariter frater in feudo non succe dit fratri: vt per d.Mari.sozi.in ꝯsi.xix.ꝛ in cōsi. xxiij.ꝟ.septimo probatur.in pri ma parte.

hoc qd nota. in. l. cum pater. §. titio. de lega. ij. per glo. ⁊ doct.
2 ¶ † Scdo principaliter quero vtrũ intẽtio dicti Jo. fuerit pu
rificata tã circa cõditionẽ ꝙ̃ circa modũ. hoc est enĩ necessarium
scire: qr cũ depositũ fuerit fundatũ sup ea nisi ipsa esset purifica
ta nec etiã depositũ ad cõmodũ Geneure. ar. ff. de dist. pig. cuz
soluẽde. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. soluit. §. si paciscat. si cer.
pet. l. lecta. ver. sed cũ sortis. ad hoc rñdeo ꝙ quãtũ ad cõditio
nem nõ est dubiũ ꝙ fuit purificata cũ ɔctũ esset matrimoniũ p
verba de p̃senti: lz ad domũ viri nõ fuit traducta. ff. de condi. ⁊
de. l. cui fuit sub hac. vbi casus. Itẽ dico ꝙ etiã circa modũ fuit
purificata. Nã ɔcto matrimonio p verba de p̃senti põt esse dos:
lz non sit per copulam consumatum. hinc est ꝙ pactum vel sta
tutum de dote lucranda tunc locũ habere põt. C. de epi. ⁊ cle. l.
deo nobis. ver. ⁊ hoc tãtũmodo. ⁊ ibi expresse p Bal. fateor tñ
ꝙ anteꝙ̃ vir subeat onera matrimonij lz dos esse possit: vir tñ
a fructus eius non lucratur[a]. ff. sol. ma. l. insulã. §. vsuras. ⁊ ple
ne no. eo. ti. l. de diuisione.

a ¶ Non lucratur. Sz qd econtra si sustineat onera matrimonij ⁊ sit spõsus ⁊ nõduz maritus: an tũc dotem petere possit. vide bal. ĩ ɔsi. cxxxv. in scda pte. ⁊ cuius sint fructus anteꝙ̃ res in dotem date sint. vide p eum in cõsi. cclxxvj. ĩ. iij. pte.

¶ Tertio principaliter querit q̃ fuerit intentio Corradi ⁊ etiã
partiũ circa suprascriptum depositum: hoc enim necessariũ est
pro declaratione eoꝝ que in puncto queruntur. Rñdeo inten
tio eoꝝ fuit ꝙ dicta Geneura esset secura ex dicto deposito de
dicta donatiõe eo casu quo matrimoniũ cõtraheret eo modo ⁊
forma quo esset secura si dictus Jo. fuisset etatis legitime ⁊ po
tuisset pmittere vel donare dictã summaz quã nõ poterat pro
pter defectum etatis: dz ergo intelligi dictum depositũ fm cau
sam predictam. Ex quo sequitur si bene cõsideret ꝙ dictum de
positum comprehendebat tres casus.

¶ Primus erat ꝙ si Joan. impetraret veniaz etatis ⁊ faceret
instrumentũ validũ de dictis trecẽtis dictũ depositũ esset finitũ
⁊ nõ teneret Corrad⁹ Geneure: eo qr cessasset causa finalis ip
sius. Nã dicta Geneura satis fuisset secura tũc de promissione
dicti Joan. vñ cũ causa dicti depositi fuerit: qr dicta Geneura
nõ erat secura supueniente securitate cessare debebat depositũ.
ff. de tutel. ⁊ ra. di. l. si tutor reipublice. in prin. insti. de excu. tu.
§. item si reipublice. C. de episco. ⁊ cle. l. generaliter. ⁊ hoc indi
cat dictio quousqz apposita in scriptura depositi. ff. de ven. in
pos. mit. l. j. de condi. fur. l. siue. §. taz diu. de cura. furio. l. j. ibi.
⁊ tam diu ⁊c. ⁊ hic primus casus non euenit.

¶ Secũdus casus erat ꝙ quousqz pẽderet: an dictus Joã. im
petrata venia etatis faceret instrumentũ de dicta summa ꝙ tũc
etiã pẽderet depositũ penes dictũ Corradũ: ita ꝙ nec restituere
tur Jo. nec Geñ. Nã ex quo cã pendet ⁊ effectus pendet. ff. ad
mace. l. j. §. si pendeat. Sed ista pendentia in casu nostro finita
est: qr Joannes lz possit hodie veniam etatis impetrare: nõ tñ
põt facere ꝙ pendentia dicti depositi sit finita: videlicet ꝙ am
plius non debeat esse penes Corradum depositarium: sed sit re
stituendum. Cui aũt debeat restitui declarabo in sequẽti casu:
⁊ hoc est qd primus cõsultor voluit dicere circa finem sui cõsilij
vbi dicit ꝙ cõditio istius depositi fuit destituta: qr nõ põt Joã
nes cõficere instrumentũ postꝙ̃ Geneura est mortua. Et ideo
cõcludit ꝙ Antonioto non competit actio contra Corradũ tan
ꝙ̃ deficiente cõditione. Certe salua pace sua valde incõsidera
te loquit: qr istud depositũ nõ fuit factum sub ista cõditione si
Joãnes impetrata venia etatis faceret instrumentum. Nã tũc
fateor ꝙ lz hodie possit veniã etatis impetrare: tñ ex quo nõ po
test cõficere instrumentũ diceret defecta cõditio. ar. l. in stipula.
si calendis. de verbo. obli. cũ allegatis per eum. ad velle. l. ali
qñ. §. fi. ⁊ sic depositum non videt incepisse nec habuisse origi
nem. Sed in proposito nõ fuit ita factũ depositũ: sed pure: ⁊ sic
statim suppressit originẽ: tñ pendere debebat effectus quousqz
pendebat: an faceret instrumentũ vel desineret posse facere. nõ
ergo debebat consulens dicere ꝙ destituta erat cõditio deposi
ti: sed debebat dicere ꝙ pẽdẽtia depositi erat finita: ⁊ ideo non
debebat amplius pendere effectus eius: ex quo sequit ꝙ dictus
cõsulens pessime conclusit: dum dixit ꝙ Antonioto nõ compe
tebat actio tanꝙ̃ defecta conditione depositi: imo debuit recte
contrariũ cõcludere: videlicet ꝙ cũ dicta pendentia sit finita p
cõsequẽs effectus depositi nõ dz amplius pendere. ⁊ si ita est ef
fectus depositi est vt ex eo oriat actio ad ipsius depositi repeti
tionẽ. Cui aũt sit acqsita actio certũ est ꝙ ipsi Antonioto tãꝙ̃
heredi Geneure: vt. j. probabo. male ergo ɔclusit indubitãter.

¶ Tertius casus qui in dicto deposito comprehenditur est ꝙ si
predicta completa non fuerint: videlicet ꝙ dictus Joãnes im
petret veniam etatis ⁊ ea impetrata conficiat instrumentũ tũc
demum depositũ sit liberum dicto Antonioto vel Geneure qd
est intelligendũ. s. contracto matrimonio: non aliter qñ illa con
ditio inest principali intentioni Joãnis: eodem modo inest de
posito ꝙ sup ea fundat quantum ad dictam Geneuram. viden
dum est ergo vtrum dictus casus euenerit: ⁊ sic vtrum conditio
non dico depositi: cum illud sit purificatũ contracto matrimo

b ¶ Scripta. Vide. d. Alexã. de imo. in cõsi. l. in. ij. ⁊. iij. parte.

nio: vt ex superioribus pz. Sed sub qua depositũ effici dz libe
rum Geneure ⁊ Antonioto si extiterit. Et certe dictus consul
tor in fine sui consilij dixit ꝙ nõ: qr ⁊ illa verba ⁊ inquantuz per
dictum Joannẽ nõ fuerit completũ ⁊c. debent intelligi solũ eo
casu quo per dictuz Joannẽ steterit quominus p̃dicta fuerint
completa: videlicet qr potuit ⁊ noluit. Sed in proposito nõ vr
stetisse per eũ: cum impetrare veniã etatis nõ dependeat ex suo
arbitrio: sed superioris: vñ non põt dictus Joannes inculpari
si nõ compleuit predicta: igit depositũ non est effectuz liberuz.
pro isto suo dicto facit. l. pater seuerinam. in prin. de conditio.
⁊ demon. Itẽ facit: qr non fuit interpellatum vt obseruaret pre
dicta: ergo ⁊c. ar. ff. qñ dies leg. ce. l. si penã. in princi. ibi. ⁊ tũc
pecuniam deberi cum interpellatus.

¶ Sed his non obstantibus ɔtrium dico. Nam predicta verba
sua procederent si Joãnes promisisset obseruare predicta: ⁊ in
casu quo nõ seruaret pmisisset aliqd nomine pene: ⁊ ita loquũ
tur iura. s. allega. Sed quando quis promittit mihi aliqd fa
cere vel dare ⁊ in casu quo ipse non faciat vel det: alius pro se
curitate mea promittat mihi illud idem dare vel facere non di
co pro pena: sed vt sim securus sicut hic fuit: qr ɔ dotem pro se
curitate Antonioti promisit principaliter dictaz pecuniã quã
promissurus erat Jo. impetrata venia etatis: tũc illa verba in
telligũtur siue ille qui principaliter promisit potuerit dare vel
facere ⁊ noluerit: siue etiã non potuerit. casus est ad litteram de
hoc. ff. de fideius. l. fideiussor obligari. §. fi. fm verum intellectũ
quem tangunt doc. ⁊ sic comprehẽdunt duo casus. s. Cũ fuit in
mora faciendi. Itẽ cũ desijt. ratio est satis in promptu: qr illud
qd pro securitate promittit dz intelligi in omni casu quo securi
tas est necessaria: sz ipa necessaria est in ambobus casibus p̃di
ctis: ergo ⁊c. Sed illud qd promittitur p pena dz intelligi solũ
eo casu quo est in mora vel culpa: al's non dz quis pati penã. ad
hoc de cõdi. ⁊ demõ. l. mulcta nõ cõmittit ⁊c. in prin. Cuz ergo
Joannes desierit posse implere p̃dicta saltim quo ad instrumẽ
tum pter mortẽ Geneure vr extitisse ɔditio liberãs depositũ.
Preterea posito: vt dicit cõsultor: ꝙ illa verba deberẽt intelli
gi si per Joannẽ steterit ⁊c. adhuc idẽ est: qr p eũ vr stetisse. qd sic
pbat: nã lz nõ fuerit in potestate Joãnis impetrare. i. obtinere
veniã etatis a superiori vt idẽ dicit: tñ in sua potestate fuit eam
postulare ⁊ facere qcquid in eo erat: cũ igit ipse nõ postulauerit
eã vr per ipsum stetisse quominus ipsaz obtinuerit: ⁊ ideo sibi
imputet. tex. est optimus ad hoc. ff. de ɔrio iudi. tu. l. iij. §. quid
ergo. facit de cõdi. ⁊ demõ. l. quibus diebus. in prin. ibi. nec pro
testarent ⁊c. ⁊ qd ibi no. Bar. de reg. iur. l. q põt. C. de prescrip.
xxx. an. l. cũ notissimi. §. si aũt cõiungere. ĩ gl. q̃ ĩcipit. qd ergo.
in fi. de cõces. pbẽ. c. qr diuersitatẽ. si aũt postulasset ⁊ non obti
nuisset tũc pcederet dictũ cõsultoris: qr nil esset sibi imputãdũ:
vt dicit tex. in. d. §. qd ergo. Cõcludo ergo ꝙ ɔditio q̃ hz redde
re depositũ liberũ Antonioto vere extitit ⁊ factũ est sibi liberũ:
⁊ sic pz rñsio ad scdm quesitum. s. in themate formatum.

¶ His visis q̃ ex ordine procedere debẽt: videndũ est quarto ⁊
vltimo loco principaliter vtrũ huic Anto. competat actio ɔ di
ctuz Corradũ ad repetẽdũ dictũ depositũ. Circa qd aduertẽdũ
ꝙ Corradus nõ vr ɔfessus se habuisse in deposito dicta summã
a dicto Anto. qr tũc nõ esset dubiũ ꝙ eidem Anto. competeret
actio depositi directa: ⁊ dicta cõfessio nõ induceret depositum:
sed probaret. ff. depositi. l. publia. §. fi. ⁊ p totũ. sed vr cõfessus
se habuisse a Joãne vel eius patre vt restitueret Anto. vt satis
ex omnibus que narrant in scripturis colligit: lz verba ipsius
depositi sint truncata. Videndũ ergo est vtrũ dicta cõfessio pro
bet depositũ: qr certũ est vt ip̃m nõ inducit: vt. d. l. publia. in fi.
⁊ vr ꝙ non per. l. nuda. ff. de donatio. contrarium dico p ea que
ibi dicunt doc. scilicet Dy. Barto. ⁊ dicunt ꝙ confessio que
reperitur in codice rationũ alicuius mercatoris vel nummula
rij probat contra eum licet sit facta parte absente: ex quo confe
cta est scriptura que hodie constat. ⁊ ad hoc allegant glo. in. l.
quedam. §. nummularios. de edendo. ⁊. C. de cõuen. fisci debi.
l. inter cartulas. lib. x. Nec obstat. l. nuda. qr aliter intelligit: vt
ibi no. per eos. sed huic determinationi vr obstare illud qd ibi
no. Bar. q dicit p̃dicta sunt vera qñ scriptura est scripta manu
ipsius cõfitentis: secus si manu alterius puta notarij: vt. l. cer
tum. §. si quis absente. ff. de cõfes. vbi dicit esse casuz. Sed vt ex
actis apparet. s. in articulis datis p Anto. dicta confessio non
fuit scripta manu Corradi: sed per scribã dicti banchi tanꝙ̃ per
personã publicã. Sed rñdeo ⁊ dico ꝙ dictum Bar. si verum est
dz intelligi qñ scriptura esset cõfecta manu alterius ꝙ̃ confiten
tis sine voluntate ⁊ mandato ipsius cõfitentis. sed si suo man
dato: tunc idẽ est ac si per ip̃m esset confecta. ar. ff. de admi. tu. l.
ita aũt. §. gessisse. sicut videmus in notarijs q cuz sint impediti
scribere publica instrumẽta committunt tali ꝙ scribat ⁊ vale
b ret ac si per eos essent scripta[b]. ar. ff. de officio eius cui manda.
est iurisdi. l. j.

est iurisdi.l.j.C.de iure delib.l.fi.§.finaute dubius.ibi.vel scribere impeditus ⁊c.quod no.Barto.ff.de fal.l.diuus.§.item senatus.sed in articulo 82.⁊ ita cõfessatum extitit ꝙ de mandato ⁊ voluntate Corradi fuit scriptum dictum depositum: ergo probat vt dictum est.

¶ Nunc ergo queritur scd'o: an ex hoc oritur actio dicto Antonioto. R̄ndeo sic nõ directa sed vtilis.ff.depo.l.publia.in pnc. cum glo.⁊ est casus.C.de vsur.l.acceptis.circa fi.sed huic obstãt multa: ex quoꝝ r̄nsiõe apparebit respõsio ad alia dubia formata ⁊ quedam alia que in consilijs tanguntur.

¶ Et primo cū ex ꝯctu Joãnis nõ v̄r ꝙ alteri potuerit acquiri actio.insti.de iutil.stip.§.alteri. R̄ndeo illud regulariter fallit cum quis facit pactū in traditione rei sue q̄ durat sua: vt.d.l.publia.in prin.⁊.l.pe.C.ad exhi.facit.l.quotiens.q̄ sub.man.

¶ Scd'o ob.q2 hic proponit̄ ꝙ Antoniotus nõ fuerit p̄sens i dicto deposito. Sed r̄ndeo ꝙ presentia requiritur in stipulationibus.in alijs aūt ꝯctibus regulariter non requiritur: sed sufficit ꝯsensus vel rei traditio.ff.de actio.⁊ obli.l.ꝯsensu.⁊ pz in terminis nostri casus in.d.l.publia. ⁊.d.l.acceptis.hic autem interuenit traditio saltim ficta ex parte Joannis q̄ ꝓbatur ex dicta confessione Corradi. Item interuenit cõsensus Antonioti: vt pz in cõfessione facta per Corradum in actis.

¶ Tertio obstare videt̄: q2 dictus Joannes potest dictū depositū reuocare: vt.l.j.§.si deposuero.ff.depo.ꝓ quo bene facit.l.cum cornelius.ff.de solu.sequuta ergo reuocatione per Joannem videtur ꝙ omnis actio quesita Antonioto euanescat quasi habeat in se istam conditionem si reuocatio non sequatur.argu.ff.de lega.iij.l.cum qs decedens.§.j. Sed r̄ndeo verum est ꝙ depositum potest reuocari qn̄ factum est ad cõmodum ipsius deponentis: secus si ad cõmodum alterius: ⁊ illi alteri ius sit quesitum vel actio: q2 tunc nõ potest reuocari: imo inuito deponente potest ille solui.ar.ad hoc.ff.de solu.l.fi. facit.l.fi.de pac.⁊.l.si cum fundum.solu.matri.l.insulā.§.fi.nec etiam ob.l.si cū cornelius.q2 ibi non erat ius alteri quesitum: nec etiā ob.l.cū quis decedens.§.j.q2 ibi in vltima volūtate que in vita testatoris nõ sortitur effectū: ideo stipulatio super ea interposita censet̄ cū eadem cõditione ⁊ causa.l.j.§.sub condi.nomine caue.

3 ¶ † Quarto videt̄ obstare q2 dict[9] Joãnes erat minor ⁊ ex forma statuti non poterat se obligare ad dictam summam sine certa solēnitate: ergo nec alius pro eo: maxime cum non presupponatur hic oblig.principaliter cui adhereat hec accessoria.vt.l.si deiussor obligari.§.fideiu.de fide. ¶ Sz ad primū r̄ndeo ꝙ nõ sequitur ipse non poterat efficaciter obligari: ergo nec alius pro eo: nā hec cõsequentia tollit̄ per.l.marcel.ff.de fide.vbi pupillo naturaliter tm̄ obligato: potest obligari fideiussor naturaliter ⁊ ciuiliter ⁊ non habet actionem mandati contra pupillum: sed sibi imputet sic erit hic: nam Ant.volēs sibi prospicere secutus est fidem Corradi non Joãnis: tenetur ergo Corradus ⁊ sibi imputet si sibi non prosperit aduersus Joannem: potissime quia dicto Ant.non est consultū aduersus dictum Joannem: vnde Corradus ex persona Joannis nõ iuuatur.C.de fideius.mino.l.ij.⁊ ibi no. ¶ Ad scd'm dū dicit̄ ꝙ ibi nõ p̄supponatur obligatio principalis. Respõdeo ꝙ hoc non nocet cū iste Corradus se obligauerit tanꝙ principalis expromissor, pro quo bonus tex.ff.de ope.lib.l.qui libertinos.in fi. Preterea licet ex contractu minoris non possit alteri queri actio contra ipsum minorem: si non seruet̄ debita solēnitas: tamen cõtra alterum bn̄ põt q̄ri si hic minor non ledatur.pro hoc.ff.de insti.l.sed ⁊ si quis.in fi. sic ergo hic ex isto ficto deposito q̄d iste Joannes videtnr fecisse apud Corradum pro mandato: vt.d.l.marcellus.

¶ Quinto videt̄ obstare: q2 dictum depositum videt̄ factū aīo donādi: vt ibi circa prin.⁊ ista donatio fuit collata in tp̄s matrimonij: q2 ob cām dotis: ergo est inualida.nec fuit cõfirmata: quia Geneura p̄decessit: vt.l.j.C.de dona.añ nup.⁊.l.ꝙ de suo.de do.cau.⁊ vtrobiꝗ notatur. r̄ndeo hec obiectio tollitur: quia proponitur ꝙ ista Geneura erat nobilior ꝙ Joãnes ⁊ ideo in recõpensatione nobilitatis videt̄ facta.vn̄ statim valuit ⁊ efficax fuit: vt exp̄sse determinat bar.in.l.si volūtate.C.de do.promis.

¶ Sexto videt̄ obstare: q2 dictū depositum videt̄ factū in fraudē pene.ergo ⁊c.ff.de v̄.ob.l.titia. R̄ndeo hoc esse verū si factū esset sub ista cõditione si matrimoniū ꝯ̄hatur per Joãnez: sed in casu nostro fuit factum sub cõditione si matrimoniū ꝯ̄hatur p Geneurā.vn̄ non est pena: sed premiū ob cuius spem voluit Joãnes dictā Geneurā ad matrimoniū inuitare: ideo valet.ff.de ꝯdi.⁊ demon.l.titio centū.§.j. ¶ Ex q̄bus oībus pz r̄nsio ad oīa quesita ⁊ in cõtrarium allegata.⁊ sic cõcludo vna cuz excellentissimo legum doctore dño Onofrio de perusio ꝙ huic Antonioto cõpetit ius agendi cõtra dictum Corradum ad repetitionē dicti depositi: q2 purificata est donatio quā fecit Joãnes in Geneuram: ⁊ etiam purificatū est depositū ad ipsius cõmodum: vt supradictum apparet. Laus deo.

¶ Consilium.ccccxxxiiij.

1 ¶ Qualiter probari possit filiatio: ⁊ quid prosit possessio filiationis quando quis habetur cõiter pro filio alicuius.

2 Donatio facta alicui inter viuos an reuocet̄ p̄textu filie olim nate: sed post donationem legitimate ⁊ bene.

3 De intellectu.l.si vnꝗ.C.de reuocā.dona.⁊ an habeat locū in dona.causa mortis.⁊.2.



N christi nomine amen.

1 ¶ R̄ndeo per ordinem cuilibet quesito.† Quo ad primum dico ꝙ per ea que circa filiationem probata proponūtur in principio thematis recta filiatio ꝓbata nõ ē cū directa ꝓbatio filiationis sit impossibilis.ff.de cõdi.⁊ demon.l.lucius.⁊ ibi no. Itē nec etiā indirecta q̄ fit ex cõiecturis: q̄ habet̄ in.l.filiū.ff.de his q̄ sunt sui vel alie.iur.quia illa cõiectura hic non cadit cū ista filia nõ p̄ponat̄ nata ex legitimo matrimonio: sed ex illa q̄ erat alteri cõiugata. Preterea possibile est matrem ipsius fuisse adulteram ⁊ eā habuisse cū isto dño Francisco donatore: ⁊ tn̄ ipsam esse legitime natā videlicet ex matre sua ⁊ ex eius marito.ff.de adulte.l.miles.§.defuncto.⁊ q̄d not.C.de fal.l.j.p Cy.nõ ergo sequit̄ habita ⁊ tractata fuit vt filia ab isto.d.Frãcisco: igit̄ ei[9] erat filia.C.vnde cognati.l.nõ hoc.⁊ ibi no.per Barto.l.non nudis.⁊.l.nõ epistolis.C.de proba.⁊ de libe.agno.l.j.§.iul.⁊ licet bar.ibidē dicat ꝙ ista quasi possessio prodest ad omnia quousꝗ probetur ꝯ̄rium: tamen forte hoc est intelligēdū quo ad ea que modici p̄iudicij sunt: sicut alimenta: nõ quo ad ea que sunt magni preiudicij vt hereditas.ff.de lib.agno.l.j.§.queãdmodū per ꝯ̄rium.⁊.§.idem iuli.ait.vbi videtur satis expressum.ad q̄d facit q̄d idē no.in.l.fi.de condi.insti.hoc tn̄ aliter non determino: q2 de hoc non queritur in dubijs.s̄.formatis. Sed relinquo aduoca.cause inuestigandum.

2 ¶ † Circa scd'm dubiū in quo cõsistit tota vis mihi videt̄ ꝙ ista filia non reuocet dictam donationem beneficio.l.si vnꝗ.ex quo

a erat nata tp̄e dicte donationis.nam illa.l.si vnꝗ[a].loquit̄ de filijs susceptis post donationē: tunc enim ideo reuocāt: q2 donator de ipsis nõ cogitauit ⁊ si cogitasset se habiturū donationē non fecisset ipsis: igit̄ p̄ter spem ⁊ cogitatuz postea susceptis deficit causam ob quā facta fuisse p̄sumitur donatio.s.defectus liberorū.⁊ sic tanꝙ deficiente cā finali reuocat̄.ff.de vul.⁊ pup.l.ex facto.circa principiū.⁊ de here.insti.l.fi. Sed i casu nostro cū iam esset nata tp̄e donationis de ipsa cogitauit.vnde nõ videt̄ donasse propter defectum liberorū cum iam liberos haberet: sed simpliciter ⁊ pure.vnde non potest dici ꝙ reuocetur ex defectu cause finalis quasi cessaret defectus liberorum qui tunc non cessabat: immo etiam tunc cessabat cum illam haberet ⁊ seipsam habere sciebat.ad hoc.ff.de leg.iij.l.post emancipationem.i prin. Nec obstat ꝙ tunc tp̄e donationis ista filia nõ erat legitima: sed fuit postea legitima. Nam de isto casu seu legitimatione dictus do.Franciscus potuit cogitare tp̄e dicte donationis cum depēderet ex suo arbitrio ⁊ ex cā de presenti.s.tunc vigente: quia filia iam nata erat.ff.loca.l.si qs domum.§.hinc subiungi.de adul.l.si vxor.§.diuus.⁊ q̄d ibi not.per Barto.de condi.ob causam.l.ꝙ seruius.perinde ergo habetur ac si cogitasset: vt.d.§.hic subiungi.quo casu nõ esset dubiū ꝙ non reuocaretur donatio: quia non accidit casus incogitatus de quo loquitur illa.l. Preterea dico ꝙ cogitasse presumit̄ ex quo post dictam donationem iter posito modico temporis interuallo fecit eaz legitimari.arg.ff.de priui.credi.l.si ventri.in fi.⁊ q̄d plene no.Barto.in.l.post cõtractum.ff.de dona.ex eo eīn q̄d postea fit animus precedens p̄sumitur ⁊ declarat̄.ff.rerum amo.si cõcubina.§.res amotas.ad mace.l.sed iuli.§.proinde.facit de leg.iij.vxori.§.fi.j.q.j.cõstat.⁊ q̄d no.xviij.disti.peruenit.C.de natu.lib.l.cum quis.circa fi.ibi.neꝗ enim verisimile ⁊c.Et q̄d no.de lib.le.l.aurelius.§.sticho.per Bar.videtur eīn mater voluisse ꝓuidere prius sibi donādo ꝙ filiā legitimaret quā legitimare intēdebat vt prius sit donatio pfecta ꝙ filie ius aliq̄d acq̄rat̄ in bonis paternis ꝓpter legitimationē: hoc eīn frequēter mulieres exposcunt in talibus casibus magnum hoc existimãtes: nõ est ergo cõueniens ꝙ hec cautela sibi noceat.ar.ff.ad.l.falci.l.in rõne.§.tam ⁊ si.in fi.de carbo.edic.l.iij.§.due cause. ¶ Concluditur ergo ꝙ cū huic do.Francisco nihil preter cogitatū acciderit cessat ratio.l.si vnꝗ.per cõsequens ⁊ ipsa cessat. Preterea si aliud diceremus sequeretur ꝙ si post donationē perfectā donator aliquem extraneum adoptaret reuocaret̄ donatio: q2 eadē esset ratio: q̄d tn̄ minime concedendū v̄r.per.l.si ita qs.§.fi.ff.de leg.ij.⁊ per.l.fideicõ.de cõdi.⁊ de.al's enim esset apta via fraudis: q2 donator videns se non posse habere liberos naturales aliquē adoptaret vt donationē reuocaret in necē donatarij cui fraudi obuiandū est.ff.de transac.cū hi.§.si cū lex.⁊ arg.de cõdi.⁊ de.l.hoc modo.⁊.l.he

a ¶ L.si vnꝗ. An ⁊ qn̄ ꝟtute l.si vnꝗ. donatio reuocari possit ⁊ qn̄ nõ: ⁊ an d.l.renūtiari possit. Uide.d.bar.soz.in ꝯsi.cxlvij.incip.visa.v̄.circa tertiā ⁊ vlt.q.cū v̄.seq.i.j.pte.⁊ vide.d.Alexā.de imo.in ꝯsi.xl.in.vj.col.in.xij.pte.vbi late tractat de.d.l.si vnꝗ.⁊ in ꝯsi.lxxij.ea.pte.⁊ in cõsil.cij.in.ij.col.in.ij.parte.

res meus. §. fi. Sed p̄dictis obstare videt̄ qꝺ in testō videmus: nā non solū rūpit̄ natiuitate veri postbumi p̄teriti: sed etiā quasi posthumi: puta eius qui post testm̄ adoptatus est: vl̄ de nouo reincidit in ptātem cum prius nō esset. ff. de lib. ⁊ posthu. l. filiꝰ a patre. §. filiusfami. Sed certe alia ratio est in testō: qꝛ ibi ad eius solēnitatem regritur instō vel exheredatio filij tam nati ꝙ̄ nascituri. eo. ti. inter cetera. ⁊. l. gallus. §. in oibus. ⁊ per totam l. ⁊ de iniusto testa. posthumorum. hinc est ꝙ si non instituat vel exheredet etiam si ipsos habeat ⁊ habere se sciat testamētū deficit ꝑpter omissam solēnitatē. Sed hec locū nō habent in donatione in qua talis solēnitas non requiritur ⁊ ex liberis quos donans se habere sciebat non reuocat̄. Et predicta sufficiant quo ad hūc punctum. est ⁊ alia causa cur nō potest reuocare: de qua dicetur. j. vltimo quesito.

¶ Venio ad tertium quo q̄rit̄ an ista fuerit donatio cā mortis. Breuiter nulla dubitatio est ꝙ sic. Primo qꝛ hoc dicūt ꝟba donatiōis exp̄sse: ergo ⁊c. ff. de leg. iij. l. ille aut ille. §. cū i ꝟbis. Secūdo qꝛ oīs eius effectus collatꝰ ē post mortē donatoris. de dote p̄le. l. seia. de dona. cau. mor. l. seia. ⁊ no. solu. matri. l. q̄ dotis.

¶ Circa quartū an dicta donatio dicatur facta ob merita vt sic sit irreuocabilis ex isto capite. argu. de dona. aquilius regulus. Rn̄deo ꝙ nō: cū merita cause sint specificata. C. de colla. si donatione. ⁊ ibi no. ff. de cast. pec. si forte. vbi etiam no.

3 ¶ † Circa quintum dico ꝙ cū. l. si vnꝙ̄[a]. locuz habeat in dona
a tione inter viuos que maiori nititur firmitate: fortius babet locum in donatione causa mortis vel actibus morientium: qꝛ maior est ratio: ⁊ hoc videtur expresse dicere Barto. in. l. filio preterito. de iniusto testa. in. ij. q. principali dū tractat de preteritione postbumi ibi dum dicit. preterea certū est ꝙ donatio inter viuos maiori nititur firmitate ⁊c.

Additio.

a ¶ L. si vnꝙ̄. De intel. d. l. si vnꝙ̄. vide latius p Phi. corne. in cōsi. ccvj. icip. viso suprascripto. col. vij. ver. jtaqꝫ est aduertēduz. ⁊ col. seq. in tertio volu. H. F.

¶ Circa sextum nō video rationē sp̄ālitatis in libertis plusꝙ̄ in alijs: ideo puto qꝺ illa opi. nihil valeat: ⁊ hec est cōis opi. et idem sit in libertis ⁊ extraneis: vt ex verbis doctorum colligitur tam ibi ꝙ̄ in. l. titia. §. imperator. de lega. ij. licet Bartol. ponit aliqua de intellectu illius. l. ⁊ ibi equiparat libertos ⁊ alios s̄m Dy.

Laus deo.

¶ Consilium. ccccxxxv.

1 ☞ Statutū alienationis probibitiuū si permittat alienare dotem pro matris necessitate extenditur etiam ad filios fratres ⁊ huiusmodi.

2 Et concessio alienationis causa victus extenditur etiam ad redemptionem captiuitatis.

3 Si statutum probibet dotē alienari: an ꝑpterea possit alienari pro debitis bonafide a matre contractis in preiudiciū filiorūz.

4 Quod quis possit contrauenire actui quem teneretur ⁊ ipse facere necessitate precisa vel causatiua.

b ¶ Pauperez. Vide dn̄m Pet. phi. cor. in cōsil. xxviij. incip. circa. ī lr̄a. C. i. iiij. pte. vbi pōit an mater expensas factas in educādo filiū repetere possit.



In christi nomine amē.

¶ Ad cōfirmationem eoꝝ que superius elegāter scripta ⁊ conclusa sunt per eximios legū doctores dn̄m Onofriū ⁊ dn̄m Joānē: bene facit. l. isti qdē.

1 in fi. ff. ꝙ metus cā. † vbi illud qꝺ statutū est in eo qꝺ facit pater ꝓ euitanda infamia vel morte ciuili sue ꝑsone locuz hꝫ in eo qꝺ facit ꝓ euitanda infamia vel ciuili morte filij sui: qꝛ plus terret̄ in filio ꝙ̄ in seipso. sic in proposito cū statutū. s̄. scriptū ꝑmittat matrē alienare vltra quartā dotis sue pro necessitate sui victus ⁊ sic ad euitandum necem: vt. l. necare. ff. de libe. agno. non est dubiū ꝙ etiā ꝓ redimendo se ab hostibus videtur statutū ꝑmittere: qꝛ non minus necessaria est ista causa ꝙ̄ alimētoꝝ. ff. solu. mat. ꝙ̄uis. Si ergo ꝑmittit boc statutum pro ꝑsona ipsius matris: videt̄ etiā permittere pro ꝑsona vnius filiorum pro qua pariter teneret̄ mater: vt. d. l. isti quidez. Nec ob. ꝙ illa. l. loquitur in patre qui habet filios in potestate. Nam in hoc nō considerauit patriam potestatem: sed cbaritatem sanguinis ⁊ equitatez que non minores sunt inter matrem ⁊ filium ꝙ̄ inter patrem ⁊ filium. ff. de libe. agno. l. si quis a liberis. §. j. ibi. ⁊ cum ex equitate hec res descendat ⁊c. de cura. furio. l. furiose matris.

c ¶ Fratrē. Vide Bal. in cōsil. ciij. in. v. pte. vbi ponit nūqd frater teneatur alimentare fratrez.

2 ¶ † Preterea mens istius statuti fuit preferre salutem matris cuicūqꝫ cōmodo pecuniario filiorū vel nepotū remanentiū duz ꝑmisit alienari pro necessitate victus: ergo eodē mō credendum est ꝙ voluerit p̄ferri salutē vniꝰ filij cōmodo pecuniario alteriꝰ filij vel nepotis. ar. ff. sol. ma. l. ꝙ̄uis. de iure do. l. mutꝰ. §. manēte. al's em̄ cōtineret istud statutum iniquitatē ⁊ inbumanitatez si pro cōmodo vnius filij vel neptis permitteret alienari: ⁊ aliū filium probiberet alienari pro recuperanda salute ipsius: cum anime ⁊ salutes bominum quibuscūqꝫ alijs rebus ⁊ lucris preponende sint. vnde ⁊ sacra vasa vel vestes quarum apud priuatos non est cōmerciū nec alienari possint: immo expresse ipsarū alienatio probibetur: tamen in istum casum alienari permittūtur. s. pro redēptione captiuorū: vt hec habētur. C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. qꝺ ergo ibi statuitur ī ecclesia que dicit̄ mater specialis suorum subiectorum vt pro salute ⁊ redēptione captiuorum vnius filij seu subiecti possit alienare vasa sacra que tamen erant probibita alienari ob reuerentiam dei ⁊ aliorum subditorum deuolutionem. idem ⁊ fortius in bac matre carnali dicendum est vt pro redemptione vnius filij possit alienari res que probibite erāt alienari pro cōmodo pecuniario ⁊ lucro alteriꝰ filij: licet iste casus in statuto non sit expressus: quia similis ē expresso: vnde expresso vno venit alter sibi similis. arg. ff. de lib. ⁊ postbu. l. gallus. §. ⁊ quid si tantum. ad treb. l. mulier. in princi.

¶ Preterea certum est ꝙ si ista dn̄a Beccba vendidisset pro redimēdo ab hostibus istam neptem que bodie vult reuocare vel mater eius etiam si totam dotem vendidisset non posset cōqueri nec venditionem reuocare dicēdo potius voluisse in carceribus stare mori: ꝙ̄ ꝙ ista bona essent vendita. ff. de pecul. lega. l. stichus. ⁊ ibi hoc determinatur per doc. in simili. ergo eodē mō non pōt cōqueri nec reuocare ex quo facta est pro redemptione fratris sui vel patrui qui erat eiusdem priuilegij ⁊ conditionis. ar. ff. de exc. tu. l. sed ⁊ milites. §. j. ibi. coequalitas enī ⁊c. ⁊. l. nō tantum. in fi. ⁊. §. iliensibus. de ritu nup. l. non soluz. §. j. ibi. par ratio ⁊c. C. qui potio. in pig. habe. l. assiduis. §. excep.

3 ¶ † Preterea statutum istud qꝺ probibet dotem alienari per matrem debet intelligi de alienatione mere voluntaria: non de necessaria. ff. de fun. dota. l. j. fami. bercis. l. alienationes. de leg. iij. pater filium. in prin. vnde nō est dubium qꝺ pro exoluendo debito bonafide ꝯ̄cto posset dos capi ⁊ vendi: licet iste casus nō sit in statuto expressus: quia statutū nō intendit preiudicare iuri alieno qꝺ quis bꝫ cōtra matrē. cōia predio. l. venditor. §. si cōstat. C. de preci. impe. offe. l. quotiens. ne quid ī loco pub. l. ij. §. merito. Sed ista alienatio fuit necessaria necessitate precisa ⁊
b causatiua. primū pꝫ: qꝛ mater cogitur alere filium pauperem[b] ⁊ aliūde non habentem si tū mater pōt: ⁊ ad hoc potest p̄cise cogi officio iudicis. de lib. agno. l. si qs a liberis. §. j. ergo eodem mō tenet̄ ip̄m redimere ab hostibus: qꝛ eadez rō pietatis est eadem. l. quāuis. sol. ma. non ergo statutum istud videt̄ banc alienationem probibere q̄ ob banc cām necessariam facta est: quia tolleret ius qꝺ cōpetit filio ꝯ̄ matrem in casu isto necessitatis de iure naturali qꝺ facere nō pōt nec p̄sumit̄ vt dictū est: ⁊ esset iniustū. vnde sicut pōt dos vēdi pro soluēdo creditoribus matris: vt dictis iuribus. s̄. allegatis. ita pro redimendo filiū q cēset̄ in boc creditor de iuregentiū seu nature vt dictuz est: licet isti casus nō fuerint in statuto cōprebensi. Itez dico ꝙ bic fuit necessitas causatiua: quia nisi mater redemisset priuabatur sua successiōe: vt ī aut. si captiui. C. de epi. ⁊ cle. ⁊. s̄. tactū est per. d. Onofriū. non ergo potest sibi imputari si fecit illud quo non facto incurrebat penā ⁊ indignationē legis. ff. de bo. lib. l. q cū maior. §. j. ibi. neqꝫ enim imputare ⁊c. neqꝫ euim decipi dꝫ: sed potius adiuuari autoritate. l. sibi mādantis vt filiū redimat. ff. cōmo. l. in cōmodato. §. sicut. in fi. ⁊ in cle. j. de permu. Vn̄ credēdum est ꝙ statuētes in isto casu idem statuissent si fuissent interrogati: ne ius nature debitum filio tolerent: vel legem hic mādantē offenderent: atqꝫ etiā impietatē inducerēt: ꝑpter alioꝝ filioꝝ cōmodum mere pecuniariū salutē aliorū filiorū postponendo: q̄ oia essent cōtra naturā legis. viij. dist. c. erit aūt lex. perinde ē ergo ac si exp̄sse de predicto casu statuissent. ff. de pac. tale pactum. §. fina.

4 ¶ † Preterea ⁊ vltimo non solum ex parte matris fuit necessitas precisa ⁊ causatiua: sed etiam ex parte illius Francisce sororis ⁊ etiam filie sue. qꝺ probatur: nam frater tenetur alere sororē inopem ⁊ aliūde nō habētem: ⁊ etiam dotare si pōt. ⁊ ad boc cogi pōt offō iudicis si sunt ex eodē patre: vt. ff. vbi pu. edu. debe. l. qui filium. ⁊ ibi no. de lib. agno. si quis a liberis. §. j. de admini. tu. cū plures. §. cū tutor. ⁊. l. tutor s̄m dignitatem. §. fi. ꝑ ꝯ̄ñs etiam ab hostibus redimere: qꝛ eadem est pietas: vt. s̄. dictū est.
c ergo ⁊ eodem mō ecōtra Soror tenetur alere fratrem[c] ⁊ eum redimere ab hostibus si pōt: ⁊ frater ecōtra vt eadem sit ratio corelatiuorum. de accep. l. fi. ⁊. d. l. si quis a liberis. §. j. cum igitur ista dos speraretur ad illaz Franciscam vel filios ex ea posse pertinere post mortem matris tenebatur dicta Francisca ex eadem dote redimere fratrem suum: ⁊ per consequens si mater dictam dotem ob hanc causam alienauit potuit dn̄ium transferre tanꝙ̄ ex causa que dicte filie incūbebat. ff. manda. l. si procuratorē. §. si ignorātes. C. vbi de crimi. agi opꝫ. aut. qua in prouincia. ⁊ aut. si captiui. de epi. ⁊ cle. ⁊ no. Barto. in. l. eadem. §. cato. de ꝟ. ob. vnde dicta filia si viueret non posset hunc contractum rescindere: per ꝯsequēs nec neptis ex ea ad quā ius ex ꝑsona filie trāsiturum erat inde subducta persona filie ab actu rescissionis subduci debet etiam persona neptis ad quam per ꝑsonam filie ius transire debebat. arg. ff. de fal. l. filius. §. sequēs questio. in fine. Dico etiam ꝙ fuit necessitas causatiua: quia filia eademqꝫ soror non redimendo fratrē priuatur eius successiōe: vt in. d. aut. si captiui.

ſi captiui. videtur ergo ꝙ cõſenſiſſet matri ob hanc cãm alienã
ti.arg.ſolu.mat.l.ij.§.voluntate.⁊ ꝑ ꝯſequens tam ipſa ꝙ̃ ne-
ptis excluditur:vt dictum eſt. Laus deo.

❡Caſus talis eſt.

❡Viſa copia particule teſtamenti Be.a.Bon.⁊ viſa renun-
tiatione vſuſfructus facta per dñam Surinaldam ⁊ viſa conſi-
gnatione domus facta ꝑ fideicõmiſſarios teſtamenti ꝓ dote di
cte capelle. Queritur vtrũ fratres ſancti Auguſtini cum licẽtia
eorũ generalis ſiue eorum ſindici pro vtilitate dicte capelle poſ
ſint vendere dictam domum ⁊ pretium conuertere in poſſeſſio-
nes maioris ⁊ ſecurioris redditus ꝙ̃ dicta domus ꝓ dote dicte
capelle:preſuppoſito ꝙ dicta capella ſit de corpore dicte eccle-
ſie ſcti Auguſtini de multis:⁊ nunquid poſſint dictam vendi-
tionem facere ſine ſindico ſocietatis ſancti Auguſtini.

❡Conſilium.ccccxxxvj.

1 ☞Quot requirantur vt predium qḋ capelle ꝓ dote aſſigna-
tum eſt poſſit efficaciter alienari.
2 An conſenſus patroni in tali alienatiõe ſit neceſſarius.



N chriſti nomine amen.

1 ❡†Viſis omnibus ſupradictis videt̃ mihi breuiter
dicendũ ꝙ dicta venditio valeat:q̃ interuenerunt
oĩa q̃ neceſſaria ſunt invenditione rei eccleſiaſtice. Nam primo
cã eſt neceſſaria ⁊ iuſta videlicet neceſſitas vel vtilitas eccleſie.
Secũdo neceſſarius eſt cõſenſus cõuentus cum tractatu. Ter-
tio cõſenſus ꝓlati illius cõuẽtus. Quarto autoritas ſuperioris
habẽtis illũ cõuentũ diſponere vel ordinare:vt hec habent̃.xij.
q.ij.ſine exceptione. de rebus eccle. nõ alie.dudũ.lib.vj.eo.tit.
monaſteriorũ.in cle.que omnia hic interuenerũt. ❡Nã cã iter-
uenit vz vtilitas q̃ ꝓſupponit̃:videlicet q̃ facta fuit vẽditio ꝓ
emendo poſſeſſiões melioris ⁊ ſecurioris redditus: vt pz de re
bus eccle.non alie.c.vt ſup.§.ſi.facit.l.ſi.de iure do. ❡Itez in-
teruenit conſenſus cõuentus ⁊ tractatus:vt ptz ex inſtr̃o ꝓcur.
facte de fratre petro:vbi apparet ꝙ pulſata campana ⁊ cõicato
cõſilio fecerũt ipſum procuratorẽ ad vendendum. ergo ⁊c.ff.ꝙ
vi aut clam.l.ſemper.§.ij.⁊ qḋ no.de reg.iur.aliud.§.refertur.
❡Itẽ ex eodẽ inſtrumẽto pz ꝙ interuenit cõſenſus prioris qui
põt dici ꝓlatus dicti cõuentus ⁊ etiã ſupioris qui hz dictũ con-
uentũ ordinare videlicet prouincialis ſeu generalis. vnde cõſen
ſus alterius ſupioris puta epi nõ reqritur:vt no. Inn.in.c.hoc
cõſultiſſimo.de rebus eccle.nõ alie.lib.vj.⁊ Barto.in aut.hoc
ius porrectũ.de ſacroſan.eccle. ❡Preterea ſatis debet iuſtifi-
cari dicta venditio ex diſpoſitione teſtatoris q in ſuo teſtõ con-
ceſſit ꝙ poſſet vẽdi dicta domus ex cã ex qua vendita eſt a ſuis
executoribus:quorũ cõſenſus etiã hic interuenit.arg.ff.de reb.
eo.l.j.§.j.ibi.niſi vt id fieret ⁊c.C.qñ decre.opus nõ ſit.l.j. Et lz
iſta domus fuerit iam aſſignata capelle ꝓ dote: tamẽ adhuc vi
detur teſtatoris diſpoſitio durare quaſi trãſiuerit cũ ſua cã.ar.
de pig.c.ex lr̃is. ff.de ſerui.ruſt.ꝓd.l.via.§.ſi fundus.de man.l.
gaius.⁊ qḋ no.ꝑ hoſti.de fo.cõpe.c.verũ.ꝑ bar.ĩ.l.iij.C.de pig.
2 ❡†Nec ob.predictis ꝙ hic non interuenerit ꝯſenſus patrono-
a rum[a] videlicet ſocietatis ſancti Auguſtini:quia non reperitur
iure cautum ꝙ talis cõſenſus debeat interuenire. vnde ſufficit
conſenſus eorũ qui a iure exprimũtur.x.q.j.nouerint. Nam per
hanc alienationem nõ ſit aliqḋ ꝑiudiciũ patronis vel iuri eoꝝ.
ſi enim fieret fateor ꝙ reqreret̃ eorũ conſenſus.ſ.cũ ageretur de
transferẽdo iuſpatronatus in alterũ:ſic intelligitur de dona.c.
paſtoralis. de iurepa.c.ſuggeſtum.al's nõ reqrit̃.ad qḋ facit.e.
ti.c.pe. Preterea hoc nõ repit̃ inter iurapatronatus q̃ enume-
rant̃ ꝑ Io.an.in rubri.de iurepa.⁊ ꝑ Hoſti.in ſum.de iurepa.§.
qḋ cõpetat.q dicunt ꝙ ꝓter illa q̃ ibi enumerant̃ nil aliud pa-
troni debent vẽdicari ſibi in eccleſijs in quibus hñt iuſpatrona
tus. ❡Preterea patronus admittitur ad reuocandũ aliena-
tionẽ male factã:vt no.xvj.q.j.cõſtitutũ.de rebus eccle.nõ alie.
ſi qs ꝓſbyterorũ.nõ tñ hz ꝙ in alienatione debeat conſentire:ſz
potius cõtrariũ innuitur. Laus deo.

❡Conſilium.ccccxxxvij.

1 ☞Si vnus impetrauit eccleſiam in titulum ⁊ bñficium ha-
betur loco vſufructuarij:⁊ ideo vz ſcḋa gratia impetrata ꝑ ho-
ſpitale quo ad vniendam talem eccleſiam perpetuo ſibi etiã nõ
facta mentione de prima impetratione:quia ſcḋa gratia cenſet̃
ſuper proprietate.
2 Qui fundat intentionem ſuã ſuper minori etate debet eam pro
bare:al's ſuccumbit.



N chriſti nomine amen.

❡In queſtione que vertitur inter rectorem hoſpita
lis miſericordie ⁊ ipſum hoſpitale ex vna parte: ⁊ do
minum Guidonem Nicolai palmerij de ſenis ſtudentem in iu-
re canonico ex altera parte : ſuper eccleſia ſcti Sani ad oſſanũ
Canonica nuncupata aretine dioceſ. extitit mihi conſulenda
cõmiſſa per magnificos ⁊ potentes dominos dominos Prio-
res ⁊ gubernatores ciuitatis Senarum:viſis igit̃ bullis vtriuſ-
qꝫ partis ac etiam oĩbus ſcripturis earũdez mihi traditis ⁊ ma
tura deliberatione digeſtis:ac etiaz habito colloquio ſepius cũ
eiſdem partibus ⁊ auditis ⁊ cõſideratis oĩbus que dicere ⁊ alle
1 gare voluerunt:dico ⁊ rñdeo in forma q̃ ſequitur:vz.† Quia pri
mo ⁊ ante omnia cõſidero ꝙ gratie ipſorum non ſunt ꝯrie adin
uicẽ nec opponunt̃:ſed ſe adinuicem cõpatiũtur. Nã dictus do.
Guido primo loco impetrauit dictã eccleſiã ab Innocẽtio ĩ ti-
tulum ⁊ beneficium per qḋ equiparatur vſufructuario:quia ius
eius morte ſua extinguit̃.de offi.ord.c.preſenti.lib.vj.cũ ibi no.
Dictus vero rector ſeu hoſpitale ſcḋo loco ĩpetrauit ꝙ ſibi ꝑpe
tuo vniretur ꝑ qḋ equiparatur proprietario ⁊ proprietatẽ dicti
beneficij videtur impetraſſe. Conſtat autez ꝙ iſta ſimul ſtant.ſ.
ꝙ vnus habeat proprietatẽ alicuius rei:alter vero vſumfructũ
ad tempus.ff.de vſufruc.l.q vſufruc.§.j.⁊ per totum. ❡Itẽ cõ
ſtat ꝙ ſi alicui cõceſſi vſumfructũ rei mee ꝙ alter poteſt a me pro
prietatem acquirere ſaluo iure vſufru.ff.de vſufru.l.locũ.§. pro
prietarius.de vſucap.l.iuſto.§.non mutat.facit.C.de pig.l.vſu
capio.ff.eo.l.j.§.cum predium. Ex quo infero ꝙ gratia dicti re
ctoris ſeu hoſpitalis valet ⁊ tenet:licet de gratia dicti do. Gui-
donis vel poſſeſſione iuſta vel colorata nullã faciat mentionez.
⁊ eſt ratio: quia tunc in ſecũda gratia fienda eſt mẽtio de prima
vel de primi poſſeſſoris qñ ſecunda eſt ꝯria prime:nec ſe adinui
cem cõpatiuntur:q̃ tunc ſecunda tendit ad derogationem pri-
me:vt eſt qñ ambo impetrant in titulum ſeu beneficium:ita lo
quitur.c.cum noſtris.de cõceſ.preben.cũ omnibus alijs de ma-
teria loquẽtibus. Sed in caſu noſtro ſcḋa gratia hoſpitalis nõ
tendit ad derogationẽ prime gratie do. Guidonis:immo intel-
ligitur ſaluo iure ipſius domini Guidõis:ita ꝙ quouſqꝫ viuit
non debeat inde amoueri:ipſo v̊o mortuo redeat pleno iure ad
hoſpitale vt ſic cõſolidetur vſuſfructus cũ proprietate:vt hec ꝓ
bantur in.c.cõſultationibus.de dona.⁊ in.c.ſi vna.de reb.eccl.
non alie.in clemẽ.inſti.de vſufru.§.finitur. Itẽ dico ꝙ gratia di
cti domini Guidonis ſimiliter valet non obſtantibus exceptio
nibus oppoſitis pro parte dicti hoſpitalis:vz ꝙ dictus do. Gui
do non erat conſtitutus in decimooctauo anno ſicut in ſua bul-
la narratur tempore impetrationis eius. Nam iſta exceptio nõ
fuit probata per dictum hoſpitale ſeu rectorem:igitur non no-
cet:cum exceptio ſit probanda per illum qui ipſam opponit al's
2 ſuccumbit.ff.de excep.l.j.C.eo.ti.l.ſi quidem. ❡† Naz ille qui
allegat minorem etatem ad impugnandum intentionem alte-
rius debet eam ꝓbare:⁊ etiam ſi ſit cã ſue intẽtionis.C.de in ite
grum reſti.l.ſi minorem.⁊ cum theorica doctoꝝ maxime Bart.
in.l.de etate.ff.de mino.facit qḋ no. Inno.in.c.ſuper his.de ac
cuſa.⁊ Barto.in.l.hoc iure.de ver.ob.hic aũt rector allegat mi
norem etatem q̃ non continetur in bulla ad excludendum ipm
dñm Guidonem a dicta bulla:igitur habebat probare. ❡Pre
terea illa que continentur in litteris principis preſumuntur ve
ra quouſqꝫ cõtrarium probetur etiam ſi non dependeant ex fa-
cto ipſius principis:vt no. Cy.C.ſi contra ius vel vtili. publi.l.
preſcriptione.circa ſi.ibi. Item quero quis debeat probare exce
ptionem mendacij ⁊c.de dila.l.ſi quando.⁊ qḋ no.in cle.lr̃is.de
proba. ❡Ex quibus omnibus concludo ꝙ cum nihil oſtenſum
ſit vel appareat ex quo aliqua iſtarum gratiarum reddatur in-
ualida:ꝙ ãbe valent ⁊ tenent. Secundo ꝙ cum gratia ſecũda.ſ.
hoſpitalis intelligatur ſaluo iure primi impetrantis ꝙ ipſe do-
minus Guido debet gaudere dicto bñficio quouſqꝫ viuit. Ip-
ſo vero mortuo pleno iure pertinet ad hoſpitale. Tertio ſequit̃
ꝙ ambo debent in poſſeſſionem mitti.ſ.dominus Guido reſpe
ctu vſuſfructus:⁊ hoſpitale reſpectu ꝓprietatis:q̃ miſſio hoſpi-
talis ſortiet̃ plenum effectum mortuo dicto domino Guidone.
vt in iuribus.ſ̄.allegatis. Laus deo.

a ❡Patronorũ. Vide Bal.ĩ conſil.xvij.in.v.parte.

❡Conſilium.ccccxxxviij.

1 ☞Teſtamenta dãnatorum ad mortem naturalem de iure cõ
muni ſunt ipſo iure nulla:licet bona non confiſcentur.
2 Ex duobus ſtatutis ſi vnum dicat teſtamentum valere dãnati:
aliud neget:primum debet intelligi qñ bona non confiſcantur:
al's ſequeretur repugnantia.
3 An teſtamentũ dãnati ad mortem:cuius bona cõfiſcata ſunt:
recõualeſcat ſi fiſcus repudiet bona ipſius.
4 Et quid de legato facto ad pias cauſas in tali teſtamento.



N chriſti nomine amẽ.

❡De iure cõmuni nõ eſt dubium qḋ teſtm̃ iſtius
1 Bartholomei nõ valet[b]:† q̃ ſtatim per condem
nationem fuit effectus ſeruus pene ⁊ perdidit ci-
uitatez ⁊ libertatem.ff.de penis.l.qui vltimo.que hodie nõ cor
rigitur per aut.in his que dãnantur ad mortem naturalem ſta-

b ❡Non valet. Vide do. Pet. ꝑhi.cor.in cõſil.lix.inci.ꝯſuluit.ꝑ totuz.in.j.ꝑte.vbi ponit. quid de teſtõ hãniti:excõicati:infamis.

a ¶ Irritatur. a Uide d. pe. phi. cor. in cōsi. cclxxviij. inci. in cā. in prin. z in littera A. in. iiij. parte.

1 ¶ † Et primo: nam dictū statutū determinat duos casus tan-
tum. Primus est qñ deficientibus ascendentib⁹ ⁊ descendenti
bus fratribus ⁊ sororib⁹ supest mater vel alius de ascendentib⁹
ex linea materna ex vna parte: ⁊ parentes masculi ex transuer-
sali linea paterna vsq̄ ad q̄rtū graduʒ ex altera: quo casu vult
ꝙ mater habeat q̄rtā ⁊ alij parentes tres alias quartas. Secū
dus est qñ deficiētib⁹ descēdentibus ⁊ ascendentib⁹ supest ma-
ter vel ali⁹ ex sui parte ex vno latere ⁊ ab altero supest frater so
ror aut filij eorū: tūc vult matrē in totū excludi: ⁊ fratrē in totū
admitti. Sʒ nos sumus in tertio casu: qꝛ supest vnus de ascen-
dentibus p lineā paternā: vʒ auia. Itē mater defuncti. Itē pa
rentes masculi vsq̄ ad quartū gradū q casus nō est tactus a sta
tuto cū totū statutum loquat᷑ qñ deficiūt omnes ascendētes ex
linea paterna: ⁊ etiā descēdentes: igit᷑ remanet in dispositione
iuris cōis. ff. de cōdi. ob causam. l. si extraneus. sol. matri. si cū
dotē. in pn. Sed de iure cōmuni nō est dubiū ꝙ hereditas isti⁹
ptinet ad matrē tanq̄ pximiorē excluso auo paterno: ⁊ etiā di-
ctis parentibus. vt in aut. defuncto. C. ad tertul. igitur ⁊c.
¶ Secūdo sic. aut dicemus istam matrem excludi per aliqueʒ
istorū de iure cōmuni ⁊ falsum est: vt. s̄. dixi. aut dicemus ipsaʒ
excludi per statutum ⁊ similiter falsum. qđ probatur. Nam aut
dicemus eam excludi per auiam maternam ⁊ non est veruʒ: qꝛ
statutum de ascendentib⁹ ex latere patris nihil dispositiue loq
tur sed conditionaliter scilicet si decesserit sine ascendētib⁹ ⁊c.
⁊ sic non intendit statutum eos principaliter vocare: sed solum
in vocatione quā ius cōmune ciuile facit de ipsis eos conserua
re ⁊ non impedire. ar. l. si qs sub cōditione. si quis omis. cau. te.
de iure autem cōmuni mater prefertur vt dixi: ergo ⁊c. Aut di
ces eam excludi per istos parentes masculos: ⁊ hoc est falsum.
Nam statutum vocat istos parentes de cuius hereditate agit᷑
si decesserit sine ascendētibus ex latere seu linea paterna: vt pʒ
ex prin. dicti statuti. Sed ista conditio defecit: qꝛ decessit reli-
cta auia paterna ergo dicti parentes non vocantur in aliquo:
licet etiam ipsa auia in nullo vocetur. casus est in simili in aut.
licet. C. de natu. lib. vbi filij naturales vocantur ad certam por
tionem sub conditione si non supersit cōiunctio legitima: vnde
si illa superest lʒ in nullo admittatur tamen excludunt᷑ filij na-
turales: quia deficit conditio sub qua vocantur. facit de leg. j.
filiusfa. §. cum quis. deficiente enim conditione deficit dispo-
4 sitio. si cer. pe. l. pecuniā. ⁊ perinde est enim ⁊c. † Ex quibus ptʒ
ꝙ ista mater consequitur propter auiam paternam qđ al's per
se non consequeretur. pro quo. l. aristo. que res pig. obli. poss. c.
iij. videtur casus in si. ff. ad tertul. l. j. §. si sit agnat⁹. vbi mater
que per patrem excludebatur si agnatus defuncti superest qui
obstat patri admittitur mater ⁊ tamen agnatus nil habebit: ⁊
sic consequitur mater propter agnatum qđ per se nō fuisset ha-
bitura ⁊ dictus agnatus prodest matri non sibi. ff. de inoffi. te-
sta. l. posthumus. §. si quis ex his.
¶ Tertio do. Bar. videtur istā. q. terminare in. l. j. §. fi. de bo-
3 no. poss. cōtra tabu. vbi determinat. † ꝙ si statutum dicit ꝙ ex-
tante fratre non succedat soror si ꝯtingat ꝙ extat frater ex vno
latere tantum ⁊ soror vtrinq̄ ꝯiuncta ⁊ mater licet non existen
te matre soror excluderetur in totum a fratre vigore dicti statu
ti: tamen ex quo superest mater quā statutū nō excludit dictus
frater: qꝛ ex vno latere tantū excludetur a dicta matre deīde so-
ror vtrinq̄ coniuncta admittetur vna cū matre per aut᷑. defun-
cto. ⁊ sic consequetur soror ex persona matris qđ per se non con
sequeretur. all'. l. ij. §. si sit cōsanguinea. ad tertul. in hoc tamen
casus iste diuersus est a nostro: qꝛ in isto mater que facit sororē
admitti admitti᷑ vna cuʒ sorore quā facit admitti. Sed in ca-
su nostro auia paterna que facit matrem admitti non admitti
tur vna cū matre. Sed hoc est ideo: qꝛ sic disponit ius cōmune
scilicet ꝙ mater admittatur vna cum sorore vtrinq̄ coniuncta
⁊ eodē modo disponit qđ mater preferatur auie materne: ⁊ sic
vtroq̄ casu seruatur dispositio iuris cōmunis nec īmutatur su
pradicta determinatio per dictum. §. si sit agnatus. hoc ideʒ re
perio fuisse consultum per dictum Guilielmum de perusio in
his terminis: vʒ. Si statutum dicit ꝙ existente patruo non suc-
cedat mater ⁊ aliqs decessit supstite matre patruo ⁊ fratre vte-
rino cum dictus frater vterinus per statutuʒ non excludat᷑: sed
ipse de iure cōmuni excludat patruum ꝙ certe tunc mater per
patruum non excludetur cum ipse sit exclusus a dicto fratre.
¶ Cūq̄ mater excludat fratrem vterinū de iure cōmuni: vt di
cta aut᷑. defuncto. sola mater admittet᷑ excluso patruo per fra-
trem ⁊ excluso fratre per matrem ⁊ sic frater proderit matri nō
sibi. ⁊ incipit consilium. sicut tres sunt persone ⁊c. p quo est ca-
sus in. d. §. si sit agnatus. licet ipse non alleget. Sed hic posset
opponi de regula si vinco vicentem te ⁊c. Nā ex isto statuto pa
rentes masculi excludunt matrem in quibus partibus: ergo ⁊
auiam paternam quā mater excludit. Sed rñdeo ꝙ tunc est ve
rum ꝙ dicti parentes excludunt matrē qñ non supersunt ascen
dentes ex latere vel linea paterna: vt patet ex eius tenore. Sed
hic superest ascēdens ergo cessat illa exclusio. regula igitur illa
procederet si excluderet simpliciter non sub conditione. Item
posset dici ꝙ ista auia debeat totum habere ⁊ mater nihil. arg.
ff. ad tertul. l. equissimum. §. j. vbi si quis decesserit relicto pa-
tre auo paterno ⁊ matre auus paternus solus admittitur: eo qꝛ
pater excludit matrem ⁊ auus patrem. sed ibi ideo: qꝛ auus in
trat locū patris ⁊ sibi refertur qđ non est in casu nostro: qꝛ auia
materna non intrat locum matris que non est ex eius linea. ita
videtur declarare Bar. illum tex. in. d. l. j. §. fi. de contratab.
quicquid dixerit Ric. malū. qui videtur terminare cōtra in. q.
que incipit. lege municipali cauetur.
¶ Cōcludendū est igit᷑ dictā hereditatē ad solam matrem per
tinere exclusis parentibus p auiam paternam ⁊ exclusa auia p
matrē. vide hic. q dispu. p Ric. mal. q̄ incipit. lege municipali
cauetur ⁊c. vbi videtur contra determinare. Laus deo.

¶ Consilium. ccccl.

1 ☞ Utrū statuta alicuius artis possint dici statuta ciuitatis.
Aduerte tamen lector: qꝛ hoc consilium est imperfectum.

a ¶ Subintelli
git᷑. Adde do.
Pet. pbi. cor. in
ꝯsi. cj. icipiē. vi-
sis. p totū. ⁊ i cō
si. cij. icipien. in
causa. in littera
D. ⁊. E. i. j. pte.
vbi ꝙ iuramen-
tum recipit tan
tas ꝯditiōes vel
expressas q̄s re-
cipit ꝯctus.

Additio.
b ¶ Subintel-
ligebat᷑ ista con
ditio. Adde ꝙ
iuramentū reci
pit tacitas cōdi
tiōes q̄s recipit
ꝯct⁹ sup quo in-
terponit᷑. c. pue-
nit. ⁊. c. queād-
moduʒ. de iure-
iurā. vnde q iu-
rat seruare non
efficit᷑ piurus si
non obseruauit
ex iusta causa q̄
veniebat ex na-
tura ꝯctus. l. fi.
ff. q satisd. cog.
l. fi. C. de nō nu-
me. pecu. ponit
do. Phil. deci.
in ꝯsi. cccv. inci
pien. iuridicam
esse arbitror. l. j.
volu. H. F.

In christi nomine amen.

¶ Super eo qd querit a dñis regulatoribus in causa q̄ vertit inter Jacobū dñi Marci petētē in curia domini potestatis ex vna parte. Et Antoniū bini se opponentem in curia officialium mercantie ꝛ nitentem ad dictam curiā causaz trahere ꝛ de curia domini potestatis amouere ex altera: duo principaliter videnda sunt.

1 ¶ † Primū est cū pro parte dicti Antonij ꝛ etiā dictorum officialium mercantie dicat ꝙ statuta curie dictorū officialiū obseruant iter dictas partes. ꝓ parte vero Jacobi hoc neget ꝛ dicatur ꝙ dicti officiales ꝓcedēdo eo modo quo ꝓcedūt statuta nō seruant sz ea offendūt ꝛ trāsgrediunt: ꝛ ꝓpter hoc recursum habuerit ad dictos dominos regulatores vt ea faciāt obseruari. vtrū dicti domini regulatores virtute potestatis eorū super hoc possint se intromittere ꝛ cognoscere vtrū per dictos officiales mercantie sic procedendo statuta seruent vel nō: ꝛ si cognouerint ea nō obseruare possint eos cogere ad obseruandum.

¶ Scdm dubium est vtrum re vera dicti officiales sic procedēdo vt faciunt statuta seruent vel offendant: ꝛ sic vtrum debeant audire dictū Antoniū sic se opponētē in eorū curia vt facit ꝛ dictam causam trahere possint ad curiā eorum: an vero debeant eam remittere ad curiā potestatis vbi extitit inchoata.

¶ Circa primū dubiū tria sunt que videntur facere dubium ꝓ parte negatiua: sed ad singula respondeo: ꝛ sic concludam pro parte affirmatiua.

¶ Primū est qꝛ dicti statutarij seu regulatores habēt officiū ꝛ potestatē faciēdi obseruari statuta ꝛ reformatiōes cōis Senarum. sed ista statuta que Jacobus petit ꝙ obseruent q̄ sunt sub rubrica de quibus questionib⁹ officiales se intromittere vel cognoscere non possunt: ꝛ de querimonijs non recipiēdis sunt statuta curie officialiū mercantie ꝛ sic nō vident statuta cōmunis Senarū: sed mercator. arg. C. de cōsti. pec. l. ij. in fi. vnde non videt eorū potestas ad hoc se extendere. Sed hoc non obstante dico ꝯriū. Nā statuta cōmunis Senar possunt dici tripliciter. prīo illa q̄ facta sunt ab ipso cōmuni seu populo Senarum immediate: vt sic genitiuus ille cōmuni Senarū denotat causam efficientem sicut dicimus liber Aristote. vel Homeri. ff. de leg. iij. l. liberorū. §. j. no. de verbo. obligatio. l. quotiens. ꝛ de no. oper. nuntia. super. Laus deo.

¶ Consilium. cccclj.

1 ¶ Legatū factū vxori intātū inquātū abstinuerit a secūdis nuptijs si ea moueat in statu viduali legatū remanet penes heredes ipsius: qꝛ non potest amplius resolui in conditionem.

In christi nomine amen.

1 ¶ † Legatū istius domus cū medietate torcularis fuit purum: qꝛ testator voluit ꝙ vxor statim haberet ꝛ penes eam duraret ꝙdiu se abstineret a scdis nuptijs. veniebat aūt resoluendum sub cōditione si ad scdas nup. trāsiret. nā illa verba tantū ꝙtū se abstinuerit ꝛc. inducunt conditionez resolutiuam sicut ista verba tādiu ꝙdiu vel donec[a]: qꝛ idē important. vt. ff. de serui. l. quāta. ꝛ de ali. leg. l. gaio. §. imperator. de cōdi. ꝛ demō. l. pater seuerinā. §. fi. ꝛ in. l. fi. ad tertul. Cōstat autē ꝙ aliud est legatū esse conditionale: aliud purū sub conditione resoluēdum. circa primū nisi ꝯditio cōstat non habet effectum. scdm vero nisi cōditio existat nō resoluit nec ꝑdit effectū. iuxta q̄ ꝓbare notant. ff. de in di. adiec. l. ij. ¶ Itē permittēdū ꝙ si testator legasset per hec verba. tantū ꝙtum viueret in vita viduali vel tādiu ꝙdiu vel donec ꝛ similia. tunc sub duplici cōditione esset resoluēdū legatū scilz si trāsiret ad scda vota. Itē ꝛ cū moreret: hec enim duo videret voluisse scilz cū desineret viuere in vita viduali: vel cū desineret viuere simpliciter. arg. ff. de arbi. l. celsus. in prin. de dolo ꝛ cōtu. c. cū dilecti. tunc ergo si ne dubio ꝑ mortē mulieris rediret legatū ad heredes viri: licet ad secunda vota non migrasset. vt. C. de lega. l. fi. ꝛ de lega. ij. l. titia. §. fi. In casu vero nostro non ita dixit: qꝛ de vita vel morte mulieris non fecit mentionē: sed dixit tantum ꝙtum se abstinuerit conuolare ꝛc. Ex quo sequit ꝙ ipse voluit legatum resolui nisi sub vna conditione si se non abstinuerit: sed ad secunda vota migrauerit: ꝛ sub contraria conditione voluit legatū durare scilicet si se abstinuerit. ¶ Cum ergo hec mulier nō transiuerit ad secunda vota ꝛ mortua sit illa conditio sub qua veniebā: legatum resoluendum defecit: ꝛ per consequens nō resoluitur. Alia vero conditio contraria sub qua voluit durare legatuz facta est necessaria ꝛ infallibilis: qꝛ impossibile est amodo se non abstinere: non enim potest aliter se nō abstinere ꝙ transcundo ad secundas nuptias ꝙ amodo impossibile est sibi facere. facit de condi. ꝛ demonstra. l. multa. §. j. Ex quo sequitur ꝙ dictum legatum debet perpetuo remanere penes heredes mulieris sine spe vel timore resolutiōis: sicut si mulier facta fuisset in vita sua professa vel religiosa. vt. C. de indicta vidu. auf. cui relictum. ꝛ ibi no. facit qd no. per Cy. eo. titu. l. fi. ꝛ. ff. de ānuis leg. l. filie. Nam post mortem censetur remanere in eo statu in quo erat tempore mortis. ar. ff. de ali. leg. l. mela. §. sed si alimenta. C. ne de statu defun. l. si mater. ꝛ no. per Cy. C. de vsufruc. l. ambiguitatē. ¶ Ultimo de hac questione videtur casus in. d. l. ambiguitatem. Ubi si testator legat alicui quādiu titius per manserit in furore: ꝛ sic voluit resolui quando in furore desierit esse. dicitur ibi ꝙ si titius anteꝙ efficiatur sane mētis decedat legatum ꝛ non resoluitur: licet enim non videatur in furore per manere postꝙ mortuus est: quia in mortuo non cadit furor: tñ non potest dici ꝙ in furore desierit esse postꝙ in ipso furore decessit nec amodo potest desinere cum mortuus sit: sed censet permanere iuris fictiōe post mortem in eo statu in quo decessit: ita hic licet non possit proprie dici ꝙ ista mulier se abstineat a secūdis nup. postꝙ mortua est: quia non potest cōuolare. ar. de condi. ꝛ demonst. l. pater seuerinam. in prin. tamen censetur se abstinere postꝙ nunꝙ conuolauit. ꝛ sic conditio resolutionis non extat nec extare potest: ꝛ ideo legatum penes heredes mulieris debet perpetuo remanere. hoc etiā bene probatur in. l. sufficit. ff. de condi. indebi. si bene inspiciatur. Laus deo.

¶ Consilium. cccclij.

1 ¶ Si iudex pronuntiauit sequestrum ꝛ tenutam reuocari. non obstante allegatione partis de legitima causa impedien. pōt appellari ex quo pars grauata est: qꝛ non potuit probare.

2 Quibus casibus possit tenuta iam concessa reuocari.

3 Instrumenta donationis non probant intentionem filij legitimati nisi producatur instrumentum legitimationis.

Possessio ficta non transfertur ex inutili contractu.

In christi nomine amē.

¶ Ad euidentiā dicēdorū premitto duo. ¶ Primuz est ꝙ determinatio istius dubij pendet ex hoc vtrum ista fuerit iusta ꝛ legitima causa impediendi reuocationē dicti sequestri ꝛ tenute: vz ꝙ ista bona tenebantur ꝛ possidebātur tempore mortis per defunctū vel nō. ¶ Secundo ꝙ ꝓsupposito pro cōstanti ꝙ ista fuerit iusta ꝛ legitima causa: tūc ex quo filia obtulit se paratā eam probare ꝛ non fuit admissa hoc ipso fuit grauata ꝛ habetur pro vera: nec est necesse ipsam aliter probare coram iudice appellationis: immo hoc ipso reuocare debet qd a primo iudice factuz est. vt est tex. in. c. interposita. de appella.

1 ¶ † Uenio ad primum ꝛ hic breuiter dicendū videtur ꝙ illa fuerit iusta causa impediendi reuocationem tenuteꝛ etiam sequestri. ¶ Primaz probatur sic. si defunctus possidebat tempore mortis tunc illa possessio licet non continuet in heredez: sed requiratur noua apprehensio. vt. l. cum heredes. de acqui. possef. ꝛ. l. q vniuersas. §. ꝙ per colonū. tñ dum vacat ꝛ anteꝙ apprehēdatur nō lz alteri propria autoritate occupare etiā si res sibi sit debita. Sz debet expectare vt ipsam habeat de manu heredis: ꝛ si contrafecerit restituere tenetur. ff. quorum lega. l. j. in prin. ꝛ. §. redigūtur. Si ergo non licuit huic filio occupare propria autoritate ea que per defunctum possidebantur tempore mortis: ergo heres erat conseruandus in dicta tenuta ꝛ possessione quousqꝫ in iudicio proprietatis vel ordinario de iure istius filij constaret: ꝛ si ita est ergo non erat reuocanda.

¶ Ex hoc infertur ad scdm. Nā si tenuta non erat reuocanda: ergo nec sequestrum. Nam cū ex dicta tenuta possessionē acquisiuerit dictum sequestrum factum ad petitionez possessoris est conseruandum: qꝛ non tendit in alterius preiudiciū. Tūc aūt potest qs petere reuocari sequestrū qñ ipse est potior possessione ꝙ ille qui fieri ipsum fecit ne per sequestrū turbetur sibi possessio. l. j. de sequest. pos. Sed in casu nostro potior est ista filia ex quo defunctus possidebat tempore mortis: ergo non debet fieri reuocatio sequestri: qꝛ turbaretur in sua tenuta ꝛ possessione in qua potior est ꝙ q reuocationez sequestri petijt. Ex quib⁹ sequitur ꝙ iudex male videtur sequestrum reuocasse iuste fuit

2 ab eo appellatum. † Et ad confirmationem huius adduco qd no. Bart. in. l. edicto. C. de edic. diui adri. tol. circa fi. qui dicit ꝙ quando aliquis contradictor post tenutam venit ad reuocationē dicte tenute dicens se fuisse possessorē tempore date tenute: tunc tres sunt casus qui colliguntur ex dictis suis. Aut eniz citatus non fuit ꝛ tunc obtinebit reuocationem ꝛ iste non est casus noster: qꝛ presupponitur ꝙ emanauerint citationes generales q sufficiunt. l. si eo tēpore. C. de remis. pig. l. j. §. cū dicit. si cui plus ꝙ per leg. fal. Aut fuit citatus ꝛ tunc aut allegat aliquid ꝙ est exclusiuū beneficij illius. l. edicto. vt qꝛ dicit defunctū nō possedisse tēpore mortis res illas q̄ruz tenutā petit reuocari: ꝛ idē qꝛ dz audiri: ꝛ ipse siliter nō est casus noster: qꝛ iste fili⁹ hoc non dicebat

[a] ¶ Uel donec. a De qua dictiōe vide bal. in ꝯsi. cliij. ꝛ in consil. ccccxx. i. v. pte. ꝛ in consi. xliij. i ij. parte. ꝛ. d. alexan. de imo. i cōsi. xl. in. ij. col. in prima parte.

nō dicebat: sed solū se possedisse, tēpore date tenute: et posito quod hoc dixisset filia offerebat se paratā probare contrariū: et sic magis erat audienda filia in probando affirmatiuā quam filius in probando negatiuam. vt no. in. l. diem proferre. §. si plures. versi. inde queritur. ff. de arbi. vel si voluisset probare filius patrem nō possedisse tempore mortis sed se possedisse: et sic affirmatiuam cū filia vellet probare contrariū scilicet patrē possedisse mos sibi gerēdus erat et danda facultas probandi. ff. de proba. l. circa. quia probationes sue potuissent esse tales quod probationes filij eneruassent. l. ob carmen. §. fi. de testi. C. de cōtrahen. stipu. l. optimā. quod cum factum nō fuerit fuit filia grauata. ¶ Interdum vero non allegat aliquid quod sit exclusiuū bñficij illius cōstitutionis: sed solum dicit se possedisse tēpore date tenute tunc ex quo nō cōparuit cū fuit citatus imputet sibi vt non possit facere tenutam reuocari. sed omne ius suum reseruetur in iudicio petitorij seu ordinario. Et iste recte est casus noster. Ex quo sequitur quod ad instātiā istius filij citati et non cōparentis tēpore date tenute nō erat dicta tenuta reuocanda cum allegaret patrem non possedisse tempore mortis: imo ipsa filia allegabat et offerebat se contrariū probaturā. Et si sic est: ergo nec dictum sequestrum factum ad petitionē suam que potior erat quam filius. Alias ex reuocatione sequestri sequeretur reuocatio tenute in effectum quod non est fiendum. ¶ Preterea iudex iste reuocauit sequestrum et non tenutam: et tamen fuit vtrumque petitū: ergo videtur sñia sua nulla. iuxta ea quod no. in. l. j. C. si aduer. rem iudi. Itē nō videtur hoc potuisse facere: quia sequestrū erat reuocatum tenuta remanēte: ergo tenuta in esse nō potuit iudex effectū sibi tollere. ar. ff. de furtis. l. nō pōt. de iniurijs. l.
3 diuus seuerus. † Sed his que dicta sunt obstare videtur: quia iste filius produxit instrumenta donationū in quibus pater cōstituebat se precario noīe filij possidere: ex quibus satis videtur ostēdisse quod pater nō possidebat tēpore mortis sed ipse filius: quia ille possidet cuius noīe possidetur. de resti. spo. c. cū venisset. Sed ad hoc rñdetur quod nō sufficit illa produxisse nisi produxerit instrumenta legitimatiōis. nā cū cōstet ipsum esse illegitimū ex ipsa īspectiōe instrumentorū apparet donationem esse inutilem nisi appareat de legitimatione. l. j. C. de natu. libe. cū si. Et per cōsequens quicquid sequitur ab illa. l. non dubiū. C. de legi. et sic cōstituendo se noīe filij possidere nō transtulit possessionem: quia ex inutili cōtractu ficta possessio nō trāsfertur: vt no. per glo. et docto. in. l. quod meo. ff. de acq. posses. in princi. et. l. si rem aliquā. eo. titu. C. locati. l. qui rem. ¶ Preterea posito quod de legitimatione docuisset adhuc filia fuit grauata: quia non fuit sibi datus terminus ad probandum id quod offerebat se probaturam: forte enim probauisset contrarium eius quod instrumentis continebatur et incōtinenti probasset et exclusisset intentionem filij petentis reuocationem: et sic ex dicta denegatione termini iuste appellauit. vt. d. c. interposita. de appel. Laus deo.

¶ Consilium. cccclij.

1 ¶ Utrū appellatione casamenti veniāt apothece vbi merces venduntur. et quid de domo que videtur nō comprehendere apothe.
2 Ultimus ex his quorum causa prohibita est alienatio pōt efficaciter alienare.

In christi nomine amen.

1 ¶ De eo quod primo loco queritur: vtrū appellatione casamenti cōtineantur apothe. que sunt sub casamento et sub eadē cōtinētia edificij seu murorū. dico quod sic per. l. predictis. §. fi. et §. pe. et antepe. ff. de lega. iij. et. l. si cui edes. in quibus est casus. facit de dam. infec. quod cōclaue. de fundo instru. l. seie. §. tyrāne. facit etiā: quia istud vocabulum casamentum in plus se habet quam istud vocabulū domus secundum vulgarem vsum loquēdi: quia casamentum est quoddā vocabulū vniuersale cōprehendens in se vniuersitatem pluriū stationū simul cōiunctarū: et sic omnes insulas apothecas stabula officinas sub eisdē parietibus cōtentas: sicut dicimus in hoc vocabulo podere quod comprehēdit plures possessiones simul iunctas. ff. de rebus dub. l. j. per Bart. Sed appella-
a tio domus videtur magis stricta[a] scilicet ad illam tantū partē que inhabitatur cum familia. argu. de leg. iij. l. vxori. in princ. de iniurijs. l. lex cornelia. §. domum. Iste autem apothece non vocātur domus sed meritoria domus: eo quia quis ex eis mercedem meretur. eo. §. domum. in fi. et de verbo. significa. l. vrbana predia. in eis enim non continue quis habitat: sed tantisper moratur: et tamē video quod appellatione domus talia continen-
b tur[b]. vt. d. l. predijs. §. fi. multomagis appellatione casamenti que generalior est vt dixi.
2 ¶ † Quātū ad scōm vtrū valeat venditio facta per hūc filium supstitē. dico quod sic: nā prohibitio testatoris fuit facta cōtemplatione ipsorum filiorum: quilibet enim ipsorū videtur prohibitus alienare partē suā cōtemplatione fratris. quod patet: quia voluit quod portio alienantis deueniret ad nō alienantē: et sic cōtēplatione nō alienātis cēsetur facta: alias tanquam nuda nō valet. vt. l. filiusfami. §. diui. de lega. j. et. l. pater. §. iul. agrippa. de lega. iij. Sed. l. cauetur quod licet plures sint prohibiti alienare extra se. Si omnes mortui sunt excepto vno cessat prohibitio et ille vltimus potest alienare in quem vult: quia non superest persona que reuocare possit alienationē. tex. est. ff. de lega. ij. l. cum pater. §. libertis. et. l. qui solidum. §. pe. in quibus est casus de hac. q. cum hic proponatur quod duo tantum erant filij prohibiti et vnus mortuus est superstes autem alienauit: valet enim cum nō supersit qui possit reuocare: ipse enim alienans reuocare non potest. de leg. iij. l. vnū ex familia. §. sed si vno. et. §. si duos. in quibus probatur alius nō superest: ergo etc. Nec ob. quod dixit quod volebat alienationem non tenere: quia si non superest persona que reuocare possit tale preceptum vel dispositio tanquam nuda non valet: cum non sit cuius contemplatione facta sit. vt. d. §. iul. agrippa. Laus deo.

¶ Consilium. cccclliij.

1 ¶ Qui petit se mitti in possessionem bonorū ex. l. fi. de edicto diui adri. tollen. debet probare defunctum possedisse et qualiter testes hoc probent.
2 Item si petens dicit se filiū et tacet quod defunctus alios filios haberet non debet obtinere possessionem et tenutam.
3 Quod in remedio. d. l. fi. debeat dari libellus et qualis: qualis petitio. et quid si cōtradictor probat se vsucepisse dicta bona quorum tenuta per filium petitur.

In christi nomine amen.

¶ Uiso et examinato processu acto et actitato in curia dñi potestatis ciuitatis Aretij: inter Cecbū filium olim Nānis de aretio agentē et petentē ex parte vna: et dominā Joanā vxorē ser Juliani notarij de dicto loco ex altera. Super quodam tenimento suis terminis cōfinato vt apparet ex dicto processu. Uidetur mihi de iure dicendum salua meliori deliberatione quod partes iudicis debent esse iste: videlicet pronuntiare quod super dicto tenimento nulla fiat nouitas vel imissio ad instantiā dicti Cecbi ex causa per eum intentata et in preiudiciū dicte domine Joāne cum constet dictam potius ius habere. Et quod hoc sit verum probatur ex pluribus.

1 ¶ † Primo quia dictus Cechus nō probauit id quod erat causa sue intentionis: scilicet quod patrem suū cui dicit se successisse possedisse istud tenimētū tēpore mortis sue quod est necessariū cū petitur imissio ex l. edicto. vt patet in. l. illa. dum dicit earū rerū que tēpore mortis etc. quod itelligitur secundum omnes de his que possidebātur. ¶ Quod aūt iste nō probauerit hoc patet: nā istud continetur in. vj. articulo dato per ipsum Cechū qui articulus est implicitus et cōtinet plures. s. possessionē dicti tenimēti peruenisse ad Nānē post mortē sui patris. Scdo quod dictus Nānes tenuit et possedit per spaciū. xx. annorum. Tertio quod etiā vsque ad tēpus sue mortis et sic nō debebat tanquam implicitus. Sed debebant de ipso fieri tres.

¶ Modo primus testis super hoc examinatus dicit vera esse contenta in articulo: et in causa sciētie interrogatus dixit: quia vidit Nānem tenere et possidere per tēpus cōtentum in dicto articulo et vltra. certe propter istud vbū et vltra apparet quod ipse intēdebat testificari super primis duabus partibus articuli non super vltima que est quod possedit vsque ad tēpus mortis. si enim intellexisset de isto vltimo nō dixisset et vltra: quia post mortē non potuit possidere cum mors omnia soluat. vt in auten. de nup. §. deinceps. no. in. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. patet ergo quod intellexit de tēpore cōprehenso in scda parte articuli: scilicet de. xx. ānis. Nam vba sequētia dant intelligere pcedentia. ff. de here. insti. l. qui non militabat §. lucio. et. l. cum in testamēto. §. fi. de testa. heredes palam. §. sed si notum. hoc autē non sufficit: quia quando aliquid requiritur certo et determinato tēpore debet specifice probari determinatio de illo alias succumbit agens. ff. de neg. gest. l. eum actū. C. de proba. l. matrem tuam. et arg. de op. no. nun. l. non solum. §. sed vt probari. no. ff. de testi. l. ob carmen. §. fi.

¶ Secundus testis super toto articulo deponit de credulitate non de veritate: et sic non probat cum dictum eius et iuramentum debeat esse de veritate. C. de testibus. l. testium. et no. ff. de iureiurān. super rescrip.

¶ Tertius testis quo ad possessionē loquitur assertiue: sed quo ad tēpus possessionis loquitur de credulitate: et sic laborat eodē morbo. Preterea etiam quo ad possessionē non reddit sufficientem causam sui dicti: quia dicit quod audiebat ab eo cum dicebat ego vado ad locum meum de stafiano vel redeo: certe per hoc nō probatur possessio: sed debebat reddere causam sic: videlicet quia vidit ipsum colere arare seminare fructus recolligere etc. iste enim sunt actus possessionis. ff. de solu. l. titia. non autē sequitur talis dicebat se ire ad talē locum suum: ergo possidebat: hoc enim non cōcluditur necessario: quia poterat mētiri: vt. l. nō hoc. C. vñ cogna. et quia non sequitur talis est dominus rei: ergo et possessor. vt patet in debitore qui est dominus rei obligatus et tamen nō possidet ipse:

a ¶ Stricta. Nunquid aūt appellatiōe domus veniat apothe- ca que est de subtus. vide. d. alexan. de imol. in cōsi. ccxx. i. ij. parte. vbi etiam quid in legatis. et quid de horto: tenaculo et stabulo. et vide per eū in cōsi. xxvj. in. j. col. in iiij. parte. et quid veniāt appellatiōe apothece. vide per eū in cōsi. xlvij. in. ij. col. et in cōsil. cij. in. ij. col. in. ij. parte.

Additio.
b ¶ Talia continentur. Et an statutū puniēs offendētem aliquē ī domo sua habeat locum in domo cōducta. vide Andr. barba. in cōsi. xlviij. īcipiē. preclare scribitur. in. ij. col. ver. facit quod voluit Bal. in. ij. volu. M. F.

sed creditor. ff. de pigno. actio. l. cum ⁊ sortis. in fi. ⁊ no. in. l. debitor. §. fi. eo. titu.

¶ Quartus testis dicit se nihil scire.

¶ Quintus testis testificatur de auditu qđ non valet cum possessio sit res que per alios sensus percipit ꝙ per auditū: ⁊ sic nō est sufficiens redditio rationis per auditum. vt no. per doct. in d. l. testiū. C. de testi. plures testes non sunt: ⁊ sic patet ꝙ ex defectu probatiōis Cecbus debet succumbere. vt. l. actor. C. de ꝓba. ⁊ no. doc. in. d. l. edicto.

2 ¶ † Scđo principaliter debet succūbere: q2 ipe narrat se filium Nānis ⁊ Nānē filiū Frācisci ⁊ petit se imitti ex persona nānis: nec narrauit ex dicto Frācisco alios filios remāsisse ꝙ Nānē: ⁊ tñ pro parte dñe Joāne probatū est ꝙ alij filij remanserūt: potissime illa dña a qua titulū habuit ⁊ ꝑ Philippū de quo etiā primus testis Cecbi deponit modo sic cū cōstet plures filios remansisse presumit ꝙ omnes fuerint heredes tam masculi ꝙ femine. de acqui. here. l. necessarijs. ⁊ sic nō cōpetebat ius in hereditate dicto Nāni nisi pro parte sua ⁊ pro illa etiā tantum cōpetebat remediū. l. edicto. debebat ergo specificare ꝑ qua parte petebat qđ nō facit: ergo succūbere debet. ff. si pars here. peta. l. j. §. j. ⁊. l. antiq. ⁊ qđ no. in. l. cū qdā. §. suū habere. de acq. heredi. ꝑ bar. nec ob. si dicat ꝙ in sua petitione petijt se imitti ꝑ parte sibi cōpetēti: q2 nō sufficit hoc dicere ꝫ debet specificare vt reus sciat an velit cedere vel ꝯtēdere: hinc est ꝙ petitio partis incerte nō admittit nisi ex iusta ⁊ rōnabili cā. s. ꝑpter incertitudinē filiorū nasciturorū que causa hic nō fuit. vt. l. ij. §. fi. si pars heredi. peta. debebat ergo discuti vel declarari ꝑ q̄ parte huic Cecbo ius cōpetebat. ff. de lega. ij. l. si tñ. petendo enim simpliciter ⁊ nō declarando videt asserere sibi ius cōpetere in solidum. ff. de interro. act. l. si defensor. §. q interrogatus.

3 ¶ † Tertia ratio pricipalis est: q2 petitio q̄lis qualis q̄ in hoc iudicio regrit nō fuit data a principio sed circa fi. litis nec altera pars habere potuit copiā vnde non habuerit potestatē se defendendi sicut ꝑ aduocatū allegatū est: ideo nō debet aliqđ ꝓnuntiari cōtra eam: q2 parti inaudite nihil est statuendum. ij. q. j. nos in quēꝙ. ⁊ qđ no. C. de sentē. l. ꝓlatā. fuit eniꝫ ꝑposterum prius dare articulos ⁊ inducere probatiōes ꝙ det petitioneꝫ cū articuli debeant fundari super petitiōe. vnde ante petitionem domina Joāna nesciuit sup quo suas defensiones facere deberet cū petitio nō processisset post petitionem fuit sibi denegatus terminus ad accipiendū copiam ⁊ opponendum ⁊ sic tanꝙ inaudita ⁊ indefensa nil in eius ꝑiudiciū fiendum est.

¶ Quarta ⁊ vltia ratio est: q2 dicta dña Joāna ꝓbauit se prescripsisse titulo ⁊ bona fide ꝑ instrm emptionis ⁊ traditionis ⁊ etiā ꝑ testes de possessiōe longi temporis: ergo dictus Cecbus est exclusus a beneficio. l. edicto. vt est casus in. l. illa. circa fi.

¶ Preterea cū ꝑ ꝑscriptionē acqsierit dñiū. vt in auc. nisi triēnalis. ⁊ qđ ibi no. C. de bonis mater. excludit agentē petitorio adipiscēde in quo admittit exceptio dñij cū qs parat⁹ est ipsum incōtinenti ꝓbare. vt. l. ij. de edicto diui adri. ita etiā dicit bar. in. l. edicto. sup illo articulo qs sit legitimus ꝯdictor. in primo mēbro dñ dicit. ꝙ qñ qs venit ad impediēdā missionē nōdū factam si qñdē allegat titulū ab extranea post mortem defuncti acqsite: tunc si allegat se vel actorē suū fuisse vel esse dñm est legitimus ꝯdictor ⁊ impedit missio si paratus est incōtinenti ꝓbare: ⁊ ita fuit huius cū ꝓbauerit de titulo ⁊ de possessione temporis qđ sufficit ad acqsitionē dñij inter presentes de iure cōi. ⁊ etiam dicit ꝙ subest. l. municipalis. hoc disponens: ergo ⁊c.

¶ Preterea etiam si nō debuisset admitti ex quo admisso tūc ad probationeꝫ proprietatis ⁊ possessiōis excluditur actor. vt in. c. j. de resti. spo. vbi ille qui non debet admitti in interdicto recuperande possessionis ad probationem proprietatis si admissus est aduersario patiente nō debet aduersario restitui possessorio propter exceptionem dolo fac. eis ⁊c.

¶ Ex qbus oibus ꝯcludit vt. s. dictū est ꝙ iudex pronuntiare dꝫ in dicto tenimēto nullā nouitatē fiendā in ꝑiudicium dicte dñe Joāne ⁊ ad petitionē: dicti Cechi dictūꝗ Cechū i tenutā ⁊ possessionē dicti tenimēti non esse imittēdum cum dicta domina potiora iura habeat dictusꝗ Cecbus suam intentionem non probauerit vt superius allegatum est. Laus deo.

a ¶ Loco. Nūquid aūt forensis dicat qui domuꝫ cōductā hꝫ in ciuitate: ꝫ similiter non habitet. vide domi. Pet. ꝑhil. cor. i ꝯsil. ccix. icipiē. in hac. ꝑ totuꝫ. in. j. parte. ⁊ adde ꝙ nō dicunt forenses hoīes vnius castri in alio castro territorij eiusdē ciuitatis: vt per do. Pet. ꝑhil. cor. in ꝯsi. cxlvij. circa me. consil. in iij. parte. similiter adde ꝙ varijs modis sumit in iure forēsis fm eū in ꝯsi. cxciij. i littera E. i. iij. parte.

b ¶ Incole sunt. Qualiter aūt imponatur collecta origiarijs incolis ⁊ nouiter incorporatis. vide Bal. ī ꝯsi. xlvij. in tertia parte.

¶ Consilium. cccclv.

1 ¶ Forenses qui ad certum locum gratia ibi perpetuo habitandi venerunt statim ad onera eiusdem loci tenentur.

2 Quid differat an statutum imponēs collectas dirigat verba in fructus loci an vero in personas habitañ.

3 De vna re semel tantū est soluenda gabella: vnde si portio olei gabellati detur facienti oleum non est de ea soluenda gabella.

4 Statutum loquens de habitatoribus ⁊ de fructibus in loco collectis non habet locum in mercatoribus vltro citroꝗ fructus vendendi causa deferentibus.



In christi nomine amē.

Uisis ⁊ cōsideratis verbis capitulorū ꝑdictorum in instrō locatiōis cōprehensorū sup singulis supra quesitis per ordinē rñdeo. 1 ¶ † Et primo ad primum dico ꝙ dicti forenses q reuersi sunt qdem nō venerunt hoc animo vt ibi morent non tenent soluere: q2 non censent esse in dicto loco[a]. ff. de here. insti. l. ex facto. de leg. j. l. huiusmodi. §. legatū. de leg. ij. l. gaius. de fun. instru. l. qsitū. §. pap. Si aūt venerūt vt ibi morent ⁊ cōtinuo fiūt ⁊ habitent tunc soluere tenentur pluribus rōnibus. ¶ Pria q2 efficiunt de ipsa vniuersitate ⁊ cōmunitate Asciani: vnde subijci debēt statutis ⁊ ordinamentis dicte cōmunitatis. Nā qđ iuris est de ipsa cōmunitate idē esse debet de hominib⁹ q postea dicte cōmunitati adiunguntur. arg. ff. de pig. act. l. si cōuenerit. §. si nuda. ⁊ qđ ibi no. de pac. dota. l. inter socerū. §. cū iter. in fi. ⁊ qđ no. C. de iure do. l. etiā. per Cy. in addi. ¶ Preterea dicta cōmunitas est quedā vniuersitas iuris. ff. qđ cuiusꝗ vni. no. per totū. q̄ vniuersitas sumit augmentū ⁊ diminutionē. arg. ff. de leg. ij. l. peculium. in prin. de leg. j. grege. de fun. instru. l. mancipia. ⁊. l. pe. Ideo pacta facta cum dicta vniuersitate extendunt ad illos qui de ipsa vniuersitate postea efficiunt: cū semp eadem esse dicat. ff. de iudi. l. proponebat. ¶ Preterea ex quo venerunt ad habitāduꝫ dicunt icole. C. de inco. ꝑ totū. Sed lex dicit ꝙ incole debēt fungi omnibus publicis muneribus qbus funguntur illi qui sunt in loco in q̄ icole sunt[b]. ff. ad muni. l. incola etiā his. ¶ Preterea cū hac cōditione vident recepti ad habitandū: vt vꝫ subeāt cum alijs munera. eo. ti. l. j. ⁊ sic non ob. si diceret ꝙ isti nō sunt oriundi de Asciano vel de ascialēghis. Nam sufficit ꝙ ad habitandū sint recepti cū videantur se astringere ad omnia ad q̄ tenent alij eoipso ꝙ ibi cōstituūt domicilium. ¶ Preterea verba capituli dicunt ꝙ describant bucce habitatorꝫ: ⁊ sic debēt intelligi de illis qui habitāt tempore descriptiōis. ff. de nona. l. in delictis. §. si extraneus. de testa. mili. l. titius. forenses igit qui venerūt ad habitādū ⁊ ibi reperiunt tēpore descriptionis debēt describi: ⁊ postꝙ fuerint descripti non possunt mutare domiciliuꝫ nisi soluant pro illo anno quo descripti sunt. ff. ad munici. l. incola. de iudi. l. si quis postea. cum fi. ⁊ hoc de primo.

2 ¶ † Quātū ad scđm dubiū rñdeo ⁊ dico ꝙ dicti mediꝫ possunt cogi ad soluēdū gabellā musti sicut alij alcialēghi ⁊ habitatores cōtinui. Et hoc virtute tertij capituli quo cauet ꝙ facto vino postꝙ vegetatuꝫ fuerit debeat scribi ꝑ quo solui debeat gabella ⁊c. Notandū ergo ꝙ vba dicti capituli sunt in reꝫ scripta taꝫ quo ad vegetationē ꝙ quo ad solutionē. dicūt eniꝫ de vino postꝙ fuerit vegetatū: non dicunt ꝑ quē scilꝫ ꝑ ascialēghos vel mediarios. Sed dicūt simplr postꝙ fuerit vegetatū qđ intelligitur ꝑ quoscunꝗ. Itē dicunt de quo soluat gabella: nō dicūt qlibet ascialēghus soluat gabellam de vino ⁊c. Sed simplr de quo soluat gabella q̄ sunt verba in rem prolata. ex qbus dico ꝙ vbicūꝗ sit vinū siue apud hoīes de Asciano siue apud mediarios ⁊ ꝑ quēcunꝗ fuerit vegetatū solui debet gabella per illum apud quē est. ff. de publica. l. imperatores. Nā verba in rem prolata cōprehēdunt quoscūꝗ apud quos res illa est: vt patet expresse. ff. ꝙ metus causa. l. j. in ꝑn. ꝯiuncta. l. metum. §. fi. ⁊. l. fi. de excep. §. in hac. ꝑ quo bene facit. l. aut q aliter. §. fi. ꝙ vi aut clam. ⁊ de acquiren. here. l. si seruum. §. non dixit.

3 ¶ † Super tertio dubio cōsiderandum est vtrū illi q recolligūt oleum de suis possessionib⁹ soluant gabellā de tota quātitate olei recollecti: deide de dicto oleo sic semel gabellato dent portionē illis q tenent oliuariū pro factura olei. Naꝫ tunc cū totū oleum semel fuerit gabellatum exoneratū est a gabella ⁊ ad predictos oliuarios trāsit qđ eis tradit sine onere gabelle: q2 postꝙ semel est soluta amplius de eadem re solui non debet. tex. cū glo. est. ff. de publica. l. fi. §. quotiens. ⁊ ibi Barto. videtur hoc expresse determinare in fi. facit. l. fideicom. §. si quis. ⁊. de lega. iij. Si vero traderent dictis oliuarijs portionem eos tangentē anteꝙ soluant gabellam deinde soluunt gabellam de eo qđ eis remanet. dico ꝙ dicti oliuarij debent soluere de oleo qđ lucrantur sicut si ipsi recolligerent de suis proprijs arborib⁹ ⁊ sicut alij ascialēghi qui de suis arboribus recolligunt: ⁊ hoc propter verba dicti. vj. capituli que sunt in rem. dicunt enim de loco qđ recolligitur: si enim dicerent quilibet ascialēghus de oleo qđ recolliget soluat gabellaꝫ: tunc verba essent in persona ⁊ nō comprehenderēt nisi ascialenghos q recolligerēt de proprijs arboribus. Sed hic dicunt de oleo qđ recolligetur qđ intelligit per quēcunꝗ soluatur gabella non dicit ꝑ quem: ⁊ sic comprehendunt tam recolligentē ꝙ etiā quēlibet aliū possessoreꝫ qui non recolligit: sed de recollecto lucratus est. tale enim oleum cum sit affectū oneri gabelle: ⁊ etiā obligatū transit ad quēcūꝗ cuꝫ onere suo. ff. de pig. act. l. si conuenerit. §. si fundus.

4 ¶ † Super

4 ¶ †Super vltimo dubio puto ꝙ forenses de oleo qđ portant ad vendendū nō teneant̄ soluere gabellā vigore dictorum capitulo⁊. Primo q2 omnia dicta capitula loquuntur si bene inspiciantur de ascialenghis vel de habitantibus in asciano vel de fructibus qui in territorio asciani recolligunt̄ quo⁊ neutrū est hic. Itē expresse in vltimo capitulo cōtinetur ꝙ extra illa q̄ specificata sunt nō soluatur nec in portis nec in mercatis ibi faciendis: sed sint libera. vnde cū verba sint clara nō est vlterius querendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. iij.

¶ Sup scđo dubio omisi rn̄dere ad verba quarti capituli p que vr̄ ꝙ mediarij nō teneant̄ soluere gabellā musti: s3 solū de bobus. Rn̄deo ꝙ p illud capitulū eximuntur mediarij a gabella buccarū soluēdo gabellā boū: illa em̄ imponit̄ psonis. Sed gabella vini iponit̄ rei. s. vino a qua nullus eximit̄ p ea q. s. dicta sunt. Preterea cū exp̄sse in dicto capitulo eximat eos a gabella buccarū: vident̄ velle ꝙ in ceteris nō sint exēpti. arg. l. maritus. C. de pcur. de iud. cū ptor. cū similibus. Laus deo.

¶ Consilium. ccccl vj.

1 ¶ †In testō ad pias cās remisse sunt oēs solēnitates iuris ciuilis ⁊ stat̄ iuri diuino vel naturali sicut i testō iter liberos. ⁊. ⁊.
2 An p ista verba. volo relinquere hereditatē meā hospitali: vel volo ꝙ sit heres. inducatur institutio. ⁊ quid si notarius nō potuit scribere. ⁊ quid si solū mulieres fuerūt testes. ⁊ quid si quo ad legata retulit se testator ad cedulā.
3 Qualiter testamentum dicatur imperfectum.



In christi nomine amē.

¶ Uisis ⁊ examinatis attestationib⁹ receptis p pte hospitalis misericordie: sup hereditate domine Catherine vxoris quondā dn̄i Benciuennis rectoris dicti hospitalis. ¶ Queritur an ex illis sit fundata ⁊ probata intentio dicti hospitalis ad petēdā dictā hereditatē tanꝙ instituti a dicta dn̄a Catherina. ⁊ prima facie vr̄ dicēdū ꝙ
1 nō. ¶ † Primo q2 dicti testes sunt pro maiori pte mulieres q̄ in testamētis. l. heredū institutionibus repellunt̄. ff. de testa. l. q test. §. mulier. ¶ Scđo q2 nō deponunt se fuisse rogatos qđ requirit̄ in testamētis. ff. de testa. l. heredes palam. §. fi. vn̄ ipso⁊ depositio vr̄ nulla: l3 tractemus de dispositione facta ad pias causas. ff. de testa. mili. l. diuus. §. certū qđ. ⁊ ibi no. bar. ¶ Tertio l3 deponant ꝙ ista fuerit intētio dicte dn̄e: sc3 instituere dictum hospitale: non tamen deponunt ꝙ instituerit immo missum fuit pro notario vt esset rogatus de institutiōe: ⁊ tamē anteꝙ perfecte fuerit rogatus decessit ⁊ sic videtur ista voluntas tanꝙ imperfecta non valere. ff. de testa. l. si is qui. ⁊ de leg. iij. l. fideicom. §. j. ⁊ ibi no.

¶ His nō obstātibus salua meliori deliberatione vr̄ mihi contrarium esse dicendū v3 ꝙ ex his q̄ dicti testes deposuerunt apparet ⁊ probatum est dictam dn̄am Catherinam instituisse vniuersalem heredem dictū hospitale: ⁊ ꝙ dicta institutio valeat ⁊ teneat ⁊ per cōsequēs fundata est intētio dicti hospitalis ad petendam dictam hereditatē tanꝙ ad se pertinentē. ¶ Primum v3 ꝙ ex verbis prolatis per dictā dominā ⁊ que per testes probantur resultet vera institutio ⁊ perfecta. probat̄. ff. de leg. iij. l. pamphilo. §. propositum. vbi hr̄ ꝙ ista verba volo relinquere prolata in vltima voluntate etiā ad interrogationem alterius
2 important dispositionem ⁊ idem est dicere ꝙ relinquo. † Nam verbum volo l3 videat̄ habere dependētiā in futurū: tn̄ prolatū in vltima volūtate q̄ similiter habet dependentiam dispositio-
a nem importat[a] cum profertur cū aliqua determinatiōe vel adiuncto. vt no. in. l. serui electione. in prin. de leg. j. per Bar. ⁊ l. cunctos populos. de summa tri. Sed isti testes dicunt ꝙ dicta dn̄a dixit ꝙ volebat instituere heredē vniuersalē dictū hospitale. ⁊ aliq dicunt ꝙ dixit ꝙ volebat ꝙ dictū hospitale esset eius heres vel sit: qđ verbū esset vel sit est verbū substātiuū ⁊ plus importat ꝙ relinquere vel instituere. argu. eo⁊ que no. in. l. j. C. de sen. que pro eo. ergo sufficit: vt. d. §. propositū. q2 pinde est ac si dixisset instituo vel heres esto quo casu nō esset aliqđ dubiū. ff.
b de here. insti. l. j. §. qui neq3. Preterea verba enūtiatiua prolata principaliter ppter se inducunt dispositionem[b]. l. ex hac scriptura. ff. de dona. potissime in volūtate que fit ad pias causas. ar. C. de testa. mili. l. ex his verbis. ⁊ no. Bar. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. Preterea dicti testes dicūt quātū ad institutionē heredis dicti ꝙ volebat vt dictū hospitale esset heres vniuersalis omniū bono⁊ suo⁊. S3 quātū ad qdā legata retulit se ad quādam scripturam quā fecerat dn̄s Benciuenne super qua dixit habedū consiliū sapientis. Modo dico ꝙ ex hoc apparet eius voluntatē fuisse perfectā quo ad institutionē dicti hospitalis l3 nō fuerit scripta ⁊ valebit vt testamentū nuncupatiuū. Ite3 est pfecta quantū ad illa legata cōtenta in illa cedula ad quam se retulit ⁊ illa valebit vt codicilli. casus est de hoc quasi in terminis. ff. de iure codicil. l. fi. ⁊ istum intellectū habuit glo. quo ad illam. l. in. l. is qui. de testa. quā etiam sequit̄ Dyn̄. ⁊ Bar. in. d. l. fi. dicētes ꝙ qn̄ quis nō intendit facere testamentum in scriptis nūcupatio heredis facta coram testibus v3 vt testamētum nuncupatiuū: ⁊ scriptura in qua continent̄ legata non institutio valet vt codi. Nec ob. si dicatur ꝙ testes ignorabāt contenta in illa cedula ⁊ sic quo ad illa vr̄ nō valere. Nā immo censentur scire vel audiuisse l3 impliciter per. l. asse toto. ff. de here. insti. ⁊ per. l. si ita scripsero. de condi. ⁊ demō. ⁊ qđ ibi no. Bar. Itē nō ob. ꝙ voluit sup illa cedula haberi consiliu3 sapientis: nam ex hoc nō suspendit̄ vel suspensa fuit quo ad voluntatem ⁊ ea que facti erant. Sed solum quo ad solennitatē ⁊ ea q̄ erant iuris. iuxta no. per glo. in. l. illa institutio. ff. de here. insti. ⁊ l. si mādato titij. §. fi. ff. māda. ¶ Qđ aūt ista institutio valeat ⁊ teneat de iure probat̄ quoniā est facta ad pias causas ⁊ pro remedio peccatorum: ⁊ sic nō subijcit̄ regulis iuris ciuilis seu positiui. Sed iuris diuini seu naturalis quo habet̄ ꝙ in ore duorum vel triu3 stet omne verbū. ⁊ in. c. cū esses. ⁊. c. relatū. de testa. Ex quo p3 ꝙ mulieres possunt testificari quoniā illa solennitas ꝙ masculi tm̄ adhibeant̄ i testamētis est de iure ciuili ⁊ positiuo: vt p3 in. d. l. qui testō. §. mulier. de testa. vbi dicit̄ ꝙ mulier regulariter admittitur in teste preterꝙ in testamētis. Sed talis solennitas in testamētis ad pias causas nō requirit̄: vt dictum est: ergo ⁊c. ¶ Preterea in testō facto inter liberos in quo solēnitas iuris remittit̄ mulier pōt esse testis. vt no. C. de testamen. aut. ꝙ sine. ergo ⁊ in facto ad pias cās vbi est eadē rō. Et p hoc patet responsum ad id qđ primo loco dicebatur in contrariu3. ¶ Itē non ob. ꝙ nō fuerūt rogati. Nā ⁊ hec est solēnitas iuris positiui cum de iure naturali sufficiāt testes fortuiti. ff. de testa. l. ad fidem. Preterea hoc tenet expresse Bar. C. de sacrosanc. eccle. l. j. in vltima charta p. d. c. cū esses. ⁊. c. relatum. Nec ob. l. diuus. de testa. mili. q2 ibi loquit̄ in milite testāte in castris cu3 non imminet mortis periculu3: quo casu l3 alie solēnitates videantur sibi remisse: tamē ista ꝙ saltim duo testes rogati adsint non est remissa per. l. illam. secus est in milite qui est in periculo vite: q2 pōt testari qualitercunq3 vult ⁊ pōt ⁊ sufficiunt duo testes fortuiti: immo ⁊ quecūq3 indicia. eo. ti. l. fi. C. e. ti. l. milite in expeditione. sed ista dn̄a erat in articulo mortis ⁊ sic pugnabat cū aduersario pro salute anime. vn̄ non minus erat priuilegiata ꝙ milites qui pugnabāt p republica: q2 magis tenetur quis deo ꝙ reipublice. ⁊ hic est casus in. d. l. j. C. de sacrosan. eccle. fm intellectum Bar. que concedit priuilegium his qui relinquunt pijs locis cum sint in articulo mortis cōstituti: vt ibi colligitur in verbo decedens. Preterea hodie extensum est ad quoscūq3 ⁊ qn̄cunq3 testantes ad pias causas per dicta capitula que procedūt declaratiue. vn̄ nulla dispositio legis humane in 𝔠rium valeret fm qđ plene disputādo tenet Bar. in. d. l. j. circa fi. ex quo patet ꝙ etiam in eo qui non esset in articulo mortis non requirerent̄ testes rogati. Nec ob. l. diuus. q2 ibi in militib⁹ in quibus lex ciuilis potuit relaxare solennitatē in quibusdā ⁊ in alijs non. Sed in relictis ad pias causas nullo modo potest se intromittere. Sed quo ad omnia relinquuntur iuri naturali ⁊ diuino. arg. de cōsti. c. ecclesia sancte Marie Et per hoc p3 rn̄sum ad scđm qđ in 𝔠rium primo loco allegabatur.

¶ Quantum ad quartum quo queritur an potestas istius Chiarmani duret cum lapsus sit annus. Videtur quod non. vt. l. fi. §. sed si quis. C. com. de leg. et quod no. Bar. in. l. j. de lega. j. Sed cete ille. §. loquitur quando ille qui debebat arbitrari fuit in mora arbitrandi: vt patet in verbo supersederit. et sic intelligo quod annus incipiat currere a die quo fuit requisitus vt arbitretur et non ante. ar. ad hoc. ff. quod vi aut clam. l. semp. §. annus. In casu vero nostro non proponitur quod fuerit requisitus: ergo etc. Laus deo.

¶ Consilium. ccccl xx.

1 ¶ Si quis conueniatur actione reali an nominando dominum in iudicio liberetur: et quid in actionibus personalibus.
2 Si conductor procurator laborator et huiusmodi damnum mihi dederint de consensu locatoris vel mandatoris an consequenter possim ab eis: et quid si locator erat directus dominus: et qualiter succurratur facientibus ex mandato.



In christi nomine amen. ¶ Ad primum quesitum videtur dicendum quod predicti non teneantur respondere dicto Minutio postquam episcopus comparuit et vult iudicium suscipere: sed totum iudicium sit agitandum cum procuratore dicti episcopi. vt in. l. ij. C. vbi in rem act. ¶ † Contrarium dico per aut. qua in prouincia. ver. eo autem. C. vbi de crimi. agi opor. vbi casus est de hac. q. secundum positionem casus docto. modernorum. nec ob. l. ij. C. vbi in rem act. quia ibi loquitur in conuento actione reali qui si nominat dominum in iudicio non cogitur iudicium suscipere: sed ipse dominus si veniat suscipit idem in conuento actione personali in rem scripta vbi tenent docto. per. l. locum. §. j. de tabu. exhi. Sed quando quis conuenitur actione personali licitum est nominare dominum seu locatorem in iudicio et datur sibi terminus ad denuntiandum quantum ad hoc vt ipse dominus veniat et instruat conuentum de iuribus et defensionibus suis. ita loquitur. d. aut. qua in prouincia. ver. eo. aut. non vt hic conuentus possit declinare iudicium et ab ipso se eximere: immo tenetur respondere actori siue dominus compareat siue non. ita intelligit ibi Barto. et in. d. l. ij. vbi in rem actio. circa medium. ibi. quo hunc conuentum actione personali etc. Sed in proposito isti damnificantes conueniuntur a Minutio act. personalibus. nam pro eo quod Minutius dicit se damnificatum in vineis et arboribus colligitur act. l. aqui. ff. arbo. fur. ces. l. j. pro eo vero quod agit pro gradibus herbis de pascuis intelligitur actio personalis descendens ex. l. xij. tab. que dicit de pascu. pecoris. ff. de prescri. ver. l. qui seruandarum. l. fi. vel actione in facto subsidiaria. l. aqui. cum consumpti sint fructus maturi ad eum vsum ad quem erant destinati. ff. ad. l. aquil. l. quod occidit. §. si quis alienum. Constat enim quod illa actio vel actio intentata videtur que ex verbis et ex narratione colligi possunt. ff. de libe. et posthu. l. gallus. §. quidam recte. Ex quibus sequitur quod cum isti conuenti sint vel videantur actionibus personalibus pro nominationem ipsius domini: et per ipsius domini episcopi comparitionem non possunt se eximere et liberare a iudicio vel ipsum declinare quominus dicto Minutio teneantur respondere.
¶ Quantum ad secundum videtur quod si constat dicto potestati et vicario dictos conuentos conduxisse a dicto episcopo et de ipsius episcopi mandato et licentia eos fecisse que fecerunt non teneantur dicto Minutio damnificato nec possunt compelli ad emendationem damni vel ad estimationem seu pecuniam que petitur: quia bonafide fecerunt non animo damnificandi vel damnum inferendi dicto Minutio. pro quo videtur glo. ff. de rei ven. di. l. in rem actio. §. penulti. in glo. magna. post medium etc. Et quod ibi not. Barto. qui dicit eam esse notoriam ad excusationem laboratorum. ¶ † Sed in contrarium videtur casus in dicta 2
aut. qua in prouincia. secundum positionem casus vltramontanorum quam tenent nostri doctores vbi expresse dicitur per Pe. et Cy. quod licet procu. laboratores vel conductores mandato domini seu locatoris aliquid fecerunt in re mea bonafide tanquam in re ipsius locatoris: quia ita ipse affirmabat: et ex hoc ego sim damnificatus quod predicti mihi tenentur ad emendam: licet possint a domino vel locatore recuperare qui eos decepit affirmando esse suum quod non erat. Ad idem facit quia ratione mandati non sunt excusati. ff. de vi et vi armata. l. quotiens. §. primo. Item ad idem quia quatenus senserunt vtilitatem ex pascuis dicti

Minutij in pascuando sua animalia debent sibi teneri actio. in facto. ff. si cer. peta. l. si ⁊ me ⁊ titiū. facit qđ no. ff. de agri. ⁊ cē si. l. dñi prediorꝫ. per glo. ⁊ l. excepto. C. loca. per Cy. Ad idem facit: qꝛ licet aliquas de dictis possessionibus recognoscat Minutius a dicto epo: tamen non poterat dictus eps aliqd facere in preiudiciū dicti Minutij: qꝛ ipse Minutius tanꝗ̄ habēs vtile ius prefertur ipsi dño epo intātū ꝙ pro dictis dānis si essent illata ab epo possent ipsum epm conuenire. vt arg. l. j. §. qui in perpe. ff. si ager vecti. fortius ergo pōt ipm epm venientem ad defensionē dictorum laboratorum seu conductorum repellere. argu. ff. de superficie. l. j. §. ius autem.

¶ Concludit̄ ergo ꝙ potestas ⁊ vicarius predicti possunt ⁊ debent dictū dānificantē cōpellere ad emendationē damnoꝝ ⁊ etiam ad estimationē pascuoꝝ quatenus tāgit ipm Minutiū: nō obst. ꝙ tanꝗ̄ cōductores dñi epi vel de ipsius mandato vel licentia fecerint. Et si querat̄ an ab epo possint recuperari: tunc aduertenda est forma locationis facte per epm ex qua pōt cōprehendi an eps specialiter mādauerit de istis possessionibus vel non: ⁊ an fuerit in culpa s̄m ea que no. Bar. in d. auf. qua in prouincia. circa fi. ¶ Ad glo. que est in. l. in rē. §. penul. Respōdetur ꝙ loquitur in actione que datur contra illū qui est in malafide vel aliqd tenet de alieno: nō sumus autem in casu illius. §. qꝛ nec ex malafide nec habet de alieno: ⁊ sic nos loquimur in act. que datur contra eum qui non est in dolo nec in malafide: s̄m ea que not Cy. in. d. auf. qua in prouincia. Itē isti conductores habent de alieno cum senserint vtilitatem ex dictis pascuis vt. s̄. dixi. prima satis videtur ꝙ eis possit imputari dolus si vineas deuastarunt: qꝛ non videtur illud fuisse concessum nomine pascuorum. Laus deo.

¶ Consilium. cccclxxi.

1 ☞ Custos nauis non tenet̄ si ea perit: vel instrumenta ipsius sine culpa custodis vi hostium fuerunt ablata: ⁊ quid si periculum in se suscepisset.

2 Si post deterioratam rem custos apponat manū suam ad eam an videatur cognoscere periculū in se ⁊ sic vt teneatur.



In christi nomine amen.

¶ Viso suprascripto puncto ⁊ consideratis his q̄ in eo narrantur: dicendū est indubitanter dictū Nannē non teneri ad emendam dicte nauis nec instrumentorum eius.

1 † Et hoc ideo: qꝛ perdite sunt sine ipsius Nānis culpa leui vel leuissima: sed casu fortuito: videlicet incursu hostiū ⁊ per vim gentiū armorū aduersus quā vim custodia paruꝫ prodest: ⁊ sic dici non pōt ꝙ de negligentia custodie teneatur ex quo nō proponitur culpā Nānis precessisse. habent casuꝫ. ff. de act. emp. l. si ea res. in prin. cōmo. l. in rebus. ⁊ l. argentū. ⁊ l. si vt certo. §. ꝙ non senectute. Nam ⁊ in cōtractu locationis si res perit casu fortuito non tenetur cōductor eā emendare: sed potius locator tenetur sibi remittere mercedē pro futuro tēpore. ff. loca. l. si qs domū. §. imperator. ⁊ l. ex cōducto. §. si vis. ⁊. §. sed si ager. ⁊ l. sed ⁊ edes. §. si qs eū. ⁊ l. qui insulā. §. j. nisi expresse ⁊ specialiter cōductor talē casum in se receperit[a]. vt. d. l. si qs domū. §. si qs fundū. al's est ꝑn. l. si qs fundū. hic aūt nō recipit Nanes in se istum casum: immo potius cōtrariū actum fuit: videlꝫ ꝙ nō teneretur: ⁊ sic etiā si ex natura cōtractus de tali casu teneretur dictū pactū expressum in cōtrariū factū faceret eum non teneri qꝛ contractus ex cōuentione partiū legē accipiūt[b]. ff. deposi. l. j. §. si conuenerit. Preterea etiā si expresse suscepisset in se periculum non teneretur de casu fortuito absqꝫ sui culpa contingēte: sed requireret̄ saltē leuissima. vt no. ff. si cer. pet. l. si qs nec cām. in gl. sup ꝟbo piculo. opꝫ eīm ꝙ expressa ⁊ specialis fiat mētio de periculo casus fortuiti. iuxta ea que habent̄ in. l. sꝫ ⁊ si qd. §. q̄si tum. ff. si quis cautionibus. Preterea semp res perit ei cuiꝰ est dñium: vt. l. pignus. ⁊ l. que fortuitis. dñium aūt huius nauis erat cōis grosetti: igit̄ sibi soli perit non Nāni qui in nulla cul-

2 la fuisse presupponitur. ¶ † Nec ob. quod allegatur in cōtrarium ꝑ parte dicti cōis: videlicet ꝙ ipse Nannes postꝗ̄ perdita fuerunt instrumenta seu ablata tetigit ipsam nauem: hoc enim non facit eū teneri de casu. qđ patet: nā ex hoc solo ꝙ eā tetigit perdita non est: immo etiā si nō tetigisset eā ꝑdita similiter fuisset: igitur nō tenetur ex quo actus ille tangendi non fuit ordinatus ad hunc casum. ff. ad. l. rhodiā de iactu. l. si vehenda. §. si ea. ꝟ. paulus. de impēsis. l. ⁊ in totū. de statulibe. l. nō oīe. facit. l. si alius. §. nō ⁊ alia. qđ vi aut clam. in fi. deposi. l. si plures. §. fi. de rei ve. itē si verberatū. §. fi. Itē si quis vellet dicere ꝙ ex eo qđ tetigi videt̄ se ad casum astrinxisse: falsum est: qꝛ cū requiratur ꝙ expresse ⁊ specialiter hoc faciat. iuxta not. in. d. §. que situm. talis actus tangendi non facit videri expresse ⁊ specialiter actū. text. est in simi. ff. cōmo. l. si vt certo. §. si de me. in fi. s̄m intellectū Azo. q per glo. ⁊ doct. approbat̄. ¶ Preterea probatur per glo. que est. ff. de legi. l. qđ nō ratione. que dicit ꝙ cōsuetudo que est Bononie: videlicet ꝙ si dñs vini ponat manū ad plaustrū etiā causa iuuandi extunc sit suū periculū est cōtra rationē ⁊ per errorē introducta: ⁊ sic nō extendit̄ ad aliū locū vel ad alia liquamina. Ex quibus cōcludit̄ ꝙ dictus Nānes nō tenetur ad emendā dicte nauis ex hoc solo ꝙ eā tetigit post ablationem instrumentorum nauis: nisi alia consuetudo in contrarium probaretur. Laus deo.

a ¶ Receperit. Sꝫ nunqd vltra expssum obliget̄. vide do. Pet. phi. cor. in consi. xij. inci. lꝫ in littera. C. et. D. in a iiij. parte.

b ¶ Accipiunt. Adde idem per do. Bartho. so- b zi. in consi. clxvij. inci. nō inutilis. ꝟ. postremo. ⁊ in cōsi. cliiij. inci. cōsultationē. circa prin. in secūda parte.

¶ Consilium. cccclxxij.

1 ☞ Habes hic quot requirantur de iure cōmuni vt liceat incipere a captura debitoris. ⁊. 2. ⁊. 3.

2 Statutū permittēs capturā fideiussori anteꝗ̄ soluerit fortius videtur permittere postꝗ̄ soluit. ⁊ hic agit̄ de interp̄tatione statuti Seū. de fideiussorū indēnitate loquētis.

Sumenda est interpretatio per quam euitatur absurditas.

3 Extensio fit in statutis correctiuis de vno casu ad aliū ex idētitate rationis maxime in fauorabilibus.

Citatio nō semp de iure cōmuni requirit̄ in executione sñie.

4 Utrū captura non rite facta conualescat si post captum debitorem constat de debito.



In christi nomine amē.

¶ In causa capture Jacobi pacis facte ad instantiam Andree bonristori de aretio mihi cōmissa cōsulenda per nobilē virū Ludouicū ser Uiuiani de florētia capitaneū ⁊ iudicē appel. ciuitatis Aretij. visis allegationibus hincinde factis: ⁊ quodā solēni cōsilio sup hoc reddito in fauorē dicti capti in ꝑma instātia super eo qđ querit̄ que debeant esse partes dicti dñi capitanei. Uisis actis ⁊ actitatis in vtraqꝫ instātia omissis superfluis duo principaliter occurrūt

1 videnda. † Primū est vtrū viso tenore statuti aretini sub rubrica de fideiussoribus. potuerit incipi a captura dicti Jacobi. Secūdo posito ꝙ potuerit vtrū fuerit necessaria monitio vel citatio de dicto Jacobo anteꝗ̄ caperetur.

¶ Circa primū videt̄ dicendū ꝙ nō: qꝛ dictū statutuꝫ eo casu quo fideiussor soluit ⁊ vult recuperare a principali ꝑmittit ipꝫ capi si fideiussor suspicatus fuerit de ipo: vt ex tenore ipsius patet: qꝛ primo loquit̄ de fideiussore q nondū soluit. vsqꝫ ad ver. itē si aliqs. secundo de illo q iam soluit. s. ab illo ver. j. ⁊ dicta scđa pars subdiuidit̄ in duas. Prima est qñ principalis nō est suspectus: ⁊ tunc nil dicit qđ possit capi. Secunda qñ est suspectus: ⁊ tunc dicit posse capi. s. in ver. itē teneat̄. vnde cū verbis eius sit in dubio deseruiendū. l. j. §. si is qui nauē. de exerci. Et cū permittendo ipm capi vno casu. s. cū est suspectus videatur prohibere alio casu. l. si maritus. C. de procu. ff. de iudi. cū p̄tor. in prin. a cōtrario sensu. ⁊ arg. l. statuliberorū. §. stichū. de leg. ij. non videtur ꝙ possit capi nisi in dicto casu expresso a statuto potissime: qꝛ in ꝓhibitis de iure cōi ꝑmissio in vno casu non extenditur ad aliū casum. C. de appel. l. precipimus. ⁊ qđ not. in auf. quas actiones. de sacrosan. eccle. ⁊ plene per Barto. in. l. si constante. ff. solut. mat. in. j. q. principali. q. vltima. in. v. col. et per Dy. in. c. in argumentū. de reg. iur. Sed capere quē pro debito priuato ⁊ incarcerare ꝓhibitū est nisi postꝗ̄ est condemnatus ⁊ eiꝰ bona nō sufficiūt. vt no. in. l. iij. §. tutores. de suspe. tuto. ⁊ ad. l. iul. pecu. l. cū eo. al's est. §. sꝫ iste Jacobus nec erat condemnatus nec fuit captus vt suspectus: qꝛ oportuisset hoc narrare iudici. l. hec aūt. ff. quibꝰ ex causis in pos. eatur. ibi. cōstare liquereqꝫ ⁊c. ⁊ etiā iurare ipm suspectū sicut cū petit quis se immitti in possessione bonorū: qꝛ dꝫ saltim per iuramentum fidē facere de causa quā alleg. vt not. in. l. cū ꝓponas. C. de bo. auto. iudi. pos. Et etiā debet causa suspitionis supuenisse post debitū cōtractū: al's nō prodest. l. qui bona. §. de illo. ff. de dā. infe. C. de spon. l. fi. ff. vt in pos. lega. si is a quo. §. fi. cum. l. seq. de priui. credi. l. si creditores. ⁊ expresse per Bart. in. l. ait p̄tor. §. si debitorē. ff. que in frau. credi. Debet enim hoc statutū duꝫ loquitur de debitore suspecto intelligi s̄m ius cōmune. C. de noxa. l. iij. ⁊ qđ not. glo. in. l. fi. §. in cōputatione. in fi. magne glo. C. de iure deliberan. Sed de iure cōi oīa p̄dicta sunt necessaria: vt ex predictis iuribꝰ pꝫ: quoꝝ nullū hic interuenit: ⁊ sic nō pōt dici captus vt suspectus: per consequens nec s̄m permissionem statuti: igitur ⁊c.

¶ Circa secundū videtur ꝙ etiā si a captura potuerit incipi debuerit precedere monitio: videlicet ꝙ solueret. ff. de seruitu. vrba. predio. l. quidā hyberus. ⁊ etiā cōminatio: videlicet ꝙ nisi soluerit capietur. ff. de admini. tuto. l. tutor qui repertoriuꝫ. §. si deponi. Et etiā citatio. s. ꝙ veniat ad dicendum causam quare non debeat contra ipsum decerni captura. arg. ff. de re mili. l. iij. §. si ad diem. sicut qñ fit executio sententie sup alia re ꝗ̄ illa que est in obligatione. vt plene not. Barto. in. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. ⁊. C. vñ vi. l. meminerint. ⁊ Bal.

de iuris

de iuris z fac.igno.l.j.z ibi allegat Inno.idem tenentem. Cō-
stat autem personam istius Iacobi nō esse in obligatione:licet
sit obligata:quia ista sunt diuersa.ff.de stipu.seruo.l.ij.vbi col-
ligitur de his oibus q̄ requirerētur anteꝙ̄ ꝓcederetur ad hanc
capturam. et tex.C.de epis.z cle.l.si quis curialis.in verbo con-
uentione premissa zc.z ibi expresse per Bald.qui determinat ꝑ
illum tex.ꝙ qñ captura fit pro executiōe sententie vel instrumē
a ti debet precedere citatio[a]:non sic quando fieret ratione suspi-
b tionis[b] z sic potius pro cautela z securitate:quia tūc non debet
precedere citatio ne fuga instruatnr.ff.de reqni.reis.l.fi.in fi.z
no.Iaco.but.z Bal.post eum in.l.consentaneum.C.quomō z
quando iudex.z per eundem Bal.in.l.ij.C.de seruis fugi.post
princ.Hic autem non fuit facta ratione suspitionis:vt.s̄.dixi.
sed pro executiōe:scilicet vt solueret:ideo si valeret captura nō
deberet relaxari nisi solueret:sed si esset facta ratione suspitio-
nis relaxaretur prestita securitate.l.pecunie.§.fi.ff.vt ī pos.leg.
¶ Igitur ex predictis videtur dicta captura duplici ratione
vel causa fore nulla.

¶ His tñ nō obstātibus in vtroqꝫ passu dico ꝯ̄triū cuius rei gra
tia notādū ꝙ p̄dicta viderenẗ vera prima facie:si statutum p̄di
ctū sub rubrica de fideiussoribus diuidereẗ mō quo.s̄.dixi:vꝫ ꝙ
primo ꝓuideret fideiussoribus q nondū soluissent. vsqꝫ ad ver.
item si aliqs fideiussor soluerit zc.postea illis qui soluissent.nā
esset sensus ꝙ illis q soluissent non prouideretur nisi in casu su-
spitionis:quia ille ver.item si aliquis.respiceret sequentia non
precedentia. Sed ista diuisio non est bona. Primo quia ex ea se
queretur absonus intellectus z redderetur statutum irrationa-
bile.cōtra.c.erit autem.iiij.di.eo quia pinguius z latius proui
deret fideiussori anteꝙ̄ solueret ꝙ̄ post. Nam primo casu etiam
si non habeat debitorem suspectum potest facere ipsum capi ſꝫ
tenorem prime partis statuti. Scd̄o nō posset nisi quando esset
2 suspectus qd̄ est ꝯtra oēm rationem† cum dictum statutū inten
dat prouidere indēnitati fideiussoris. Sed ipse plus indiget ꝓ-
uisione statuti postꝙ̄ soluit ꝙ̄ ante:ergo plus debuissent sibi ꝓ-
uideri ad similitudinē iuris cōis qd̄ plus prouidet postꝙ̄ soluit
ꝙ̄ ante:vt ptꝫ ex his que habentur.C.manda.si pro ea.ff.eo.lu-
cius.sed hic fieret econtra. ¶ Preterea propter qd̄ vnūquodqꝫ
z illud magis.vt in aut.multomagis.C.de sac.san.eccle. Sed
ꝓuisio anteꝙ̄ soluat fit ne soluere cogatur:igitur si soluit plus
sibi faueri debet. Nam vbi maius dānum vel periculum zc.ff.
ad carbo.l.j.§.sed z qs. Scd̄o non est bona dicta diuisio:quia re
sultaret superfluitas in statuto:eo quia ī scd̄a parte vbi tractat
de illis qui soluerunt repeteret etiam de illis qui non soluerūt:
vt pꝫ in ver.itē teneatur.ibi.donec soluerit vel traxerit de obli-
gatione zc.qd̄ non est dicendū cū etiam vna syllaba non debeat
vacare si fieri pōt.ff.qd̄ me.cā.l.j.z ibi no. Et vere si sic diuidere
tur videretur dictū statutū factum ab hominibus imperitis qd̄
non dicendū:cū ad talia soleant eligi peritiores:vt pꝫ in probe-
mijs.C.institutionū z digestorum. ¶ Dico ergo ꝙ debet aliter
diuidi z cessabunt supradicta incōueniētia z omnia erunt pla-
na:vꝫ vt primo prouideat fideiussoribus quando non babent
debitorem suspectum de fuga:vꝫ vt si nondū soluerunt possint
post certos terminos cogere debitorem ad extrahendum ipsum
ab obligatione z aliquādo statim. Si vero soluerūt ad restituē-
dum.z boc vsqꝫ ad ver.item teneatur. ¶ Scd̄o prouidet eisdeꝫ
eo casu quo babent debitorem suspectū de fuga:z tunc indistin-
cte z non seruato aliquo termino de predictis possit facere ipsuꝫ
capi z cogi ad extrabendum de obligatione si nondum solue-
runt vel ad restituendū si soluerunt. Et sic sunt due partes prin-
cipales quarum quelibet prouidet in duobus casibus.s.quādo
fideiussor nondum soluit:item quando soluit. Fuit auteꝫ vtilis
secūda pars statuti que incipit.in ver.item teneatur.qꝛ propter
ea que dixerat in prima parte videbatur ꝙ etiam qñ fideiussor
habet debitorem suspectū non posset facere ipsum capi:nisi post
terminū cōtentū in instrumento:vel post sex menses ſm qd̄ dixe
rat in prima pte:qd̄ remouet z ꝑmittit indistincte ꝙ possit face-
re ipm capi z detineri quousqꝫ soluerit vel extraxerit de obliga
tione:z sic prouidet vt dixi:hec secunda pars in duobus casi-
bus.s.cum fideiussor soluit:vt colligitur ex verbo soluerit. z qñ
nondum soluerit:vt colligitur ex verbo traxerit de obligatione
zc. Et similiter prima pars q̄ durat vsqꝫ ad ver.item teneatur.
primo prouidet illis qui non soluerūt vsqꝫ ibi.item si aliquis.
scd̄o illis q soluerūt. Et ſm hoc ille ver.item si aliquis.respicit
ꝑcedentia non sequentia. Et ꝑ ꝯ̄ñs dꝫ a p̄cedentibus declarari
z determinari non a sequentibus. Et ex hoc sequitur ꝙ dum in
illo versi.dꝛ ꝙ teneatur ille pro quo fideiusserit cōseruare eum z
eius heredes indēnes.debet intelligi.s.modo quo dictum est.s̄.
s.faciendo ipsum capi personaliter:z qualibet die z quolibet lo
co.ista enim omnia intelliguntur repetita:qꝛ conueniunt huic
casui quando soluit sicut casui quando non soluit:non autē in-
telligitur facta repetitio terminoruꝫ de quibus.s̄.quia illa nō
conuenit:z ideo statim z ad suam voluntatem postꝙ̄ soluit face
re hoc potest. Facit qd̄ in simi.no. glosella de illis que possunt
adaptari vt intelligantur repetita non alia.C.de transac.si ex
falsis.in glosella antepe. Facit etiam.l.j.§.j.in fi.ff.ad legē fal.
Non ergo ille qui soluit potest facere capi debitorem solum eo
casu quo habet eum suspectum vt dicitur in sequenti particula
statuti:z ſm qd̄ innuit prima diuisio quā supra reprobaui : sed
etiā qñ non babet eum suspectum vt dicitur in principio:z ſm
qd̄ innuit secūda diuisio ne sequatur incōueniens de quo.s̄. sci-
licet ꝙ pinguius prouiderit vbi de minori preiudicio tractatur
ꝙ̄ vbi de maiori.ꝙ autem ille ver.item si aliquis debeat supple
ri ex precedentibus:cum quibus coniūgitur patet in.l.quā alle
gat cōsultor pro altera parte: scꝫ.ff.de publi.l.j.§.j. Nā sicut ibi
verba illa.iudicium dabo. posita in sequēti oratione adiuncta
per dictionem item:quia non dicūtur qualiter z quomodo sup
plentur per precedentia.s.in duplum infra annū z post annum
in simplum:vt ibi no.ita hic cū ille ver.dicat ꝙ qñ fideiussor so-
luit teneatur ille pro quo fideiussit cōseruare ipsum indēnē z nō
declarat qualiter vel quomodo debet intelligi ſm p̄cedentia.s.
vt possit cogi realiter z ꝑsonaliter ad voluntatem fideiussoris z
ꝙ detineri possit zc.aľs nibil operaretur ille ver.quia etiam si-
ne dicto statuto tenetur de iure cōmuni conseruare indēnem:vt
in toto titu.ff.z.C.manda.qd̄ non est dicendum.ff.ad muni.l.
j.in fi.cum ibi no.

¶ Potuit ergo incipi a captura licet non fuerit allegatus su-
spectus z licet non esset condēnatus nec facta excussio bonorum
suorum propter dictum statutum ꝙ aľs non licuisset:z hoc ꝙ̄tū
ad primum.ꝙ autem non requiratur monitio vel citatio patet
ex pluribus.

¶ Primo quia statutum p̄dictum vult ꝙ non requiratnr cita-
tio quando fit fides iudici de obligatione z fideiussione.ad hoc
enim referūtur illa verba etiam nulla citatione facta zc.qd̄ ptꝫ:
quia non stant in oratione de per se:sed veniūt qualificatiue ad
precedentia:igitur referuntur ad proxima dūtaxat:z sic ad illa
verba facta fide zc.l.filium.in prin.z qd̄ ibi no.ff.quando di.le-
ga.ced.z per Bar.de reb.dub.l.fi. Si ergo non requirit citatio-
nem in hoc actu a quo dependet captura forte ne fuga instruaẗ.
l.fi.in fi.ff.de req̄.reis.multominus cum captura decernitur:qꝛ
in hoc maior viget dicta ratio.ff.de fonte.l.j. Item quia citatio
potius videbaẗ expediens cū fides fit iudici de debito vt decer-
natur captura.s.vt posset cōtradicere z suas defensiones facere
ne decernatur ꝙ̄ cum decernitur. Non enim ad alium finem vi-
detur expediens nisi vt suas defensiones posset facere:z iste veni
rent fiende cum fides fit iudici z petitur captura decerni nō post
ꝙ̄ iudex deliberauit decerni. Ex quo igitur statutū disponit ꝙ
in illo actu in quo dicte defensiones erant fiende non sit necessa
ria citatio:ergo fortiꝰ in actu cū decerniẗ captura in qua non est
tēpus defensionis z ꝯ̄dictionis fiende sed executionis.
3 ¶ † Nec ob.ꝙ in statutis correctiuis non fit extensio de vno ca
su ad alterum:quia verum est ꝑ similitudinem rōnis:ita loq̄tur
glo.in aut.quas actiones.relata ad tex. Nam alius est fauor pu
blicus:alius fauor ecclesiasticus seu pius licet sint similes. Sed
per identitatē rationis bene fit:vt patet in.l.fi.in prin.C.de in-
dic.vidui.facit.ff.ad mace.l.filiū.hoc maxime ī fauorabilibus.
l.illud.in fi.C.de sacrosanc.eccle.

¶ Scd̄o pꝫ qꝛ ꝑmittit capi etiam diebus feriatis:ergo citatio
non requiritur:qꝛ non fit nisi vt quis veniat ad se defendendū.
l.de vno quoqꝫ.de re iudi. Sed illis diebus nō fiunt actus iudi
ciarij quibus zc.

¶ Item tertio probatur vtrunqꝫ dictum.s.ꝙ potuerit incipi
a captura z ꝙ citatio nō requirebatur in fine dicti statuti q vult
ꝙ cōtra talem possit ꝓcedi:sicut si esset obligatus per instrumē-
tum guarentigie: iuncto alio statuto de executione instrumēto
rum guarētigie qd̄ vult vt incontinenti viso instrumento gua-
rētigie debitor capiatur z carceretur quando instrumentum nō
habet temiuū:z sic nō req̄rit aliam discussionem:z ꝑ ꝯ̄ñs nec ci
tationē q̄ ad nihil aliud fit. ¶ Sic ergo nō ob.allegata ī cōtra-
rium:qꝛ ꝓcedūt de iure cōi:z vbi aliud ꝑ statutū nō disponitur.
Quod autem ꝑ statutū boc fieri possit:pꝫ:qꝛ id potest fieri ꝑ sta
tutuꝫ quo ad statuentes qd̄ per ius cōe quo ad oēs:vt.l.oēs po
puli.de iusti.z iure. Sed ꝑ ius cōe in multis casibus disponitur
non esse necessariam citationem potissime in actibus non inferē
tibus plenū z totale p̄iudicium.iuxta no.ff.de bono.pos.l.iij.§.
cā cognita.ꝑ glo.z per bal.C. qui admit.ad bono.pos.l.j.facit
l.recusa.in prin.ff.ad trebel.de fideicō.liber.l. si euꝫ.§.fi. Et in
ꝓprijs terminis.s.cum cōmittitur captura cōtra suspectum nō
requiriẗ de iure cōi citatio:vt pꝫ ex no.ꝑ bal.in.d.l.ait p̄tor.§.si
debitorem.q̄ in frau.credi.z ꝑ Iaco.but.z bal.in.l.cōsentaneū.
C.quō z qñ iudex.sicut ergo ꝓpter suspitionē pōt ius cōe dispē

a ¶ Citatio. Ui de Bal.in consi. clxxxvj.i.ij.pte.

b ¶ Suspitionis. Quot aūt requiraẗ vt captura fieri possit. vide bal.ī ꝯsi.clxxviij.in.ij. parte. z oino in cōsilio cccxviij.in.iiij.ꝑte.z vide ad materiam eādem q̄ habentur per eū dē Pau.in cōsi. seq.

fare: vt nō requiratur citatio: ita ꝛ ꝑpter aliā cām. vñ ꝛ ni execu tione snie nō semper de iure cōi requirit̄ citatio: vt no. bar. i. l. a diuo pio. §. in vēditione. ff. de re iudi. Sicut ergo pōt ius cōe ita ꝛ statutū tollere in cā capture citationē: qꝛ nō affert plenū p̄iu diciū cū post eā factā discutiat̄ de iuribus ptiū ꝛ reuocet̄ si male facta est: ergo ꝛc. ¶ † Postremo etiā si nō rite facta fuisset dicta captura eo nō citato si tñ cōstat de debito: qꝛ captus confitetur vel alio modo apparet debet sustineri. ff. qđ metus causa. l. fin. §. fin. Nam ꝛ in causa possessoꝝ recuperande: licet spoliatus sit ante omnia restituendus: tamen si de proprietate manifeste cō stat qđ pertinet ad spoliantem videtur deneganda restitutio: vt pꝫ in. c. cū ecclesia. de cā pos. ꝛ ꝑprie. ꝛ. c. cū sup. de resti. spo. ad decimas. lib. vi. ita hic deneganda est restitutio in pristinam libertatem si de debito constat ex quo poterat capi posito ꝙ req ratur citatio ꝛ non interuenit. ¶ Ex quibus concluditur dictū captū nō fore relaxandum.

¶ Et ita de iure dicēdū videt̄ mihi paulo de castro vtriusqꝫ iu ris doc. ꝛ ad fidem me subscripsi ꝛ sigillaui. Laus deo.

¶ Consilium. cccclxxiij.

1 ¶ Agitur etiā hic de captura debitoꝝ: ꝛ principaliter vtrū ꝓbatio debiti fieri possit per iuramentum. ꝛ ɔcludit ꝙ sic: quia non fit plenū p̄iudiciū debitori sed tantū vt caueat.

Quas cās debeat creditor narrare iudici vt captura concedat̄.

2 In terris ecclesie iudex q̄ cognoscit ī cā laicali: in foro seculari que statuta debeat obseruare.

In christi nomine amen.

¶ Pro pleniori examine eius de quo queritur sunt tria videnda. ¶ Primū est q̄ sunt narranda iudici cū postulat̄ ab eo captura de aliquo tanꝙ de suspecto ꝛ fugiti uo. ¶ Scđm est qualiter de illis sit fienda fides iudici. ¶ Ter tiū est an ī causa nr̄a fuerint obseruata que obseruari debuerūt tam in narrando ꝙ in fidem faciendo.

¶ † Circa primū dicēdū est ꝙ tria[a]. s. debitū: sicut qñ petit̄ im missio ī bonis. C. de bo. auc. iu. pos. auc. ei qui. circa fi. ibi. iuxta mēsurā debiti ꝛc. Nā eqparant̄ missio ī bonis ꝛ ī psona: sicut eñ prima tollit̄ p̄stita cautiōe de iudicio sisti: vt eadē auc. circa fi. de p̄scrip. xxx. an. fi qs emptiōis. §. sed si qs. vt lit. non cōte. qñ fre quēter. §. sunt ꝛ alij. ita ꝛ scđa. ff. q̄ satis. cog. l. si fideiussor. §. fi. ¶ Scđo requiritur ꝙ allegetur cā suspitiōis: nō enim sufficit dicere: habeo talem debitorē suspectum: sed dꝫ dicere ꝑpter qđ seu ꝑpter quā cām hꝫ. ff. de ꝓcur. l. itē si suspectū. in ter. ꝛ glo. et ar. de trāsa. cū hi. §. in cause. C. de ꝓdi. curi. l. j. lib. x. Et hoc vo luit dicere bal. C. de iudi. l. apertissimi. circa fi. l. secus in herede rogato de restituendo. l. qꝛ poterat. ff. ad treb. ꝛ etiam qñ recusa tur iudex vt suspectus de iure ciuili: vt ibi no. Sed de iure cañ. est idē. de appel. c. cū spāli. ꝛ no. i. d. l. aptissimi. sed alia rō est in dictis causis vt pꝫ recte intuētibus. ¶ Hec aūt cā potest esse du plex: vel qꝛ debitor nō possidet imobilia vel nō ad sufficientiā. Nam etiam si nō instat p̄sens fuga nec aliqua signa de fuga ap pareant: tñ hoc solū ꝙ nō possidet imobilia ad sufficientiā red dit eū suspectū: vt tꝫ glo. in. d. l. si fideiussor. qđ est intelligenduꝫ q̄tum ad hoc vt iudex ad partis instātiam facta sibi de hoc fide possit si velit facere debitorem capi ꝛ detineri quousqꝫ caueat de stando iuri: non autem vt cogatur si nolit. vnde si denegauit al legata instans fuga non sufficit. ꝛ hoc ꝓbatur in. d. §. fi. ibi duꝫ dicit. si iudici sederit ꝛc. sic remittit ī eius arbitrio: ergo ꝛc. ff. de iudi. nō qcqđ. C. quō ꝛ qñ iud. l. j. ¶ Scđa causa est instans fu ga qñ allegant̄ de ipsa aliqua signa vel indicia[b]. Et tunc iudex tenetur facere eū capi: ꝛ cōcedere familiā: al's tenet̄ in sindicatu. ꝛ hoc est qđ voluit Dy. ꝛ Bar. in. l. ait ptor. §. si debitorem. ff. q̄ in frau. credi. facit qđ idē bar. no. in simili in. l. cōsentaneuꝫ. C. quō ꝛ qñ iu. Est alia differentia īter casus ꝓdictos: quia quādo nō allegant̄ signa īstātis fuge: sed solū carētia imobiliū nō pōt cōcedi vt capiat̄ die feriata ī honorē dei. C. de feri. l. dies festos. ibi. nulla fideiussionis ꝛc. sicut est qñ allegat̄ instans fuga sic dꝫ intelligi glo. ibi posita. ¶ Tertio requiritur vt alleget dictam causam suspitionis supuenisse de nouo post debitum ɔctum vel saltim ad notitiam qđ tātūdē vꝫ. ff. de cōfir. tuto. l. in cōfirman do. ꝛ. l. vtilitatē. extra de excep. pastoralis. de testi. p̄ntium. Si enim cā subsistebat tpe debiti ɔcti ꝛ creditor eā sciebat sibi ipu tet: qꝛ videt̄ p̄sonā approbare. ff. de dā. infec. l. qui bona. §. de il lo. vt in pos. leg. l. si is a quo. in fi. C. de spōsa. l. fi. de priui. credi. si creditores. ꝛ in qualibet earum no. p bar. ꝛ p eundem in. d. §. si debitorem. in. l. ait pretor. Hoc autem ꝓcedit qñ debitū ꝓuenit ex contractu vel ex consensu creditoris: tunc eñ est quid impute tur ei si sciuit cām suspitionis subesse ꝛ ɔrit. Si vero preter eius voluntatem vt multotiens cōtingit: puta ex delicto vel quasi: vel ex quasi ɔctu. l. si is qui. in fi. ff. cōmo. tunc non est quid pos sit creditori imputari: ꝛ ideo etiam si causa subsistebat tempore debiti contracti ꝛ creditor eam nesciebat non prohibetur face re capi: quia personam eius nunꝙ approbauit cum preter eius voluntatem ꝛ cōsensum ille inciderit in obligationem. vñ ces sante cā ꝑpter quā ꝓhibet̄ cessat ꝓhibitio. l. adigere. §. quāuis. de iurepatro. Et hoc est vtile ꝑpter casum nostrum: vt dicam. j. in tertio articulo.

¶ Secūdus articulus qualiter de predictis sic narratis debet fieri fides iudici[c]. Circa qđ notandū ꝙ ad talē fidē faciendā nō habet actor necesse facere debitorē citari ne fuga eius instruat̄. arg. ff. de reg. reis. l. fi. ꝛ no. per Jaco. bu. ꝛ bal. in. l. cōsentaneū. C. quō ꝛ qñ iu. ꝛ sic parte absente ꝛ nō citata potest fieri dicta fi des. l. sed ꝛ si interpellatur. §. j. ff. de arbi. ꝛ bar. in. d. §. si debito rem. ibi. sed q̄ro istud qualiter ꝛc. Ex quo sequitur ꝙ talis fides dicitur summarie fieri: qꝛ nō pōt p̄iudiciū pti nō p̄senti nec cita te afferre. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re iud. ꝛ si per vim vel alio modo. l. fi. vñ etiā si diceremus reqri sufficientem numerum testiū vel instrumentū ad probationem diceret̄ summaria cognitio: vt pꝫ ex no. per glos. ꝛ doc. in. l. fulcinius. §. cum aūt. q. ex cau. in pos. ea. ꝛ plenius per Bar. in extrauagā. ad reprimē. super verbo sum marie. in. iij. col. ibi. predicta verba. ibi. cōtra p̄sentem ꝛc. ¶ Ex his sequitur rn̄sio ad duo. Primo que probatio requiratur an per testes: vel an sufficiat iuramentum. Et videtur ꝙ saltim per vnum testem: quia requiritur semiplena probatio: vt dicunt q̄ dam. p no. in. c. fi. de succes. ab intest. Sed ista allegatio non cō cludit: qꝛ etiā per iuramentum fit semiplena probatio: vt pꝫ ex his que habentur in. l. in bonefidei. C. de iureiurā. ꝛ. ff. eo. l. ad monendi. Dicēdum est ergo ꝙ de oibus supradictis sufficit fa cere fidē p iuramentū[d] de iure cōi per ratione de qua. s. quia cū dicta probatio quasi nullum afferat p̄iudicium capto sup debi to principali. qđ pꝫ: quia p̄stita satisdatione de stando iuri rela xatur: ꝛ nisi actor postea ordinarie agendo probet debitum ꝛ fa ciat illum cōdēnari nullum dānū patiet̄: igitur sufficit iuramē tum sicut in missione q̄ fit ex primo decreto: vt no. in. l. cū propo nas. ꝛ auc. ibi posita. ꝛ in corpore vñ sumitur. C. de bo. auc. iud. possi. ꝛ per bar. in. d. extrauag. sup v̄bo summarie. ꝛ. C. de iudi. l. iudices. ꝛ. ff. de p̄to. stip. l. j. §. qđ si fit aliqua. per. l. thesaurus. ff. ad exhi. ꝛ hoc tenent Moderni in. l. carcerem. C. de exac. tri bu. Et pꝫ per rōnem: qꝛ si exigeret̄ probatio per testes vel instru menta posset fugā arripere. l. argētarius. §. cū autē. ff. de eden. vnde non plene prouideret̄ qđ nō ē dicendū. vñ tp̄s non patitur plene deliberandi cōsiliū. l. j. in p̄in. ff. de exerci. ¶ Preterea non plus potest deduci ad fidem iudex per productionē vni⁹ te stis parte non citata ꝙ per iuramentum actoris cum plura pos sint opponi contra testem ꝙ contra iuramentum: qđ non nisi ex magna cā retractatur. l. videamus. ante fi. ff. de in lit. iurā. ꝛ no. in. d. l. admonendi. ergo ꝛc. Et ita seruat totus mundus. Sꝫ ex forma statuti Anconitañ. clarissimum est. Nam primo de causa suspitionis puta ꝙ non possideat imobilia disponit expresse in v̄si. ꝛ de hoc an possideat imobile ꝛc. ꝙ sufficiat iuramētum. si militer est dicendum de primo. s. q̄sito: vꝫ ꝙ dicta causa seu ca rētia bonoꝝ qđ superuenit post debitum ɔctum vt debeat stari cum iuramento: qꝛ qđ nunc est de ipsa cuꝫ suspitionis idem esse debet de omni alia q̄ ipsam cām suspitionis cōtingat: qꝛ tanꝙ accessoria iudicatur ſm principalem. arg. ad hoc que not. in. l. iij. ff. de ali. leg. per bar. ante fi. per. l. cum hi. ff. de transa. Esset enim absurdum ꝙ sufficeret iuramentum super causa suspitio nis ꝛ super tempore quo dicta causa orta sit non sufficeret. ar. l. qđ per manus. de iure codi. Super debito vero ꝙ sufficiat iura mentum ad ipsum probandum ꝛ fidē de ipso faciendam iudici non dicitur in dicto statuto exp̄sse: sed satis ex eo potest colligi: quia dicitur ꝙ si captus non pōt satisdare debeat capi faciens infra decē dies probare suā intētioneꝫ. Et sic post capturam req rit fieri cōsuetas probationes. In cōmissione ergo capture vide tur velle sufficere iuramentū p precedētia v̄ba dum dicit negās debitum pro quo iurata est suspitio ꝛc. Nam illud verbum iura ta potest ad vtrūqꝫ referri. s. ad verbum debitum ꝛ ad verbum suspecta. Et posito ꝙ ex statuto ꝓdicto non colligeretur remane remus in dispositione iuris ſm quā sufficit iuramentum: vt. s. dixi. l. cum dotem. in p̄in. ff. solu. matri. de condi. ob causam. si extraneus. ¶ Nec ob. qđ no. bal. in. l. apertissimi. in fi. C. de iu di. qui videtur velle ꝙ non sufficiat iuramentum nisi super su spitione fuge. Postꝙ de causa vel alijs fuerit summatim facta fides: quia ipse aliquantulum imperfecte ꝛ inepte loquitur: et noluit dicere nisi illud qđ. s. dixi: vꝫ ꝙ non sufficeret solum iura mentum ꝙ habet talem suspectuꝫ de fuga non allegata aliqua causa propter quā sic suspicetur: sed debet eam allegare ꝛ de ipa fidem facere puta ꝙ non possideat imobilia quod ego intelligo etiam per iuramentum per rationes. s. allegatas. Et si dicatur si sufficit iuramentum super debito ꝛ super causa suspitionis ad quid vlterius requiritur iuramentum super ipsa suspitione qđ ipse Bal.

---

a ¶ Qđ tria. Ui de qđ. s. dictum 4 fuit in precedēti cōsi. p eūdē pau. et p me i'apostil. hic adde.

Additio

b ¶ Signa vel indicia, Adde Ang. p glo. ibi ī l. pignoris causa. C. de pig. ac. vbi sing. dixit ꝙ debitor fugitiu⁹ pōt capi a credi tore ꝛ duci ad iu dicem: necuꝫ qñ ipse debitor est ī fuga: sꝫ etiā si nō est ī fuga: sꝫ sunt aliq̄ signa euidē tia qual'vult au fugere. Et qđ si debitor fugiens sit cleric⁹ an pos sit capi a credito re laico sine icur su excōicatiōis. dic ꝙ sic ſm In noce. in. c. vt fa me. de sentē. ex com. ꝛ de mate ria capture debi toris fugitiui vi de late p Sozi. ī ɔsi. cxiij. ſm ordi nē meū. incipiē. qm̄ ī cā capture. in. iij. vol. ꝛ p Lu do. ro. consi. ccc xx. icip. Nec isto rum gnqꝫ captu ra facta. M. S.

c ¶ Judici. Que autē fides iudici fienda sit. Uide bal. in ɔsi. 338. ꝛ in ɔsi. ccc xviij. ꝛ in cōsilio cclxxiij. in. iij. parte.

d ¶ Per iuramē tum. Uide bald. ɔriuꝫ tenentē in eius ɔsi. cclxxxv. in. j. pte. ꝛ qs di catur fugitiuus. Uide per euꝫ in cōsi. ccl. ea. pte. ꝛ in cōsi. cclxxxij. in. v. parte. sed ab extra quero. nūqd qs teneat̄ iudicare ꝛ ꝓdere debitorem volē tē fugere credito ribus. vide p euꝫ in. d. ɔsi. 332.

ipse Bal. videt requirere: vt ex eius verbis pꝫ: cũ ꝓbata cã suspitionis. s. ꝙ imobilia non possideat eoipso sit probata suspitio: vt pꝫ ex no. per glo. in. d. l. si fideiussor. §. fi. qui satisda. cog. Rñdeo si allegaretur instans fuga ad hoc vt iudex cogatur dare familiam. Nam deberet duo iurare. s. ꝙ immobilia non possidet ⁊ ꝙ suspicatur ipsum de proximo recessurũ: nec sufficeret primũ ad artandum iudicem velvt fieret die feriata: vt. s̄. dixi. sed si iudex sponte vult cõcedere sufficeret iuramentum primũ. per glo. d. l. si fideiussor. §. fi. Similiter in alio loquitur Bal. impfecte: qꝛ dicit ꝙ captura debet cõmitti pro debito liquido nõ ꝑ incerto. qđ est verum qñ fieret vt solueret: sed qñ fit vt satisdet de stando iuri: non est verum illud dictum: quia tunc semp fit ꝑ incerto debito: ⁊ ita colligitur ex iuribus ⁊ rõnibus que ⁊ quas ipse allegat si bene inspiciatur: alˀs non posset capi qs vt suspectus nisi portaretur sententia diffinitiua coraꝫ iudice vel instrumentum habentem vim sententie: puta guarẽtigie qđ est ridiculum. ⁊ pro ista differentia inter capturã q̃ fit pro executione ⁊ vt qs soluat ⁊ illa que fit ꝑ suspitionẽ vt caueat. facit qđ idẽ Bal. no. in. l. si quis curialis. C. de episco. ⁊ cle. ⁊ Bal. in. l. si pecuniã. §. fi. vt in pos. le. ff. ¶ Concludit ergo tã de iure cõi ꝙ ex forma dicti statuti sufficere fidem fieri de omnibus. s̄. narratis ꝑ iuramẽtum impetrantis capturã. Scđo ex predictis sequitur rñsio ad aliud. s. ꝙ non requirebatur iudicem sedere ꝓ tribunali tempore cõcesse licentie cum actus modicã cause cognitionem reqrat: ⁊ sic fieri potuit in camera iudicis. l. voluit. ff. de inter. act. ⁊ l. ij. §. dies. ff. qs or. in bo. pos. ser. ⁊ qđ no. Bar. in. l. a ꝓcedente. C. de dila. de prima dilatione.

¶ Nunc super tertio articulo vidẽdum est an in casu nr̃o dictus capi faciens fecerit omnia que sibi incũbebant ꝺm iaꝫ dicta. Et sine dubio dicendum est ꝙ sic. primo quãtum ad narrationem: qꝛ narrauit debitum in pluribus summis ⁊ ex diuersis causis. Itẽ narrauit cãm suspitiõis. s. quia nõ possidebat immobilia. Item quãtum ad summã mutuatam narrauit cãm superueniẽtem saltim ad notitiam. Itẽ ꝙ etiam alia duo debita supueniẽtia inter eosdem. s. de pecunia recepta ex venditione illarum cẽtum salmarũ frumẽti sibi restitui ⁊ etiam. ccc. flor. de Aragona pro vectura equorũ ⁊ stipẽdiarioꝝ: q̃ pecunia ꝑuenit ad manus illius. Modo reddit de eis rõnem ⁊ fuerunt hec vltima debita ꝯcta post primũ cõtractũ mutui. vñ bene ꝓbẽt iustã cãm capture pro illo tanꝙ cã supueniens. Itẽ fuerunt ꝯctus sine consensu ⁊ voluntate Angeli cuius est nauis: ⁊ sic non cẽsetur personam illius in hoc approbasse. vñ potuit pro eis impetrari captura: licet alia cã de nouo nõ supuenerit ꝺm ea que. s̄. dixi in primo articulo. ¶ Probauit etiaꝫ ⁊ fidẽ fecit de oĩbus tempore capture per iuramentum ⁊c. Nec ob. ꝙ statutum requirit vt fiat ad instãtiã creditoris. Nam requirit ꝙ sit creditor ille qui capi facit: et hoc fateor. Nam si postea plene non appareret de debito relaxaretur tanꝙ obreptitie. d. l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. Nõ autem requirit ꝙ fidem plenam fecerit de debito tempore impetrate capture: quia nec fieri posset cum vt dixi parte absente ⁊ non citata fieri debeat tantum sufficit narrasse se creditorem ⁊ causas ex quibus erat creditor: ⁊ sic iurasse quãtum ad cõcedendaꝫ capturam sicut quãtũ ad cõcedendum iurisditionem: licet non sufficeret quãtũ ad cõdẽnationem que plenũ ꝑiudicium affert: vt pꝫ in. l. cum q̃dã. in fi. ff. de iurisdi. om. iu. ⁊ quod no. in. l. j. in prin. ff. de dolo. ⁊ si quadru. pau. fe. di. l. j. in princi. Sed quia in termino ad probandum fecit fidem plenam vt ex act. apparet quis condẽnari potest ⁊ in carcere confirmari.

2 ¶ † Ex quibus omnibus sequitur partes iudicis appel. esse in pronũtiando bene fuisse iudicatũ per vicepotestatẽ ⁊ male fuisse appellatum. Illud autem cõstat ꝙ prefatus iudex appellationis non cognoscit vt iudex ecclesiasticus: sed vt tẽporalis: vꝫ ratione temporalis iurisditiõis quã exercet ecclesia romana in ciuitate Anconã. Et ideo debet inspicere statuta ⁊ consuetudinẽ curie secularis ꝺm que habet videre an bene fuit pronuntiatum vel non. Et istud est adeo clarum quod ꝓbatione non indiget. Deo gratias.

¶ Explicit primum volumen Consiliorum Pauli de Castro Iurisconsultorum iurisconsultissimi cum summarijs decisiuis Bernardini Matij Vercel. antea sine numeris. Nouissime ꝟo cũ numeris ⁊ admodũ vtili Repertorio. D. Ferrandat Niuer. vnacũ vtilissimis additionibus eiusdem suis in locis vtiliter accõmodatis. Lugduni Impressum Anno deitatis Incarnate. 1522. Die. iiij. Nouembris.

¶ Laus deo clementissimo.
Et gloriose virgini matri.

hh ij

¶ Repertoriū aureum huius prime partis Cōsiliorū Pauli de Castro Juriū interpretis supremi. Nouissime per. D. Ferrendat Niuer. super summarijs decisiuis compilatū oēs cū principales tum emergentes questiones etiam vltra summaria complectens ꝛ ꝑm numerū ꝛ alphabeti ordinem recte ꝛ mirifice demōstrans. Ad laudem clementissimi dei virginisqꝫ deipare feliciter Incipit.

¶ De littera A.



Aliud est

Citatio facta

Ex confessione

Dictio

Emphiteosis recepta

Pacta cōmunitatis

De littera M.

Mulier qualiter

Promittens

Statutũ si dicat

¶ Finitum est Repertoriū admodū vtile huius prime partis Cōsilior Pauli de Castro nouissime cōpilatū. Anno verbi incarnati. 1522. die. vij. mensis Nouēbris.

Laus deo clementissimo.
Et gloriose virgini matri.

Index initiorum omniū cōsiliorum cum suis numeris prime partis Pau. de cast. valde vtilis et necessarius: vt si forte diuersi autores sub diuersis numeris consiliorum Paulum citauerint: ⁊ propter varias impressiones non facile inueniatur possit sedulus lector illico indicem hūc percurrere: ⁊ statim inuento consilij qd̄ queritur principio: recte perget ad illud sine multo labore. Et si non reperiatur in hoc indice recurrat ad indicem secunde partis ⁊ econuerso.

Index initiorum Consi. prime partis Pau. de ca.

Super primo

Index initiorum Consi. prime partis Pau. de castro.

Index initiorum Consil. prime partis Pau. de cast.

Finis indicis Initiorum cõsi. prime partis Pau. de castro.

Laus deo clementissimo.
Et gloriose virgini matri.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II KK Omnes sunt quaterni: demptis HH & II qui sunt terni.

PAULI
19°
Castro
Consilier.
1ª pars.


colorchecker CLASSIC

























calibrite

